TŌN DIŌNOS TOU KASSIOU TOU KOKKL·IANOU RŌMAIKŌN HISTORIŌN TA...

Dio Cassius, Fulvio Orsini, Johann Leunclavius, ...

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΚΑΣΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ

Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν τὰ διασωζόμενα.

DIONIS CASSII COCCEIANI HISTORIÆ

Romanæ Libri XLVI, partim integri, partim mutili, partim excerpti:

IOANNIS LEVNCLAVII

studio tam aucti quam expoliti.

Fragmenta priorum XXXIV amissorum, & posteriorum XX librorum.

Notæ LEVNCLAVII, *quibus Dionia plurima restituuntur.*

Accedunt & R. STEPHANI, G. XYLANDRI, FR. SYLBVRGII, H. STEPHANI, F. VRSINI, Notæ, quibus Dioni infinitis locis qua lux, qua medela, simul accedit.

Adiectus INDEX *copiosissimus.*

HANOVIÆ,

Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, & hæredes Ioan. Aubrii.

MDCVI.

Cum Sac. Cæsareæ Maiest. Priuilegio ad sexennium.

SVMMA PRIVILEGII.

CÆSAREÆ Maiestatis priuilegio cautum est Andreæ Wecheli heredibus, Claudio Marnio, & Ioan. Aubrio, ne quis hosce DIONIS CASSII COCCEIANI *historiæ Rom.* XLVI.*libros à* IO.LEVNCLAVIO *& auctos & expolitos*, intra S. Romani Imperii & omnium regnorum ac prouinciarum imperialium fines, eodem vel alio charactere excudere, aut vbicunq; recudenda dare, aut alibi impressa importare, vendere, vel distrahere palàm vel occultè ausit. Idem priuilegium eis concessum de aliis etiam auctoribus in philosophica, medica, & iuridica facultate aliisque disciplinis liberalibus, ad sex cuiusque editionis annos. Quod sacræ Maiestatis interdictum si quis neglexerit, non modo libris expressis, verum etiam insuper decem marchis auri puri, imperiali fisco, fraudis vindici & dictis Wecheli heredibus, ex æquo soluendis, mulctabitur, vt latius in Cæsareo diplomate declaratum est, dato Viennæ XXV. Mensis Maii, Anno Domini MDLXXXII.

Rudolphus.

V. Io. Bapt. Weber.

Ad mandatum sacræ Cæs. Maiest. proprium.

P. Obernburger.

IO. LEVNCLAVII

Ad Illustrem & Generosum Dominum,

PHILIPPUM LUDOVICUM,

COMITEM HANOVIANVM ET Rineccium, Mintzenbergæ dominum, de noua Dionis editione sua,

PRÆFATIO.

ANTE alios, Comes illustris, primo tibi se sistit historiæ Romanæ scriptor nobilis, Dio Cassius, non illo vultu nupero; sed integriore paullo forma, quam aliorum opera conspectus æuo nostro fuerit. Ea vero facie, in qua genuini oris ac membrorum lineamenta plenius adgnoscuntur, quum me producente nunc in publicum exeat: ostendendum hoc ad te breui proœmio putaui, quid esset a me studii collatum post alios ad eum vel redintegrandum, vel expoliendum: quando vix sperandum arbitror, vt toto Dione, qualis initio fuit, vmquam posthac potiamur. Quippe libris hunc constat octoginta, quæ librorum decades octo sunt, historiam populi Romani vniuersam complexum. Ita vero priores quatuor & triginta nobis perierunt, vt caussa non sit, cur de recuperandis iis cogitare debeamus. Certum est enim, hos describi propterea desiisse; quod iisdem de rebus exstarent aliorum monumenta, Polybii, Dionysii Halicarnasensis, Diodori Siculi, & Appiani Alexandrini, qui eadem tractarunt, & fusius quidem: quum Dio paucis antiquiora perstrinxerit, vti testatur veteres, qui libros eius priores legerant: in posterioribus, ad reipublicæ mutationem, & historiam Augustam spectantibus, omnes alios & superare conatus sit, & reabse lõgo post se spatio reliquerit. Hinc factum, vt ab illis triginta quatuor, proximos XXVI libros, qui C. Cæsaris, Augusti, Tiberii, Caligulæ, Claudii tempora continent, vel in solidum, vel maiori ex parte superstites habeamus Restant a sexagesimo, viginti posteriores, ad octogesimum: quorum amissionem præpostero Xiphilini consilio, vel ausui potius temerario debemus, qui dum suas obtrusit imperitis eclogas: occasionem præbuit, vt integri Dionis hi libri negligerentur. Idem quibus aliis auctoribus epitomatis acciderit, notum: eaque de caussa, quum tam erudito sæculo, tamque priscorum operibus eruendis curioso frustra Polybii, Trogi Pompeii, Liuii commentarios integros, post epitomas Flori, Iustini, aliorum, hactenus exspectentur: non est, quod de Dione, parem cum his calamitatem perpesso, melius aliquid nobis polliceamur. Quid igitur, inquiet fortasse quispiam, in re desperata tu nobis adfers; quod amissorum desiderium leniat, & vtcumq; pristinam Dionis imaginem repræsentet? Dicam, generose Comes, adiecta mentione casus acerbi,

qui me nihil antea tale cogitantem, ut in Dione nonnihil operæ ponerem, impulit. Qvum anno ſuperiori nuntius nec opinatus de morte sereniſsimi principis mei, Chriſtiani Saxonum Ducis, imperii Romani ſeptemuiri electoris, Coloniam Agrippinam adlatus eſſet: incredibile dictu, quantum e repentino & immaturo longiſsima vita digni principis obitu dolorem animo ceperim, & iis quidem ex cauſis, tum ad rempublicam, tum me priuatim ſpectantibus, quas oratione luculenta grauiſsimas in medium adferre poſſem, ſi vel locus hic ab eo inſtituto non eſſet alienus, vel paucis maxima complecti liceret. In eo mærore, quum præter alias rationes, ex iis etiam litteris, quas humaniores dicimus, & ab ætate prima coluiſſe me non infitior, ad obligandum illud altum animi vulnus, aliquid remedii quærerem: forte fortuna primus ſe mihi Dionis hiſtoriarum liber obtulit, qui Græca Latinaque lingua tunc, niſi fallor, in lucem recens exierat. Huius lectione dum reuocari me nonnihil a ſenſu doloris animaduerto, paulatim conſaneſcente meo vulnere, vt fit, non contentus eo, quem mihi propoſueram, fine; Dionis etiam editi vulneribus, quæ ſubinde notabam lectitans, aliquam adferre medicinam inſtituo: ne mihi ſoli, ſed aliis ſimul eadem opera prodeſſem. Id eo ſuſceptum a me lubentius, quod ab alio verbis talia promitti videbam, non exhiberi reabſe: ſecreto fortaſſis aſtu, ne quis, dum a primi nominis critico promiſſa exſpectantur, immittere falcem in eiuſmodi meſſem quantumuis publicam, auderet. Hoc modo profligatæ Dionis e libris a me vitiatæ ſcriptionis erratorum aliquot pæne chiliades, nec minus in recenſenda præſtitum interpretatione: ceu lector æquus ex adſcriptis margini paſsim, reiectiſque ad operis finem notis perſpicere poterit. Hinc repurgatis haud parum libris illis XXVI, qui tunc prodierant: etiam de ceteris XX, qui ſexageſimum ſequi, ad octogeſimum & vltimum vſque debebant, cogitare incipio. Diſplicebat aliorum expers iudicii conſilium, qui reliquias Dionis Xiphilinianas a ceteris eius monumentis ſegregaſſent. Nec minus ingratum lectoribus eruditis eſſe videbam, quod hiſtoriæ continua quadam ſerie progreſſi ad Neronis vſque tempora, Xiphilino perlegendo recurrere cum nauſea cogerentur ad eorum repetitionem, quæ Dionis e libris iam ante plenius percepiſſent. Itaque rationem magis aptam mihi ſequendam ratus, e prioribus libris excerpta prorſus omittenda ſtatui; congeſtis in notas meas iis, quæ alicubi libris illis vel augendis, vel emendandis prodeſſe poſſent: ac monachicis (ex hoc enim hominum genere Xiphilinum fuiſſe colligo) pleriſque nugis, & reprehenſionibus Xiphilinianis, quibus inepte Dionem pungit, exploſis. Deinde quo ſeries hiſtoriæ Dionia poſtliminio quaſi reuocaretur, ſtatim Claudio Neronem, Neroni ceteros ordine ſubieci Cæſares; ea librorum XX diſtinctione, quam Xiphilinus a Dionis inſtituto diſcedens temere mutarat, ex analogia totius operis Caſsiani ſollerter indagata. Nihil heic reprehendi iure poteſt, quum a Xiphilino repetita, quæ ille Dionis e libris vſurparat, ipſi bonæ fidei poſſeſſori Caſsio reſtituerim. Vtinam quidem Xiphilinus ab excerpendo manum abſtinuiſſet. fortaſſe libros Dionis de Cæſaribus integros legeremus. In iiſdem ab interprete Blanco male reddita notaui, & melius expreſſa marginibus adieci; Græcis etiam, poſt aliorum cenſuras, locis plurimis ad integritatem priſtinam reductis. Fragmenta quoque librorum Dionis, LXXVIII & LXXIX, ſuis locis repoſui: quæ Fuluio Vrſino Romano, V. C & bene de omni antiquitate litteraria merito, accepta referimus. Ne denique Dio noſter auctario quodam deſtitueretur, quo priores editiones ſuperaret; excerpta Theodoſij cuiuſdam Græci hominis e Dione, poſterioribus libris inſerui, quibus memorabilia nonnulla continentur: vnde colligere licet, quam inique monachus ille Xiphilinus Dionem quum aliis in partibus hiſtoriæ, tum in iis, quæ de Germanis rara prodiderat, tractarit. Fuiſſe vero nomen hoc illi collectori quodam in exemplari manu exarato, quod eſt eruditi viri, Frid Sylburgij, notatum his verbis reperitur: Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ὁ ἐ[illegible] ταῦτα: quib. ſignificatur, a Theodoſio, viro minime magno, (ſic ipſe de ſe,

modo-

modestiæ causa, locutus est. Vix n. puto, Theodosiū minorem Augustum intelligi) fuisse illa congesta. Cum his & ea coniungenda iudicaui, quæ de priorib. XXXIV Cassij libris excerpta cōtinentur iis voluminib. manu scriptis, quæ titulo de legationib. exstāt. Habes, amplissime Comes, explicatas rationes oēs, quib. equidē conatus sum aliquā Dioni Cassio pristinæ integritatis ideā restituere, qui libris his annorum CCC historiā nobis exhibet. Nūvero quoddā a me factū sit opera pretiū, nec ne; lubēs aliorū, sine felle iudicantiū, censuris æstimandum permitto. Rogatus quidem a nonnullis, qui hæc profutura publice putarent, communia fieri passus sum. Quumq; necessario prologus esset adhibendus, illustre nomē tuū heic præfigere velut in limine de causis illis volui, quas satis idoneas arbitror. Primum interpres is Dionis Cassij, qui maiorē eius partem ciuitate Romana donauit, excellenti vir ingenio, & omni doctrina sic excultus, vt paucos sibi pares in litteris Græcis, Latinis, Hebræis, Chaldaicis, in astronomicis, geometricis, physicis, arithmeticis, musicis, ceteris disciplinis philosophicis haberet, magnus inquā Guilelmus ille Xylāder, in ea docuit academia; cuius administratio tibi post serenissimū Palatinum principem Fridericū, nunc imperij Romani septemuirū electorem, delata fuit & cōmissa; quam quidē præfecturam hodieq;, cum eius ordinis hominū adplausu, & eximia laude tua geris. Eodē in loco & ipse magnam huius operis, ad Agrippinā Coloniam inchoati, partē exegi; quum post obitum laudatissimæ memoriæ principis mei huc arcessitus fuissem ab excelso fortissimoq; Ducē Io. Casimiro, Archipalatinatus administratore, sobrino tutoreq; tuo, belli & pacis artibus immortalem adepto gloriam; quem tamen prius, quam huc adpellere licuit, nouo cum dolore meo iam mors occuparat. Quapropter huic operi extra loci fines, in quo vixissent ii, per quos & natum, & quodammodo renatum videretur, aliunde quærendum patronū, cui laboris mei ratio redderetur, minime censui. Nec vero pertinet ad vllam Xylandri contumeliam, quod eius opus opera mea renatum aio. Non. n. a me quidquam heic agitur, quod eius ad viri laudes imminuendas spectet; cuius ego memoriam cum beneuolentia, velut amici sinceri & veteris, vsurpo. Nec cuiusdam alterius insolentiam probo, qui nuper absq; causa Xylandrum tetigit, & inuidiæ post mortem insimulauit; quasi viuus illū ex æmulatione doctrinæ fuerit odio prosecutus, quem eruditorum iudiciis a tergo Xylander interuallo post se magno relinquebat. Nihil in me profecto tale cadit. Testes meorum de Xylandro sermonum cottidianorum Hekelius iurisconsultus, hospes meus, vir integer: & æui nostri vatum princeps Melissus, imitator Pindari Thebani felicissimus, Romano Pindaro non impar. Si quid a Xylandro non animaduersum, ætati tribuo, quæ sane prima, primum hoc ingenij dedit opus; in quo recensendo, si per fata licuisset, id præstitisset ipse, quod a me diutius superstite, salua hominis amici existimatione, præstitum: ærumnis & inopiæ Xylandri, magis propitia fortuna digni, tribuo; quē dixisse non semel recordor, id temporis lucubrationem Dioniam, & alias, non a fama, sed fame, sibi extortas, ac præcipitatas fuisse. Accedit, Philippe Ludouice Comes, altera compellandi te causa; quod ea sit indoles tua, de his vt ferre iudicium possit. Id prouidentiæ tutorum, & industriæ præstantis viri, Io. Milleri debemus: qui vt te, cum Alberto fratre, nunc ad tuam & illustris familiæ laudem educat; ita superioribus annis de ipsa præclare meritus est republica, quum ad omnem virtutis gloriam formaret succrescens illud indies belli fulmen, Mauricium Comitem Nassouianum, propinquum tuum, filium Guilelmi, principis Aurasini, quo nullum e proceribus Europæu, vel pluribus animi, vel nobilioribus donis ornatum, cognouisse videor. Nec deest obligatio quædam, ex beneuolentia patris erga me tui: cuius beatis manibus, quod vnicum possum, hac saltim mentione nobilis animæ libo. Memini, quæ fuerint in eo Comite eximia: memini, quæ laus ei tributa fuerit in aula Emanuelis Philiberti Allobrogum Ducis, in qua deinceps ipse diu vixi: quum Italiam aditurus, illuc primum nomine Friderici Septemuiri, auunculi sui, se conferret; proque salute Comitis Entremontiæ, magni Franciæ Amiralii viduæ, intercederet.

Admirationi totius aulæ proceribus erat ipsius virtus, quæ nobilis, & illustri gente nati, Pauli à Welspergo, cura singulari sic creuerat; vt præmaturo Comitis obitu extincta, perpetuum bonis desiderium sui reliquerit. Grati denique animi significationem hanc tua flagitat erga me humanitas, qui hominem antea ignotum tibi, cum Alberto fratre, cum Eberuino Wirico, eiusque fratribus, Adolfo, & Arnoldo Iusto, Comitibus Benthemianis & Tekemburgicis, contubernalibus non ita pridem vestris, benigne toties inuitatum excepisti: quibus quidem omnibus communẽ tecum laborem hunc meum esse volo. Quod superest, in illam virtute ac fide præstantem dextram tuam, Philippe Ludouice Comes, & Dionem hunc, & ipsum me trado, nihil aliud quærentem, quam vti clementer in hactenus erga me concepta beneuolentia perseueres.

DIXI.

EIVS-

EIVSDEM LEVNCLAVII
DE VITA DIONIS, HISTORIÆ FIDE, IVDICII PRÆSTANTIA.

DIo Caſsius, cognomento Cocceius, aut potius exaliorum auctoritate Coccelanus, patria fuit Nicænus; profeſsione historicus. Vixit Alexandri Augusti, Mamææ filii, tempore. Historiam Romanam libris L X X X compoſuit, qui diuiſi ſunt in decades. Præterea ſcripſit hiſtoriam Perſicã, & Geticam, & Itineraria, reſq; geſtas Traiani, & Arriani philoſophi vitam. Hæc totidem fere verbis a Suida de Dione prodita. Dio ipſe Nicæã Bithyniæ, patriam ſibi tribuit. Patrem habuit Apronianum, virum conſularem, Dalmatiæ primum, poſt Ciliciæ præſidem. Eius conſulatus in faſtis conſularibus exſtat. Dio filius præturæ ſuæ mentionem in vita Didii Iuliani Aug. facit. Idem conſulatus geſſit duos; & alterum quidem Alexandro Aug. collega, velut extremo libro legitur. Etiam prouinciis, Africæ, Dalmatiæ, Pannoniæ ſuperiori præfuit, vt ipſe teſtatur. Quam hiſtoriæ ſcribendæ naƈtus occaſionem fuerit, in Commodi Auguſti vita expoſuit, quæ libro L X X I I legitur. Exorſus hiſtoriam ab vrbe condita, in Alexandro Seuero Aug. deſiit. Materiem operis decennio ſe collegiſſe tradit, operi condendo ad exitum vſque Seueri Pertinacis Aug. totos X I I annos, Caracalli, Macrini, Auiti, Alexandri temporibus ſequentes impendit. Vt ab aliis, fide dignis, priora ſe fatetur accepiſſe; ſic ab initio imperii Commodiani, ad finem operis, omnia ſibi vindicat ipſi: quod rebus, quum gererentur, interfuerit; & vti geſtas viderat, memoriæ mandarit. Hinc quantum eius hiſtoriæ tribuendum, cuiuis æſtimare licet. Nã quum eorum monumentis haud abs re maxima fides habeatur, qui vel αὐτόπται, vel αὐτήκοοι, (libet enim ipſius Caſſi verbis vti) res ab ſe viſas, aut ab iis, qui viderant, auditas litteris produnt: hauddubie plurimum apud omnes habere debent auctoritatis, quæ a Dione, viro conſulari, & ipſis Imperatoribus Auguſtis tum dignitate proximo, tum vſu cottidiano familiari, libros in hoſce relata fuerunt. Iudicii vero, quo præditus eximio fuit, & prudentiæ ciuilis quum alia licet opere toto ſparſa colligere argumenta ſane quã illuſtria; tum ex illis, quæ initio libri X L I I de admiſſis a Pompeio poſt cladem Pharſalicam variis erroribus; quæ libri hunc ſequentis initio, de populari ciuitatis Romanæ ſtatu in vnius imperium mutato; quæ deniq; libro X L V I I de dominatione vnius, ex comparatione triumuiratus, præ quo C. Cæſaris imperium fuerit aureum, ſapientiſſime diſſeruit. Ex his enim, quæ pauca producimus e multis, velut ex vngue leonem, quod aiunt; ita quanto Caſſius noſter vſu rerum valuerit, facile quiuis adgnoſcet.

AD IOANNEM LEON-
CLAIVM, VIRVM
NQB. ET CL.

OMnes per Europæ, atque Asiæ plagas
Fortuna duxit te variæ hospitem,
Acer LEONCLAI, tot annos,
Vt tibi ruga senectá crines
Ninguē albicanti sparserit, aureæ
Labis iuuentæ, tristeq; frontium
Damnum venustarum, malumq;,
Quo reor Idaliæ nec ullum
Odere Nymphæ peius, & integræ
Floris Napææ; nec pote quispiam,
Magis quod obsit consenenti,
Deterius reperire crimen.
Ast aula quæ non te sacra Cæsarum
Regumq; vidit? quæ tibi Principum
Potentiorum, quos adisti,
Non patuere libenter aures?
Thracum tyrannus sævior advenam
Tulit benignê, fœderis Austrii
Servator invitus, tametsi
Præstat amicitiam fidemque
Tenere pactis inviolabilem
Viciná in orâ, quam tot acinaces
Mortalium in cædem cruentam
Cotibus exacuisse diris.
Hæc inter, ecqueis non studiis vacas?
Quâ non satullas ambrosiâ iecur,
Interpres auctorum Pelasgûm
Optime, & historiæ vetustæ
Enucleator? Non nimis arduum,
Paucis nec impar viribus en opus
Me parva temptantem Camenâ
Adspicit. In vepribus latendo
Hamata ruspor spicula Cypridis,
Supplex, ut annis quam cecini quater
Effictor octonis, apisci
Me liceat niveam RHODAN-
THEN.
Vt inter istæc ludicra, quæ legant
Tantum sodales, & tua seria
Discrimen ingens! ut sequestra
Differitas utriusq; Martis!
Tu civitatem munere Romulam
Ditas opimo: tu spolia uberi
Ad occidentem fruge victor
Ex oriente refers Eoo.
Palmâ potitus iam modò triplici
Fas est triumphes. Sat meo ovatui,
Mustaceo si in rustico
Quærere laureolam cachinner.

Anno CIↃ IↃ XCII.

Paulus Melissus Francus, Comes sacri
Pal. & Eq. ciuis Roman.

ΤΩΝ

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΒΙΒΛΙΑ, ΛΕΙΠΟΝΤΩΝ τῶν προτέρων λδ΄.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBRI, QVI SVPERSVNT, prioribus XXXIIII amissis.

EX GVIL. XYLANDRI INTERPRETATIONE à Ioan. Leunclauio locis innumeris emendata.

ΤΟΥ ΤΡΙΑΚΟΣΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ἀποσπασμάτιον.

καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ ἐπ' ἀμφότερα ἐκέχρητο, ἐπέρρεψεν. ἡττηθείς τε γὰρ πολλὰ καὶ κρατήσας, † οὐκ ἐλάττων καὶ στρατηγικώτερος ἀπ' αὐτῶν ἐπεπίστευτο γεγενῆσθαι. αὖθίς τε οὖν ὡς καὶ τότε πρῶτον ἀρχόμενοι τοῦ πολέμου παρεσκευάζοντο, καὶ πρὸς τοὺς προσχώρους, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ Ἀρσάκῃ τῷ Πάρθῳ, καίπερ ἐχθρὸν † αὐτῷ διὰ χώραν τινὰ ἀμφισβητήσιμον ὄντα, ἐπρεσβεύοντο· καὶ ταύτης τε αὐτῷ ἀφίσταντο, καὶ τοὺς Ῥωμαίους διέβαλλον, λέγοντες ὅτι, ἂν μονωθέντων σφῶν κρατήσωσι, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον εὐθὺς ἐπιστρατεύσουσι. φύσει τε γὰρ πᾶν τὸ νικῶν ἄπληστον τῆς εὐπραγίας εἶναι, καὶ μηδένα ὅρον τῆς πλεονεξίας ποιεῖσθαι· καὶ τούτους, ἅτε καὶ ἐν κράτει πολλῶν δὴ γεγονότας, οὐκ ἐθελήσειν αὐτοῦ ἀποσχέσθαι. καὶ οἱ μὲν ταῦτ' ἔπραττον. Λούκουλλος δὲ Τιγράνην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ κατὰ σχολὴν σωθῆναι εἴασε· καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰτίαν, ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον, ὅπως ἐπὶ πλεῖον ἄρχῃ, καταλῦσαι, παρά τε τοῖς ἄλλοις καὶ παρὰ τοῖς πολίταις ἔσχε. καὶ διὰ τοῦτο τότε ἐς τοὺς στρατηγοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας ἐπανήγαγον· καὶ μετὰ ταῦθ', ὡς καὶ αὖθις τὸ αὐτὸ

† οὐκ ἐλάττων καὶ

† αὐτῶν

LIBRI TRIGESIMI-quinti fragmentum.

& quia fortuna in vtranq; partem valida vsus † erat, concessit.[a] Quum enim sæpenumero victus fuisset, sæpe etiam ipse vicisset, non modo non fractus, verum etiam rei militaris peritior euasisse existimabatur. Itaq;, tanquam tum primum bellum gerere inciperent, sese parauerũt, missis ad vicinos legatis, Arsacenq; in primis Parthum,[b] cum quo de regione quadã controuersia iã ante ipsis erat: qua tum ei cedentes, Romanos apud eum traduxere, eos, si victoriam obtinuissent contra se ab aliis destitutos, in ipsum quoque arma statim versuros, dicentes.[c] Ita enim ferre naturã, vt omnis victor inexatiabili rerum secundarum desiderio efferatur, neque finem vllum cupiditati statuat: atque Romanos quidem, qui iam multis mortalibus imperarent, ab ipso sibi non temperaturos. Hæc † tum Armenii agebant. Lucullus interea Tigranem non insequebatur, sed ei euadendi omnino otium concedebat: vnde nõ ab aliis tantũ, sed à suis quoq; ciuibus reprehẽsus est, quod debellare noluisset, quo diutius cũ imperio esset. Itaq; tum Romani imperium in Asia prætoribus assignauerũt: atq; deinde quũ iterũ eodem

† Mithridates scilicet.

a *Nam sæpe victus, sæpe victor, nihilominus etiã dux rei militaris peritior inde factus existimabatur.*

b *licet hostē ipsorum ob regionem quandam controuersam quæ.*

c *Sic enim à natura comparatos omnes esse victores, vt exaturari secundis rebus nequeant, nec vllã cupiditatis metam statuant.*

† *Hæc tum illi agebant.* Et è sequentibus patet, Tigranem ac Mithradatem, non Armenios intelligi.

modo se gessisse [a] Lucullum censerent, consulē illius anni, [successorem ei miserunt. Cæterum Tigranocerta vrbem Lucullus cepit. Eam inhabitabant peregrini quidam, quorum pars maior Cilices erant, ab Armeniis olim adsciti. hi, orta inter ipsos & Armenios seditione, Romanos noctu in oppidum introduxerunt. omnibus, præter ea quæ Ciliců erant, direptis, multas [b] optimatum cōiuges captas Lucullus ab omni iniuria custodiuit: eo facto maritos earum sibi coniunxit, [c] regemque Cōmagenæ regionis (hoc nomē est Syriç ad Euphratem fluuium & Taurum montem sitæ) Antiochum: præterea regulum quendam Arabiæ, Alchaudonium nomine, aliosque nonnullos per legatos secum paciscentes in fidē recepit. Per hos certior factus de legationibus Tigranis ac * Mithridatis ad Arsacem missis, ipse quoque nonnullos ex sociis ad eundē ablegauit, minas ei, si illos auxilio iuuare, promissiones autem, si Romanorum rebus [d] studere statuisset, proponentes. Arsaces, quod eo tempore Tigrani etiam num irascebatur, nullamque de Romanis adhuc sinistram opinionē animo cōceperat, missis ad Lucullum suis etiam legatis, amicitiam cū eo societatemque coniunxit. Verum postea temporis, quū Secilius ad eum veniret, suspicatus hominem bello clarum non tam pacti nuper initi causa, quam vt regionem copiasque suas exploraret, missum, Romanis auxilia nulla suppeditauit. ita tamen vt ne contra illos quicquam etiam moliretur, sed in medio sese partium contineret, quod (vt veri haud absimile est) neutrorū potentiā augeri volebat: sed, si bellū vtrinque æquis virib. gereretur, summç sibi id securitati futurū arbitrabatur. Hæc eo anno Lucullus egit, multis Armeniç partibus sibi adiunctis.

Insequenti anno [e] Q. Marcius consulatū solus gessit. Nam eius collega L. Metellus initio anni diem suū obierat: eoque [f] qui in eius locū subrogatus fuerat, antequā iniret magistratū, vita functo, nullus alius substitutus est. Eo anno Lucullus, media iam çstate (prius enim propter frigus in hostiū fines inuadere nequaquam potuerat) cum exercitu profectus, aliquam regionis partem vastauit, [g] vt barbaros ad eam defendēdam, pugnamque eliceret: quumq; nihil illi mouerent, ad ipsos contendit. [h] equites barbarorum, qui Romanis equitibus eo tempore robore prçstabãt,

[Margin: Lucullus ... esset. — potentissi- ... orum. — regemque ... mmage- ... [eu Syria ... sita est ... Euphra- ... Tau ...] — scribendū ... q; Mi- ... dates. — udere ... uisset. — Marci- ... et non ... desi- ... s, con- ... sse. ... o v.c. ... denuo ... fue- ... te- ... arba- ... de- ... ad ... eli- ... me- ... bo- ... ... um ... ... at, ... cum ... ma ... onse-]

A τοῦτο πεποιηκέναι ἔδοξε, τὸν ὕπατον αὐτοῖς τὸν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα διάδοχον ἔπεμψαν. τὰ δὲ δὴ Τιγρανόκερτα, στασιασάντων πρὸς τοὺς Ἀρμενίους τῶν ξένων τῶν συνοικούντων αὐτοῖς, εἷλε. Κίλικές τε γὰρ οἱ πλείους αὐτῶν ἦσαν, ἀνάσπαστοί ποτε γεγονότες, καὶ εἰσήγαγον εἴσω νυκτὸς τοὺς Ῥωμαίους. καὶ ἐκ τούτου τὰ μὲν ἄλλα διηρπάσθη, πλὴν τῶν ἐκείνοις ὑπαρχόντων· τὰς δὲ δὴ γυναῖκας τῶν δυνατωτάτων πολλὰς ἁλούσας ἀνυβρίστους
B ὁ Λούκουλλος ἐφύλαξε, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ τοὺς ἄνδρας σφῶν προσεποιήσατο, τόν τε τῆς Κομμαγηνῆς βασιλέα Ἀντίοχον. ἡ δὲ δὴ χώρα αὕτη τῆς Συρίας πρός τε τῷ Εὐφράτῃ καὶ πρὸς τῷ Ταύρῳ ἐστί. καί τινα Ἀράβιον δυνάστην Ἀλχαυδόνιον, ἄλλους τε ἐπικηρυκευσαμένους οἱ ἐδέξατο· καὶ μαθὼν παρ᾽ αὐτῶν τὴν πρεσβείαν τήν τε τοῦ Τιγράνου καὶ τοῦ † Μιθριδάτου πρὸς τὸν Ἀρσάκην πεμφθεῖσαν, ἀντέπεμψε καὶ αὐτός τινας ἐκ τῶν συμμάχων, ἀπειλάς τε ἅμα αὐτῷ, ἂν ἐκείνοις ἐπικουρήσῃ, καὶ
C ὑποσχέσεις, ἂν τὰ σφέτερα αἱρῆται, φέροντας. ὁ οὖν Ἀρσάκης τότε μὲν (ἔτι γὰρ δή τι Τιγράνῃ ὀργὴν εἶχε, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίους οὐδὲν ὑπώπτευε) πρέσβεις τέ οἱ ἀντέπεμψε, καὶ φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν ἐσπείσατο· ὕστερον δὲ τὸν Σηκίλιον ἐλθόντα πρὸς ἑαυτὸν ἰδών, ὑπετόπησε κατάσκοπον τῆς χώρας καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ παρεῖναι. τούτου γὰρ εἵνεκα, ἀλλ᾽ οὐ τῆς ὁμολογίας ἤδη γεγενημένης, ἄνδρα ἐπιφανῆ τὰ πολεμικὰ πεμφθῆναι. καὶ οὐδεμίαν
D † ἐπ᾽ αὐτῷ βοήθειαν ἐποιήσατο, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἠναντιώθη τι, ἀλλ᾽ ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἔστη, μηδετέρους, ὥσπερ εἰκός, ἐθελήσας αὐξῆσαι. τὸν γὰρ πόλεμον αὐτὸν ἰσοπαλῆ ὄντα ἀσφάλειαν οἱ μεγίστην οἴσειν ἐνόμιζε. τούτῳ μὲν δὴ τῷ ἔτει ταῦθ᾽ ὁ Λούκουλλος ἔπραξε, καὶ τῆς Ἀρμενίας συχνὰ προσηγάγετο.

Ἐπὶ δὲ δὴ Κυΐντου Μαρκίου (οὗτος γάρ, καίπερ οὐ μόνος ἀποδειχθεὶς, μόνος ὑπάτευσεν. ὅ τε γὰρ σὺν αὐ-
E τῷ χειροτονηθεὶς Λούκιος Μέτελλος ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους ἀπέθανε, καὶ † ὁ ἀφισωθεὶς, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ἀρχῆς, μετήλλαξε, καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὐδεὶς ἄλλος ἀπεδείχθη) ἐν οὖν τῷ ἔτει τούτῳ ὁ Λούκουλλος, μεσοῦντος ἤδη τοῦ θέρους (ὑπὸ γὰρ τοῦ ψύχους ἀδύνατος ἦν ἐς τὴν πολεμίαν ἐσβαλεῖν) στρατεύσας, τινά τε τῆς γῆς ἐπόρθησεν, ὅπως ἀμύνοντας αὐτῇ τοὺς βαρβάρους ἐς μάχην ὑπαγάγηται. καὶ ὡς οὐδὲν μᾶλλον ἐκινοῦντο, ἐπ᾽ αὐτοὺς ὥρμησε. κἀν τούτῳ τοῖς μὲν ἱππεῦσι τῶν Ῥωμαίων χαλεποὶ οἱ τῶν ἐναντίων ἱππεῖς ἐγίγνοντο, τῷ δὲ πεζῷ

[Margin: † Μιθριδάτου. — † ἐπ᾽ αὐτῷ. — † ὁ αὖθις αἱρεθεὶς.]

πεζῷ οὐδεὶς αὐτῶν ἐς χεῖρας ᾔει, ἀλλ' ὁπότε ἡ ἀσπὶς τοῦ Λουκούλλου τῇ ἵππῳ προσβοηθήσειεν, ἐξέτρεπον. οὐ μέντοι καὶ δεινόν τι ἔπασχον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδιώκοντας σφᾶς ἐς τοὐπίσω τοξεύοντες, πολλοὺς μὲν παραχρῆμα ἀπεκτίννυσαν, παμπληθεῖς δ' ἐτίτρωσκον. καὶ ἦν τὰ τραύματα χαλεπὰ καὶ δυσίατα. ταῖς τε γὰρ ἀκίσι διπλαῖς ἐχρῶντο, καὶ προσέτι καὶ ἐφήρμοττον αὐταῖς, ὥστε τὰ βέλη, εἴτε ἐμμένοιέ πη τοῖς σώμασιν, εἴτε καὶ ἐξέλκοιτο, τάχιστα αὐτὰ διαλλύναι. τὸ γὰρ ἕτερον τὸ δεύτερον σιδήριον ἔνδον, ἅτε μηδεμίαν ἀνθολκὴν ἔχον, ἐγκατελέλειπτο. ὁ οὖν Λούκουλλος, ἐπειδή τε πολλοὶ ἐτραυματίζοντο, καὶ οἱ μὲν ἔθνησκον, οἱ δὲ ἀνάπηροι γοῦν ἐγίγνοντο, καὶ ἅμα καὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτοὺς ἐπέλιπεν· ἐκεῖθέν τε ἀπεχώρησε, καὶ ἐπὶ Νίσιβιν ὥρμησεν. ἡ δὲ δὴ πόλις αὕτη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καλουμένῃ πεπόλισται. οὕτω γὰρ πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Τίγριδος καὶ τοῦ Εὐφράτου ὀνομάζεται· καὶ νῦν μὲν ἡμετέρα ἐστὶ, καὶ ἄποικος ἡμῶν νομίζεται· τότε δὲ ὁ Τιγράνης τῶν Πάρθων αὐτὴν ἀφελόμενος, τούς τε θησαυροὺς ἐν αὐτῇ καὶ τὰ ἄλλα τὰ πλεῖστα τῶν λοιπῶν ἀπετέθειτο, φυλακά οἱ τὸν ἀδελφὸν προστάξας. πρὸς οὖν ταύτην ὁ Λούκουλλος ἐλθὼν, ἐν μὲν τῷ θέρει, καίπερ μὴ παρέργως τὰς προσβολὰς ποιησάμενος, οὐδὲν ἐπέρανε. τὰ γὰρ τείχη καὶ διπλᾶ καὶ πλίνθινα ὄντα, τήν τε παχύτητα πολλὴν ἔχοντα, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ διειλημμένα, οὔτε κατασεισθῆναί πη, οὔτε διορυχθῆναι ἠδυνήθη· διόπερ οὐδὲ ὁ Τιγράνης ἐπήμυνε σφίσιν. ὡς δὲ ὅ, τε χειμὼν ἐνέστη, καὶ οἱ βάρβαροι † ἀθυμότεροι, ἅτε ἐπικρατοῦντες; τούς τε Ῥωμαίους ὅσον οὐκ ἀπαναστήσεσθαι προσδοκῶντες, διῆγον, ἐτήρησε νύκτα ἀσέληνον καὶ ὑετῷ λάβρῳ βρονταῖς τε χειμέριον· ὥστε μήτε τι προϊδέσθαι μήτε τι ἐπακοῦσαι αὐτοὺς ἔχοντας, τόν τε ἔξω περίβολον, πλὴν ὀλίγων, καὶ τὴν ἐν τῷ μέσῳ τάφρον ἐκλιπεῖν. καὶ προσέμιξε πολλαχῇ τῷ τείχει, καὶ ἐκείνου τε οὐ χαλεπῶς ἀπὸ τῶν χωμάτων ἐπέβη, καὶ τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν αὐτῷ ῥᾳδίως, ἅτε μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀπέκτεινε· καὶ οὕτω τῆς τε τάφρου μέρος τι (τὰς γὰρ γεφύρας οἱ βάρβαροι προκατέρρηξαν) συνέχωσεν· οὔτε γὰρ τῇ τοξείᾳ, οὔτε αὐτῷ πυρὶ λυπεῖσθαι ἐν τῷ πολλῷ ὑετῷ ἐδύνατο. καὶ διαβὰς αὐτὴν, τὰ μὲν ἄλλα, οὐ πάνυ ἰσχυροῦ τοῦ ἔνδον κύκλου; πίστει τῶν ἔξωθεν ἐν τοῦ † προσβεβλημένων, ὄντος, εὐθὺς εἷλε. τοὺς δὲ ἐς τὴν ἄκραν ἀναφυγόντας; ἄλλους τε καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Τιγράνου μετὰ τοῦτο καθ' ὁμολογίαν παρεστή-

H. Steph. † ἐθυμότεροι.

† περιβεβλημένων,

A omnem cum peditibus pugnam detrectabant: statimque vbi Lucullus scutatis suis equitatui succurrebat, terga ostendebant. neque tamē cladem vllam accipiebant, sed sagittis in insequentes à tergo emissis, [a] multos interimebāt, multos vulnerabant. Ea vulnera grauia difficiliaque sanatū erant. [b] nam duæ erant sagittis cuspides, eæque ita affixæ, vt semper altera in corpore remaneret, siue sagitta extraheretur, siue fixa maneret: quod nulla fibula eam arundini annectebat: itaq; præsens malum corporibus afferebant. B Lucullus, quum multi sauciarentur, atq; partim ex vulneribus morerentur, partim membris mutilarentur, ac iam penuria quoque annonæ tentaretur, castris inde motis ad Nisibim profect⁹ est. Vrbs ea in Mesopotamia (ita aūt omnis quę Tigrim & Euphratē fluuios interiacet regio appellatur) cōdita erat, atq; hoc tēpore nostrę est ditionis, coloniaq; nostra habet: ea vero tēpestate Parthis eā quū Tigranes ademisset, thesauros in ea suos cæteraq; multa reposuerat, custodia fratri suo C mandata. Eam vrbem quanquam haud segniter oppugnabat Lucullus, tamen per totam æstatem frustra [c] tentauit: (erat enim duplici muro, eoque latericio cincta, magnæ crassitiei: fossaq; magnæ altitudinis circundabatur, vt neq; concuti murus, neque subrui posset: atque ideo neque auxilio ipsis Tigranes veniebat) initio autem hiemis, quū barbari vicisse se, Romanosque iam iam decessuros existimantes, [d] securius nonnihil sese gererent: noctem Lucullus nactus, in qua neque luna fulgebat, D & imber ingens cum tonitribus coortus erat, vt neque cernere barbari, neque audire quicquam possent, atque ob id [e] exteriorem murum, fossamque in medio actam, paucis ibi relictis, deseferēt: ab omni parte murū aggressus est. Quumq; per aggeres in eum haud difficulter euasisset, obtruncatis nullo negotio custodibus, qui ibi pauci relicti fuerant, partem fossæ aliquam (antè enim barbari pontes deiecerant) ingesta terra æquauit, quum ab hostibus neque sagittis neque igne ob vim plu- E uiarum lædi posset. Fossa superata, vrbē ipsam statim cepit: neque enim erant interiora mœnia admodum valida, quod † exterioribus fidebāt. Eos autem qui in arcem confugerāt, cum quibus Tigranis quoque frater erat, fide data

a multos mox interimebant.

b Nam duplices erant sagittis cuspides, & ita quidem adfixæ, vt siue inhæreant in corporibus tela, siue extraherentur, interitum eo celerrimum adferrent. Intus enim ferrum alterum relinquebatur, quod nihil haberet, quo retraheretur. Lucull⁹;

c tentauit. Quippe quū muri duplices, & opere latericio, magnaque crassitudine essent, & alta fossa intercepti: neque concuti, neq; perfodi poterant, ideoq; nec Tigranes eis auxilio veniebat. Initio autem hiemis, quū barbari essent bellatores, Romanosque. d negligentius.

e exteriorem septum.

† exteriore obducta.

acceptaque recepit: multaque pecunia accepta, ibi hyberna habuit. Dum eo modo Nisibim Lucullus occupat, multa Armeniæ, earumque quæ circa Pontum sunt regionum loca amisit. Tigranes enim ad Nisibim, quam in expugnabilem esse existimabat, defendēdam se non conuertens, in prædictas regiones profectus est, siquas Lucullo Nisibi intento recipere posset. Igitur Mithridate [a] domum misso, ipse in Armeniam suam contendit. ibi L. Fannium resistentem sibi obsedit, tantisper dum Lucullus re cognita auxilio illi proficisceretur. Interea loci Mithridates alteram Armeniam cæterasque regiones inuadēs, multos Romanorū in iis regionibus vagantes ex improuiso adortus interficit, nonnullos prælio victos cædit, pleraque loca magna celeritate recipit. Beneuolētia enim illi homines erga Mithridatem affecti erant, cum quod suæ esset gentis, tum ob paternum eius regnum: iidemq; Romanos odio habebant, partim quod peregrini essent, partim quod à præfectis eorum male tractarentur: itaque Mithridati lubentes accesserunt. Iidem haud multo post M. Fabium, Romanorū in iis locis præfectum vicerunt: magnopere vsi auxilio Thracum, qui, quum antea sub Mithridate stipendia fecissent, tum cum Fabio militabant, itemq; seruorum qui in castris Romanorum erant. Primum Thraces à Fabio speculatum missi, quum nihil sani renuntiassent, isque incautius progressus, quū in Mithridatē inopinato incidisset, Thraces quoq; Romanos adorti sunt, libertatemque ipsis Mithridate deferente, ipsum in prælio iuuerunt. [b] * * *

haud dubie omnes periissēt, ni Mithridates, dū inter hostes versatur (natus enim plus quam septuaginta annos, tamen pugnabat) lapide ictus, metum barbaris, ne periret, incussisset: quibus pugnam idcirco inhibētibus, Fabio cū suis in tutum locum perfugiendi spaciū concessum est. Idem Fabius deinde [c] in Cabiris obsessus, oppugnatusque, à Triario seruatus est. [d] Is Triarius quū ex Asia eā ad Lucullū iter faciens rem gestā accepisset, coacta ex iis, qui aderant, quam maxima poterat manu, Mithridatem, totum exercitum Romanum aduersum se venire putantem, [e] terruit, vt is ante, quam in conspectum eius veniret, retrocederet. Triarius audacior factus, vsque in Cōmagenos fugiētem

A σαν· καὶ χρήματά τε πολλὰ ἔλαβε, καὶ ἐκεῖ διεχείμασε. τὴν μὲν οὖν Νίσιβιν οὕτως ἐχειρώσατο· τῆς δὲ Ἀρμενίας τῶν τε ἄλλων τῶν περὶ τὸν Πόντον συχνὰ ἀπέβαλεν. ὁ γὰρ Τιγράνης ἐκείνῃ μὲν, ὡς οὐκ ἂν ἁλούσῃ, οὐκ ἐπεκούρησε· πρὸς δὲ τὰ προειρημένα ὥρμησεν, εἴπως ἀσχόλου περὶ τὴν Νίσιβιν αὐτοῦ ὄντος, φθάσειεν αὐτὰ κομισάμενος. καὶ Μιθριδάτην μὲν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπέστειλεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν ἑαυτοῦ Ἀρμενίαν ἦλθε. κἀνταῦθα Λούκιον Φάννιον ἀντιστάντα οἱ ἀπολαβὼν ἐπολιόρ-

B κει, μέχρις οὗ ὁ Λούκουλλος αἰσθόμενος τοῦτο ἐπεβοήθησεν αὐτῷ. ἐν ᾧ δὲ ταῦτ' ἐγίγνετο, Μιθριδάτης ἔς τε τὴν ἑτέραν Ἀρμενίαν καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐσβαλών, πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων τοὺς μὲν ἀνὰ τὴν χώραν πλανωμένους, ἀπροσδόκητος σφίσι προσπεσών, ἔφθειρε, τοὺς δὲ καὶ ἐν μάχῃ κατέκοψε. κἀκ τούτου καὶ τῶν χωρίων τὰ πλείω διὰ ταχέων ἀνεκτήσατο. οἱ γὰρ ἄνθρωποι ἐκείνῳ τε εὔνοιαν, ἔκ τε τοῦ ὁμοφύλου καὶ ἐκ τῆς πατρίου βασιλείας, καὶ τῶν Ῥωμαίων μῖσος, διά τε τὸ ἔθνος, καὶ διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων σφίσι κακουχεῖσθαι, ἔχον-

C τες, προσεχώρησάν τε αὐτῷ, καὶ μετὰ τοῦτο τὸν ἄρχοντα τῶν ἐκεῖ Ῥωμαίων Μάρκον Φάβιον ἐνίκησαν. οἵ τε γὰρ Θρᾷκες οἱ πρότερον μὲν τῷ Μιθριδάτῃ μισθοφορήσαντες, τότε δὲ τῷ Φαβίῳ συνόντες, καὶ οἱ δοῦλοι οἱ ἐν τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ ὄντες, ἰσχυρῶς αὐτοῖς ἐβοήθησαν. οἵ τε Θρᾷκες ὑπὸ τοῦ Φαβίου ἐς προσκοπὴν πεμφθέντες, οὔτε τι ὑγιὲς ἀπήγγειλαν αὐτῷ, καὶ μετὰ τοῦτ' ἐκείνου τε ἀφυλακτότερον προϊόντος, καὶ τοῦ Μιθριδάτου ἐξαίφνης οἱ προσπεσόντος, συνεπέθεντο τοῖς Ῥωμαίοις. καὶ ἐν τούτῳ ἐλευθερίαν σφίσι τοῦ βαρβάρου κηρύ-

D ξαντος, συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου. * * ἀναλῶσαι ἄν, εἰ μὴ ὁ Μιθριδάτης τοῖς πολεμίοις ἀναστρεφόμενος (καὶ γὰρ ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς ἐμάχετο) λίθῳ τε ἐπλήγη, καὶ δέος τοῖς βαρβάροις μὴ καὶ ἀποθάνῃ παρέσχεν. ἐπισχόντων γὰρ σφῶν διὰ τοῦτο τὴν μάχην, ἠδυνήθησαν ἄλλοι τε καὶ ὁ Φάβιος ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἀποφυγεῖν. καὶ μετὰ τοῦτ' ἐς τὰ Κάβειρα κατακλεισθεὶς, ἐπολιορκήθη μὲν, ἐσώθη δὲ ὑπὸ τοῦ Τριαρίου. οὗτος γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίας ταύτῃ πρὸς τὸν Λούκουλλον

E διιὼν, καὶ γνοὺς τὰ πεπραγμένα, δύναμίν τε ὅσην οἷόν τ' ἦν ἐκ τῶν παρόντων ἤθροισε, καὶ τὸν Μιθριδάτην, ὡς καὶ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ πλήθει προσιόντα, ἐξέπληξεν ὥστ' ἀναχωρῆσαι ποιῆσαι πρὶν καὶ ἐς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν. κἀκ τούτου ἐπιθαρσήσας, καὶ μέχρι τῶν Κομμαγηνῶν ὑποφυγόντα αὐτὸν ἐπιδιω-

a propriā in ... gionem ... isso.

Romani ... idē haud ... bie oēs.

deinde Ca... ... enim ... ex,

adeo ter... ... quam in ... spectum ... veniret, ... ra moue... ... ceret. ... de Tria...

H. Steph. καὶ πάντας τοὺς ῥωμαίους ἀναλῶσαι ἄν. Xylander ἀναλωθῆναι ἄν. Ita procederet: καὶ πάντες οἱ ῥωμαῖοι.

ἐπεδίωξε, κἀνταῦθα ἐνίκησεν. ηὐλίζετο μὲν γὰρ Μιθριδάτης ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ, ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι προσῄεσαν· βουληθεὶς δὲ σφίσι κεκμηκόσιν ἐκ τῆς πορείας συμμῖξαι, αὐτός τε προαπήντησε, καὶ ἑτέρους δι᾽ ἄλλης γεφύρας ἐν τῷ τῆς μάχης καιρῷ διαβάντας ἐπιθέσθαι προσέταξε. καὶ αὐτὸν ἀγχώμαλα ἐπὶ πλεῖστον ἀγωνιζόμενον ἡ γέφυρα, πολλῶν τε καὶ ἀθρόων ἅμα δι᾽ αὐτῆς ἐπειγομένων, τῆς τε ἐπικουρίας ἀπεστέρησε, καὶ προσδιετάραξε. καὶ οἱ μὲν μετὰ τοῦτ᾽ (ἤδη γὰρ χειμὼν ἦν) ἀπεχώρησαν ἐς τὰ ἑαυτῶν τείχη ἀμφότεροι, καὶ ἡσύχαζον. * τὰ δὲ δὴ Κόμανα τῆς τε νῦν Καππαδοκίας ἐστί, καὶ ἐδόκει τότε τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας, καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνόνειον δεῦρο ἀεὶ ἔχειν. καὶ ὅπως μὲν ἐς αὐτοὺς ταῦτα ἀφίκετο, ἢ ὅπως διέμεινεν, οὐ δύναμαι σαφές, πολλῶν λεγομένων, εὑρεῖν· ὃ δὲ ἀκριβῶς ἐπίσταμαι, φράσω. δύο αὗται πόλεις ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ὁμώνυμοι, οὔτε πάνυ πόρρω ἀπ᾽ ἀλλήλων εἰσί, καὶ τῶν αὐτῶν † ἀντέχουσι. καὶ γὰρ μυθολογοῦσι καὶ δεικνύουσι τά τε ἄλλα πάντα ἐκ τοῦ ὁμοίου, καὶ τὸ ξίφος, ὡς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῆς Ἰφιγενείας ὄν, ἀμφότεραι ἔχουσι. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον εἰρήσθω.

H.Steph. † περιαυχοῦσι.

Τῷ δ᾽ ἐπιγιγνομένῳ ἔτει, ἐπί τε Μανίου Ἀκιλίου καὶ ἐπὶ Γαΐου Πείσωνος ὑπάτων, ὁ μὲν Μιθριδάτης τῷ Τριαρίῳ πρὸς Γαζιούροις ἀντεκάθητο· προεκαλεῖτό τε ἅμα αὐτὸν ἐς μάχην, καὶ ἐξώργιζεν. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ἐν τῇ ἐπόψει τῇ τῶν Ῥωμαίων αὐτός τε ἤσκει, καὶ τοὺς στρατιώτας † γυμνασίας ἐποιεῖτο, ὅπως πρὶν τὸν Λούκουλλον ἐπελθεῖν, ἐκείνῳ τε συμβαλὼν (ὥσπερ ἤλπιζε) κρατήσῃ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἀνασώσηται. ἐπεὶ δ᾽ οὐκ ἐκινεῖτο, πέμπει τινὰς πρὸς Δάδασα φρούριον, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τοῖς Ῥωμαίοις ἀπέκειτο, ἵν᾽ † ἐκείνοις τε ἐπαμύνοντα αὐτὸν ἐς χεῖρας ὑπαγάγηται. καὶ ἐγένετο οὕτως. ὁ γὰρ Τριάριος τέως μὲν τό τε πλῆθος τοῦ Μιθριδάτου φοβούμενος, καὶ τὸν Λούκουλλον (μετεπέμπετο γὰρ αὐτὸν) προσδεχόμενος, ἡσυχίαν εἶχεν· ὡς δὲ τά τε Δάδασα πολιορκούμενα ἐπύθετο, καὶ οἱ στρατιῶται δείσαντες περὶ αὐτοῖς ἐταράττοντο, καὶ ἐπηπείλουν εἰ σφᾶς μηδεὶς ἐξάγοι, καὶ αὐτοκέλευστοι βοηθήσειν σφίσι, καὶ ἄκων ἐξανέστη. † καὶ αὐτῷ οἱ βάρβαροι προσχωροῦντι ἤδη προσπεσόντες, τοὺς μὲν ἐν χερσὶ τῷ τε πλήθει σφῶν περιέσχον καὶ κατειργάσαντο, τοὺς δὲ καὶ ἐς τὸ πεδίον ἐκφυγόντας, ἀγνοίᾳ τοῦ τὸν ποταμὸν ἐς αὐτὸ ἐκτετράφθαι, περιελαύνοντες ἐκτεί-

H.Steph. † διὰ γυμνασίας. melius γυμνασίας ποιεῖτο.

† ἐκείνους γε.

† Xyl. καὶ αὐτοῖς οἱ βάρβαροι προσχωροῦντι male.

A insecutus, ibi vicit. Castra habebat Mithridates ex altera eius fluuii parte qua Romani accedebant. eos vt ex itinere fessos aggrederetur, [a] ille occurrit: reliquos inter prœlium per alium pontem [b] subsidio sibi venire iussit. Quum diu æquo marte certatum esset, pons abruptus, quod multi confertim per eum transire contenderent, Mithridatem subsidiis despoliauit, perturbauitque. Ab hoc conflictu vtrique (hiems enim iam appetierat) se in castella sua † receperunt. * Cæterùm Comana in ea, quæ nunc vocatur Cappado- B cia, sunt: creditumque est semper in hunc vsque diem ibi simulacrum Dianæ Tauricæ, genusque Agamemnonis fuisse. Quæ quomodo eo peruenerint, ibive manserint, [c] inter tot opiniones dicere non habeo: id quod exploratum mihi est, dicam. Duæ vrbes hæ sunt Cappadociæ, non procul inter se distantes, communiaque [d] omnia habentes. nam cum reliqua omnia similia vtrinque fabulantur ostentantque, C tum vtraque vrbs gladium habet, quem verum Iphigeniæ esse autumant. Atque hæc hactenus.

Anno [e] proximo, M'Acilio, & C. Pisone consulibus, Mithridates, ad Gaziura Triario oppositis castris, prouocare hominem ad prælium, atque irritare intendit, cum aliis rebus, [f] tum in cōspectu Romanorum milites suos seque in armis exercendo: vt cum eo congressus ante Luculli aduentum, superiorque factus (quod sperabat) reli- D quam etiam regni partem recuperaret. Quum Triarium non eliceret, ad castellum, cui Dadasa nomen erat, [g] [oppugnandum,] suorum aliquos mittit, in quo impedimenta Romanorum [h] asseruabantur: vt Romanos ei opitulaturos in manus suas perduceret. Neque id eum fefellit. Quum enim eatenus Triarius Mithridatis multitudinem reformidans, Lucullumque, quem accersierat, operiens, se cōtinuisset, postquam Dadasa oppugnari accepit, militesque rebus suis metu- E entes, tumultuantes, minati sunt se iniussu eius, nisi ipsos educeret, ad defendendum ituros, inuitus castris excessit. Barbari [i] iam castello appropinquantes adorti, circumfusique ob multitudinem suam, partim cciderunt: partim in campum compulsos, in quem Romani [k] fluuium excurrere ignorabant, circumuecti obtruncaue-

a ipse prior occurrit.

b inuadere iussit.

† receperunt, & quietis dederunt.

c quum variæ referantur, certum aliquid reperire non possum: quod exploratum.

d nomina habent, ac de iisdem gloriantur. Nam cum.

e sequenti proximo.

f tum quod ipse milites in oculis Romanorum exerceret, ac duces exercere subeeret.

g abest à Græco, quod inclusum est.

h depositæ erant: & sal tem illorum tuendorum causa hominem ad conferendas manus adduceret.

i iam progredientem adorti.

k fluuium deriuatum ignorabant.

runt. Ac, nisi quidam ex Romanis, se vnum ex Mithridatis commilitonibus (nam, quẽadmodũ ante dixi,[a] eius generis secum is haud paucos habebat) simulans, prope cõgressus, tanquam dicere quippiam cupiens, regi vulnus intulisset occidione deleri omnes fuiss ẽt. nunc ille huius facinoris autor [b]deprehensus, cęsus est: barbaris vero ea de re perturbatis, Romani multi effugerunt. Mithridates, curato [c] vulnere, suspicat[9] alios quoque præterea in suo exercitu hostes esse, militum delectum quasi alius rei causa instituit: iussisque singulis confestim in sua tabernacula se recipere, Romanos solos deprehensos occidit. Interim Lucullus aduenit: & quanquam eam de se opinionem præbebat, facile ipsum hic quoque superaturum, amissaque omnia non magno labore recepturum, nihil tum confecit. Nam & Mithridates ad Talaura loco eduto consederat: neque ad pugnandum educebat: & Medus Mithridates alter Tigranis gener, Romanos palantes repente adortus, magna clade affecerat: præterea ipse Tigranes aduentare ferebatur. Super hæc omnia in exercitu quoque Luculli seditio erat. nam [d] Valeriani milites, qui militia liberati prius, iterum stipendia faciebant, iam ante ad Nisibin tumultuati fuerant, victoria quieteq́;, & rerum copia luxuriantes, adhæc absente Lucullo (quippe is plerumque peregrè ibat) degentes: præcipuè vero commoti à P. quodam Clodio, (quẽ alii Claudium nominãt) homine innata quadam nouarum rerum cupiditate infecto, quanquam eius sororem Lucullus in matrimonio habebat. Tũ vero turbæ inter eos existebãt cũ aliis de causis, tũ quod auditũ, Aciliũ consulẽ, qui ob eas, quas memoraui, causas Lucullo successor missus erat, appropinquare, faciebat vt Lucullũ quasi priuatum iã contẽptui haberent. Quibus motus Lucullus, ac præterea, quod quum à Marcio (qui ante Acilium consul fuerat) in Ciliciam sibi mandatam adueniente subsidium petiisset, id non impetrauerat: [e] in magnam solicitudinem deuenit. nam & [nudatus militibus] decedere metuebat, & periculosum videbatur ibi locorum permanere. Itaq; in Tigranem proficisci decreuit: sperans fore, vt eum inopinantem simul, ac itinere fatigatum fundẽs, aliquo modo seditiones militum componeret. Quorum neutrum ipsi successit. etenim milites, aliquandiu secuti, quum in Cappa-

A καὶ πάντας δὲ ἂν σφᾶς διέφθειραν, εἰ μὴ τῶν Ῥωμαίων τις πλασάμενος ὡς καὶ ἐκ τῆς τοῦ Μιθριδάτου συμμαχίδος ὢν (ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ αὐτοῖς τρόπῳ συστρατευομένους, ὥσπερ εἶπον, οὐκ ὀλίγους εἶχε) προσῆλθέ τέ οἱ, ὡς καὶ εἰπεῖν τι βουλόμενος, καὶ ἔτρωσεν αὐτόν. οὗτος γὰρ ἐκεῖνος μὲν συλληφθεὶς ἀπεσφάγη· ταραχθέντων δὲ πρὸς τοῦτο τῶν βαρβάρων, συχνοὶ τῶν Ῥωμαίων διέφυγον. Μιθριδάτης μὲν δὴ τό, τε τραῦμα ἰᾶτο, καὶ προσυποπτεύσας καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πολεμίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ εἶναι,

B ἐξέτασιν τῶν στρατιωτῶν ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι ἐποιήσατο. καὶ κελεύσας σφᾶς ἐς τὰς ἑαυτῶν σκηνὰς ὡς ἑκάστους κατὰ τάχος ἀναχωρῆσαι, κατεφώρασε, καὶ τοὺς Ῥωμαίους μονωθέντας διέφθειρε. κἂν τούτῳ ὁ Λούκουλλος ἐπελθὼν δόξαν μὲν τισὶ παρέσχεν ὡς καὶ ἐκεῖνα ῥᾳδίως κρατήσων, καὶ πάντα τὰ προειλημμένα δι' ὀλίγου κομιούμενος, οὐ μέντοι καὶ κατέπραξέ τι. ὅ, τε γὰρ Μιθριδάτης ἐς τὰ μετέωρα πρὸς Ταλαύροις ὄντα ἱδρυθεὶς, οὐκ ἀντεπῄει αὐτῷ· καὶ ὁ Μιθριδάτης ὁ ἕτερος ἐκ Μηδίας γαμβρὸς τοῦ Τιγράνου ἐσκεδασμένοις τοῖς Ῥωμαίοις ἐξαίφνης

C προσπεσὼν, συχνοὺς ἀπέκτεινεν. ὅ, τε Τιγράνης αὐτὸς προσιὼν ἠγγέλθη, καὶ τὸ στράτευμα ἐστασίασεν. οἱ γὰρ †Οὐαλέριοι οἱ τῆς τε στρατείας ἀφεθέντες, καὶ μετὰ τοῦτ' αὖθις στρατευσάμενοι, ἐκινήθησαν μὲν καὶ ἐν τῇ Νισίβῃ, ἔκ τε τῆς νίκης καὶ ἐκ τῆς ἡσυχίας, τοῦ τε τὰ ἐπιτήδεια ἄφθονα ἔχειν, καὶ ἄνευ τοῦ Λουκούλλου τὰ πολλὰ, διὰ τὸ πολλαχόσε ἐκδημεῖν αὐτὸν, διαιτᾶσθαι· καὶ μάλισθ' ὅτι Πούπλιός τις Κλώδιος (ὃν Κλαύδιον τινὲς ἐκάλεσαν) συνεστασίαζε σφᾶς ὑπ' ἐμφύτου νεωτεροποιΐας, καίπερ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ τῷ Λουκούλλῳ

D συνοικούσης. ἐταράχθησαν δὲ καὶ τότε ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ τὸν Ἀκίλιον τὸν ὕπατον, ὃς τῷ Λουκούλλῳ διάδοχος δι' ἅπερ εἶπον ἐξεπέμφθη, πλησιάζοντα ἐπύθοντο. ἐν γὰρ ὀλιγωρίᾳ αὐτὸν, ὡς καὶ ἰδιωτεύοντα ἤδη ἐποιοῦντο. ὁ οὖν Λούκουλλος ἔκ τε τούτων, καὶ ὅτι παρὰ τοῦ †Μάρκου τοῦ πρὸ τοῦ Ἀκιλίου ὑπατεύσαντος, ἐς Κιλικίαν, ἧς ἄρχειν ἔμελλε, παριόντος, ἐπικουρίας οὐκ ἔτυχεν, ἐν ἀπόρῳ ἐγένετο, καὶ ὀκνήσας μὲν διὰ κενῆς ἀναστῆναι, δείσας δὲ καὶ κατὰ χώραν μεῖναι, ἐπὶ τὸν Τιγράνην ὥρμησεν, εἴπως ἐκεῖνόν τε ἀπροσδόκητόν τε ἅμα καὶ

E κεκμηκότα ἐκ τῆς ὁδοῦ τρέψαιτο, καὶ τοὺς στρατιώτας τρόπον τινὰ διὰ τούτου παύσειε στασιάζοντας. οὐ μὴν καὶ ἐπιτυχὴς οὐδετέρου ἐγένετο. ἀκολουθῆσαν γὰρ αὐτῷ τὸ στράτευμα μέχρι που τινὸς, ὅθεν ἐς

Marginal notes: ore Re- / o nati- / ri secum / od. — reprehē- — vulnere / bat, & / catem. — aleris. / ranslo- / prius, / m. — † Οὐαλερι-ανοί. — † Μαρκίου. — n com- / ec te- / se mo- / oro. nec / n be- / ussus, / ranẽ / si forte / impe / m.

τὴν Καππαδοκίαν ἐκστρατεύσων ᾔει. ἐκεῖ δ' ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν, μηδὲ φθεγξάμενοί τι, ἀπετράποντο. καὶ οἵ γε Οὐαλέριοι, μαθόντες ὅτι τῆς στρατείας παρὰ τοῖς οἴκοι τέλεσιν ἀφεῖνται, παντελῶς ἀπεχώρησαν. καὶ θαυμάσῃ μηδεὶς ὅτι † στρατηγικώτερος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος γενόμενος, καὶ πρῶτός τε Ῥωμαίων τὸν Ταῦρον σὺν στρατῷ καὶ ἐπὶ πολέμῳ διαβὰς, καὶ δύο βασιλέας οὐκ ἀσθενεῖς ἐπικρατήσας, (ἑλών τ' ἂν, εἴπερ ταχέως διαπολεμῆσαι ἐβεβούλητο) οὐκ ἐδύνατο τῶν συστρατευομένων οἱ ἄρχειν, ἀλλ' ἀεί τε ἐστασίαζον, καὶ τέλος κατέλιπον αὐτόν. πολλά τε γὰρ σφίσι προσέταττε· καὶ δυσπρόσοδος ἀκριβής τε ἐν ταῖς τῶν ἔργων ἀπαιτήσεσι, καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς τιμωρίαις ὢν, οὐκ ἠπίστατο οὔτε λόγῳ τινὶ προσαγαγέσθαι, οὔτε ἐπιεικείᾳ ἀναρτήσασθαι, οὐ τιμῆς, οὐ χρημάτων μεταδόσει προσεταιρίσασθαι. ὧν πάντων ἄλλως τε, καὶ ἐν πλήθει, καὶ μάλιστα στρατευομένῳ, δεῖ. καὶ διὰ τοῦθ' οἱ στρατιῶται, ἕως μὲν εὖ τε ἐφέροντο, καὶ τὰς ἁρπαγὰς ἀνταξίας τῶν κινδύνων εἶχον, ἠκροῶντο αὐτοῦ· ἐπεὶ δ' ἔπταισαν, καὶ ἐς φόβον ἀντὶ τῶν ἐλπίδων ἀντικατέστησαν, οὐδὲν ἔτι προσετίμησαν. τεκμήριον δὲ, ὅτι τοὺς αὐτοὺς τούτους ὁ Πομπήιος λαβὼν (καὶ γὰρ τοὺς Οὐαλερίους αὖθις κατελέξατο) οὐδ' ὁπωσοῦν στασιάζοντας ἔσχε. τοσοῦτον ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει. ὡς δ' οὖν τοῦθ' οἱ στρατιῶται ἔπραξαν, πᾶσάν τε ὀλίγου τὴν ἀρχὴν ὁ Μιθριδάτης ἀνεκτήσατο, καὶ τὴν Καππαδοκίαν ἰσχυρῶς ἐλυμήνατο· μήτε Λουκούλλου, προφάσει τοῦ τὸν Ἀκίλιον ἐγγὺς εἶναι, μήτε ἐκείνου προσαμύνοντος αὐτῇ. ἐπειγόμενος γὰρ πρότερον ὡς καὶ τὴν τοῦ Λουκούλλου νίκην ὑφαρπάσων, τότε, ἐπειδὴ τῶν γεγονότων ᾔσθετο, οὔτε πρὸς τὰ στρατόπεδα ἦλθε, καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ἐχρόνισε. Μάρκιος δὲ Λουκούλλῳ μὲν οὐκ ἐπεκούρησε, πρόσχημα τοὺς στρατιώτας, ὡς οὐκ ἐθελήσαντάς οἱ ἀκολουθῆσαι, ποιησάμενος· ἐς δὲ τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος, Μενέμαχόν τινα ἀπαυτομολήσαντα τοῦ Τιγράνου ἐδέξατο· καὶ τὸν Κλώδιον ἀποστάντα ἀπὸ τοῦ Λουκούλλου, διὰ τῶν ἐν τῇ Νισίβει γενομένων, ἐπὶ τὸ ναυτικὸν ἐπέστησεν. ἀδελφὴν γάρ τινα αὐτοῦ καὶ ἐκεῖνος γυναῖκα εἶχε. καὶ ὁ μὲν ἁλούς τε ἐς καταποντιστὰς, καὶ ἀφεθεὶς ὑπ' αὐτῶν, πρὸς τὸν ἐκ τοῦ Πομπηίου φόβον, ἔς τε τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἦλθεν, ὡς καὶ πρὸς τοὺς Ἀραβίους, πρὸς οὓς τότε διεφέροντο, συμμαχήσων σφίσι, κἀνταῦθα στασιάζων τινὰς ὁμοίως, ὀλίγου διεφθάρη. *

† στρατηγικώτατος.

A Cappadociam iter flectendum esset, omnes vnanimiter, ne verbo quidem vllo facto, sese conuerterunt. Valeriani autem, quum sibi militiæ missionem factam à magistratibus Romæ audirēt, omnino à signis dilapsi sunt. Enimuero mirũ videri nemini debet, Lucullum, quum imperatoriæ artis peritissimus fuerit, primusq; Romanorum cũ exercitu belli gerendi causa Taurum transiuerit, ac duos reges, haud illos imbelles, deuicerit, (quos, si celeriter [a] patrare bellum voluisset, capere potuisset) nequiuisse ita suis militib. præesse, quin & B semper tumultuarentur, & ipsum tandem desererent. Multa enim ipsis iniũgere solebat, difficilis [b] erat in cõgressibus, operum exactor perquam attentus, in pœnis irrogandis inexorabilis: ita neque sermone, neque [c] æquitate sibi eos deuincire, neque honorum pecuniæve muneribus conciliare nouerat. [d] quæ profecto cum omnis multitudo, tum præsertim militaris requirit. Ita factum est vt quandiu ex sententia omnia succederent, prædasque laboribus pares adipiscerentur mi- C lites, dicto audientes Lucullo essent: postea quam aduersas res experti, pro spe metum propositum sibi viderunt, eius autoritatem defugerunt. Cuius rei certum est signum, quod quũ eosdem Pompeius accepisset (is enim Valerianos milites iterum conscripsit) citra omnem seditionem ipsis vsus est. adeò vir viro præstat. Hęc agentibus militibus prope totum regnũ suum Mithridates recepit, Cappadociæq; multum detrimenti intulit: neque Lucullo obstante, quod Acilium prope esse præ- D tenderet, neque ipso Acilio defendente. Is enim quum prius festinasset, vt victoriam Lucullo præriperet, vbi tum quæ acta essent resciuit, ne ad exercitum quidem venit, sed in Bithynia tẽpus traxit. Marcus vero Lucullo auxilium non tulit, causatus milites se nolle sequi. Ciliciam autem quum venisset, Menemachum quendam, qui à Tigrane defecerat, in suam fidem accepit: P. vero Clodiũ (cuius [e] sororem ipse quoq; cõiugem habebat) qui metu perpetra- E torum apud Nisibin, à Lucullo desciuerat, rei nauali præfecit. Atque is Clodius à maritimis prædonibus captus, ab iisque Pompeium reformidantibus dimissus, Antiochiam Syriæ se cõtulit, vt eos cum Arabiis disceptantes auxilio iuuaret. Ibi quũ simili modo nõnullos ad seditionem concitaret, parum abfuit quin periret. * *

[a] conficere bellum.

[b] erat aditu,

[c] leuitate.

[d] quibus omnibus quũ alia, tum in hominum multitudine, qui præsertim militant, opus est.

[e] sororem quandam ipse.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ
Liber trigesimus sextus.

* * *

A ctos, suique studiosos haberet, itaque & Italiam sibi subiicere, potentiamque in omnes Romanos sibi parare posset, (quod & plerique eum vltro essent accepturi, & qui se opponerent, tamen vtique ob imbecillitatem concessuri essent) nihil horum sibi faciendum statuit: sed, vt primum [a] Brundusium est aduectus, ipse sua sponte, nemine iubente, copias omnes dimisit, quum neq; senatus, neq; populus quicquam de eis decreuisset: & ne in triumpho quidem eis vtendum putauit. Sciebat, quanto odio homines Ma-B rii Syllæque acta haberent. iis igitur ne paucorum quidem dierum timoris, dum se eadem passuros vererentur, præbere causam voluit. Idem etsi multa noua nomina de tot rebus gestis accipere posset, nullum tamen sibi assumpsit. [b] Triumphum decretum sibi accepit, quamuis maiorum institutis sancitum erat, ne cui is absque partæ victoriæ sociis offerretur. duxitque vnum de omnibus bellis triumphum, in quo multa [c] trophæa intulit, de singulis rebus gestis vnum aliquod perexiguum: vnum autem ma-C gnum, sumptu ingenti apparatum, quod de orbe terrarum inscriptionem habebat. Cognomentum autem nullum adsciuit, sed nomine Magni, quod ante hæc facinora nactus erat, contentus fuit. quin nec alium vllum nimium honorem sibi parauit: iisque, qui ei absenti decreti erant, semel omnino vsus est. Decretum autem erat, vt in omnibus festis solennibus lauream gestaret, in iisque omnibus paludamentum ferret, vestem autem triumphalem in equestribus cer-D taminibus indueret. hæc enim ei concedebantur, maxime Cæsare id contra M. etiam Catonis sententiam efficiente. De Cæsare, quis fuerit, quomodo plebi studuerit, quumque Pompeium alioquin euertendum sibi sumpsisset, ad ea tamen se composuerit quæ ad populi gratiam ineundam, suamque potentiam augendam facerent, iam ante dictum est. Cato autem iste ex gente Porciorum erat, magni illius Catonis in omnibus rebus imitator, nisi quod eum Græcarum literarum vsu superauit. Exercebat E autem se accurate in negotiis populi: neque vnum aliquem hominem admirabatur: rempublicam summo amore prosequebatur, odioque omne, quod super alia excelleret, ob suspicionem dominãdi, habebat; omne quod populare erat, cõmiseratione imbecillitatis motus, ama-

[a] *Brundisiũ traiecit.*

[b] *Triumphum, ex more maximum decretum.*

[c] *trophæa, eaque pulchre ornata, ratione cuiusque rei gesta, etiã minima, intulit.*

bat; populumque magis, quam quisquam alius, diligebat; libereque etiam cum periculo suo iustitiam protegebat. atque hæc omnia non potentiæ, non gloriæ, non honoris alicuius adipiscendi causa, sed solius vitæ liberæ atque à dominatione tutæ studio. His moribus præditus, [a] tum quoque in publicum progressus, decreto contradixerat, non quod vllã aduersus Pompeium inimicitiã gereret, sed quia id cõtra maiorum statuta erat. Igitur hęc Pompeio absenti data sunt, aduenienti nihil additum: quod facturi tamen haud dubie erant, si ipse voluisset. nam aliis qui potentia Pompeium non æquabant, sæpius ingentes honores tribuerant: quum liquido constet, id eos inuitos fecisse. Pompeius, haud ignarus, omnia ea, quæ potentibus, & in summo imperio constitutis à populo darentur, vt maxime libentes illi ea decernerent, tamen in eam suspicionem incurrere, quasi vi, ita iis, qui cum potestate sunt machinantibus, extorta sint, eademque nullam ei, cui conferuntur, gloriam afferre, quando non a volentibus, sed à coactis proficisci, non ob beneuolentiam, sed adulandi causa exhibita viderentur: initio statim nemini, vt de id genus rebus referret, concessit: longe id præstare dicẽs, quam si decretos iam honores repudiaret. Hoc enim cum odio eius magistratus, qui decretum fecisset, & cum fastu contemptuque coniunctum esse, vbi ea recusentur, quæ haud dubiè à melioribus, aut certè paribus offeruntur: alteri vero & nomen & rem popularis animi, neq; ostentatione, sed re vera, inesse. His cõsideratis Põpeius, qui magistratus atq; imperia omnia ferè secus, quam à patribus acceptæ leges ferrent, obtinerat, reliqua ista, quę, præterquam quod in iis neq; aliis neq; sibi ipsi prodesse posset, inuidiam etiam odiumq; aduersus se eorum, qui ea præstitissent, allatura esse sentiebat, non admisit. Atque hæc tum acta sunt.

[a] *tum primum in publicum.*

Annuo autem tunc spatio Romani bellis vacarunt, ita vt longo tempore intermissum augurium salutis repeterent. Est autem quoddam diuinationis genus, quo probatur, † concedantne ipsis dii, vt populo salutem postulent: quasi nefas esset eam, prius quam concedatur, petere. Ad id dies destinabatur singulis annis, ad quam diem nullus exercitus ad bellũ esset profectus, nullus hostis in aciem eduxisset, aut pugnatũ esset. Hanc ob causam in continentibus malis, maximeque intestinis, non celebrabatur.

† *concedatne ipsis numen,*

A λε. καὶ δήμου ἐραστής τε, ὡς οὐδεὶς ἄλλος, ἐγένετο, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ δικαίου παρρησίαν καὶ μετὰ κινδύνων ἐποιεῖτο. καὶ ταῦτα μέντοι πάντα οὔτε πρὸς ἰσχὺν, οὔτε πρὸς δόξαν, ἢ τιμήν τινα, ἀλλ᾽ αὐτῆς ἕνεκα τῆς τε αὐτονόμου καὶ τῆς ἀτυραννεύτου διαίτης, ἔπραττε. τοιοῦτος οὖν δή τις ὢν, ἔς τε τὸ κοινὸν τότε πρῶτον παρῆλθε, καὶ πρὸς τὰ ψηφιζόμενα, οὐχ ὑπὸ μηδεμίαν τὴν Πομπηΐου ἔχθραν ἔχων, ἀλλ᾽ ὅτι γε ἔξω τῶν πατρίων ἦν, ἀντεῖπε. ἀπόντι μὲν δὴ οὖν αὐτῷ ταῦτ᾽ ἐδόθη, ἐλθόντι δὲ B οὐδὲν πάντως ἄν που καὶ ἕτερα προστεθέντα, εἴπερ ἠθελήκει. ἄλλοις γοῦν τισὶν ἐν ἐλάττονι αὐτοῦ κράτει γενομένοις πολλὰ καὶ ὑπέρογκα πολλάκις ἔνειμαν. καὶ ὅτι γε καὶ ἐκεῖνα ἄκοντες ἔπραξαν, δῆλόν ἐστιν. ὁ οὖν Πομπήϊος, εὖ εἰδὼς, ὅτι πάνθ᾽ ὅσα ἐν ταῖς δυναστείαις τοῖς ἰσχύουσί τι παρὰ τῶν πολλῶν γίνεται, τήν τε ὑπόνοιαν, (κἂν τὰ μάλιστα ἐθελούσιοι ψηφίσωνται) ὡς καὶ κατὰ βίαν ἐκ τῆς τῶν κρατούντων παρασκευῆς διδόμενα, ἔχει, καὶ δόξαν οὐδεμίαν ὡς παραδοῦσιν αὐτὰ (ὡς καὶ μὴ παρ᾽ ἑκόντων, ἀλλ᾽ ἀναγκασθέντων, μηδ᾽ ἀπ᾽ C εὐνοίας, ἀλλ᾽ ἐκ κολακείας ὑπάρξαντα σφίσι) φέρει· οὐκ ἐπέτρεψεν ἀρχὴν οὐδενὶ οὐδὲν ἐσηγήσασθαι. καὶ πολύ γε τοῦτο βέλτιον εἶναι ἔλεγεν, ἢ ψηφισθέντα μὴ προσίεσθαι. ἐν μὲν γὰρ τῷ, μῖσός τε ἐπὶ τῇ δυναστείᾳ ὑφ᾽ ἧς ἐγνώσθη(?) καὶ ὑπερηφανίας καὶ ὕβριν τὸ μὴ δέχεσθαι τὰ διδόμενα παρὰ τῶν κρειττόνων δῆθεν, ἢ πάντως γε τῶν ὁμοίων, ἐνεῖναι· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, τὸ δημοτικὸν ὄντως καὶ ὄνομα καὶ ἔργον οὐκ ἀπ᾽ ἐνδείξεως, ἀλλ᾽ ἐξ ἀληθείας ὑπάρχειν. τὰς γάρ τοι D ἀρχὰς καὶ τὰς ἡγεμονίας ἔξω τῶν πατρίων ὀλίγου πάσας λαβὼν, τὰ γοῦν ἄλλα τοιαῦτα, ἐξ ὧν μήτε ὠφελῶν τινὰ, μήτε ὠφελούμενος, φθόνον ἄλλως καὶ μῖσος καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν διδόντων αὐτὰ λήψεσθαι ἔμελλεν, οὐκ ἐδέχετο. καὶ ταῦτα μὲν ἀνὰ χρόνον ἐγένετο.

Τότε δὲ οἱ Ῥωμαῖοι πολέμων ἀνάπαυσιν τὸν τοῦ ἔτους χρόνον ἔσχον· ὥστε καὶ τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ὀνομασμένον διὰ πάνυ πολλοῦ ποιῆσαι. E τοῦτο δὲ μαντείας τις τρόπος ἐστὶ, πίστιν τινὰ ἔχων, εἰ ἐπιτρέπει σφίσιν ὁ θεὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι· ὡς οὐχ ὅσιον οὐδὲ αἴτησιν αὐτῆς, πρὶν συγχωρηθῆναι, γενέσθαι. καὶ ἐπελεῖτο κατ᾽ ἔτος ἡμέρα, ἐν ᾗ μηδὲν στρατόπεδον μήτε ἐπὶ πόλεμον ἐξήει, μήτ᾽ ἀντιπαρετάττετό τις, μήτε ἐμάχετο. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς συνεχέσι κινδύνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐμφυλίοις, οὐκ ἐποιεῖτο.

εἶτο. ἄλλως τε γὰρ παγχάλεπον σφίσιν ἦν καθαρὰν ἀπὸ πάντων αὐτὴν ἡμέραν ἀκριβῶς τηρῆσαι, καὶ προσέτι καὶ ἀτοπώτατον, κακὰ αὐτοὺς ἐν ταῖς στάσεσιν ἑκουσίους ἀμύθητα ἀλλήλοις παρέχοντας, καὶ μέλλοντας, ἄν τε ἡττηθῶσιν, ἄν τε καὶ νικήσωσι, κακοῦσθαι, ἔπειτα σωτηρίαν παρὰ τοῦ θείου προσαιτεῖν. ἀμέλει καὶ τότε ἠδυνήθη μέν πως τὸ οἰώνισμα ἐκεῖνο ποιηθῆναι, οὐ μέντοι καὶ καθαρὸν ἐγένετο. ἔξεδροι γάρ τινες ὄρνιθες ἐπέπταντο, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀνεμαντεύσαντο. καὶ ἄλλα δὲ αὐτοῖς σημεῖα οὐκ αἴσια συνηνέχθη. κεραυνοί τε γὰρ ἐν αἰθρίᾳ πολλοὶ ἔπεσον, καὶ ἡ γῆ ἰσχυρῶς ἐσείσθη εἴδωλά τε πολλαχόθι ἀνθρώπων ἐφαντάσθη, καὶ λαμπάδες αἰεκὰς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀπὸ τῶν δυσμῶν ἀνέδραμον· ὥστε πάντα τινὰ καὶ ἰδιώτην τὰ σημαινόμενα ἀπ᾽ αὐτῶν προγνῶναι. οἱ γὰρ δήμαρχοι τὸν Ἀντώνιον τὸν ὕπατον ὁμοιοτροπώτατόν σφισιν ὄντα προσλαβόντες, ὁ μέν τις τοὺς παῖδας τῶν ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐκπεσόντων πρὸς τὰς ἀρχὰς ἦγεν· ὁ δὲ τῷ τε Παίτῳ † τῷ Ποπλίου, καὶ τῷ Σύλλᾳ τῷ Κορνηλίῳ τῷ μετ᾽ αὐτοῦ ἁλόντι, τό τε βουλεύειν καὶ τὸ ἀρχὰς ἐξεῖναι ἐδίδου. ἄλλος χρεῶν ἀποκοπάς, ἄλλος κληρουχίας καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῷ ὑπηκόῳ γενέσθαι ἐσηγεῖτο. καὶ ταῦτα μὲν πρός τε τοῦ Κικέρωνος καὶ πρὸς τῶν ἄλλων τῶν ὁμογνωμονούντων οἱ προκαταληφθέντα, πρὶν ἔργον τι ἀπ᾽ αὐτῶν συμβῆναι, ἐπαύθη. Τίτος δὲ δὴ Λαβιηνὸς Γάιον Ῥαβίριον ἐπὶ τῷ τοῦ Σατουρνίνου φόνῳ γραψάμενος, πλεῖστον σφίσι τάραχον παρέσχεν. ὅ, τε γὰρ Σατουρνῖνος πρὸ ἓξ που καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἐτεθνήκει· καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὸν οἱ ὕπατοι τότε παρὰ τῆς βουλῆς προσετετάχατο. ὥστε ἡ γερουσία ἄκυρος ἐκ τοῦ δικαστηρίου ἐκείνου τῶν ψηφισμάτων ἐγίνετο. κἀκ τούτου πᾶς ὁ κόσμος τῆς πολιτείας ἐταράττετο. ὁ μὲν γὰρ Ῥαβίριος οὐδ᾽ ὡμολόγει τὸν φόνον, ἀλλ᾽ ἄπαρνος ἦν. οἱ δὲ δήμαρχοι τήν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς βουλῆς καταλῦσαι παντελῶς ἐσπούδαζον, καὶ ἐξουσίαν ἑαυτοῖς τοῦ πάνθ᾽ ὅσα βούλοιντο ποιεῖν, προπαρεσκεύαζον. † διὰ γὰρ δὴ τούτου τά τε τῷ συνεδρίῳ δόξαντα, καὶ τὰ περὶ τοσούτων ἐτῶν πραχθέντα εὐθύνεσθαι, τοῖς τέ τι τῶν ὁμοίων ἐπιχειροῦσιν ἄδεια ἐδίδοτο, καὶ αἱ τιμωρίαι αὐτῶν ἐκολούοντο. ἡ οὖν γερουσία δεινὸν μὲν καὶ ἄλλως ἐνόμιζεν εἶναι καὶ ἄνδρα βουλευτήν, μήτ᾽ ἀδικοῦντά τι, καὶ ἐς γῆρας ἤδη προεληλυθότα, ἀπο-

† τῷ Ποπλίῳ.

† διὰ γὰρ δὴ τοῦ τπ.

A tur. alioquin etiā difficillimum erat Romanis vt eam diem exacte ab his omnibus puram seruarent: & præterea absurdissimum, quod quum ipsi sese mutuo in seditionibus vltro malis infandis affligerent, vt siue vincerentur, siue adeo vincerent, in miseriis essent, ita salutem à deo flagitare vellent. Atqui tunc videbatur id augurium capi posse, non tamen purum peractum est. Nam & aues alienæ aduolarunt, auguriumq; sinistrum reddiderunt. præterea alia quoque B infesta signa euenerunt. multa enim fulmina per serenum delapsa sunt, terra ingenti motu concussa est, multis locis hominum simulacra apparuerunt, faces in sublime ab occasu ad cœlum recurrerunt: ita vt omnes etiam de populo homines iam ante præsagirent quid hæc portenderent. Tribuni enim plebis, adiuncto sibi Antonio consule, cui cum ipsorum ingeniis optime conueniebat, alius C filios eorum qui sub Sylla ciuitate pulsi erant, ad magistratus promouere: alius P. Pæto, Cornelioque Syllæ, qui cum eo ambitus reus peractus erat, senatorii ordinis magistratusque capessendi potestatem concedere: alius nouas tabulas, alius agrorum diuisiones in Italia & Romano nomini subditis regionibus moliri. Atque hæc quidem à Cicerone, aliisque, qui cum eo sentiebant, mature deprehensa, & antequam in rem D deducerentur, sedata sunt. Titus autem Labienus Rabirium propter cædem Saturnini in ius vocans magnum Romæ tumultum excitauit. Nam Saturninus sane ante annum trigesimum & sextum oppetierat, bellumque aduersus eum iussu senatus a consulibus susceptum fuerat. Itaque eo iudicio autoritas decernendi senatui omnis derogabatur, omnisque reipublicæ ordo conturbabatur. At vero Rabirius cædem eam nequaquam profitebatur, sed infitias E ibat. Tribuni hoc omnino agebant, vt omni dignitate potestateque senatus sublata, ipsi plenam pro sua libidine omnia agendi potentiam haberent.[a] ea de causa senatusconsulta, & ab eo ordine ante tot annos acta, in disquisitionem vocare: iis, qui huiusmodi rem tentassent, impunitatem proponere, eorumque pœnas diminuere. Senatus non id modo iniquum ducere, quod homo senatoriæ dignitatis, ob nullum facinus, tam magno natu pe-

[a] Nam eo ipso, quod nomine senatusconsultorum, & ab eo ordine ante tot annos actorum rationes exigerentur, tum iis, qui consimilia tentassent, impunitas concedebatur, tum eorundem pœna diminuebātur.

riret, sed multo vehementius indignari, quod reipublicæ præcipuus status ignominia afficeretur, rerumque potestas ad pessimos homines deuolueretur. Factiones igitur turbulentæ contentionesque vtriusque partis exstitere de iudicio: quum alteri, ne fieret; alteri, vt fieret, instarent. Vbi tandem ea pars, quæ iudicari rem volebat, potissimum per Cæsarem, aliosque nonnullos, obtinuit, ac de iudicio conuentum est, (erat enim ipse cum L. Cæsare iudex, neque leui crimine, sed perduellionis Rabirius arcessebatur) ipsum condemnauerũt, quamuis non à populo, vt quidem mores maiorum ferebant, sed à prætore, secus quam par erat, iudices constituti. Rabirius ad populum prouocauit: sed haud dubie ibi quoque causa cecidisset, ni Metellus Celer, qui tum augur prætorque erat, id impediuisset. Is enim, quum ei populus nihil obtemperaret, neque cum animis suis reputarent, iudicium id haud legitime factum esse; in Ianiculum citato cursu perrexit, antequam suffragiis populus quicquam decerneret, reuellitque signum militare: itaque populus nullius amplius decreti faciendi potestatem habebat. Quod de vexillo dixi, ita habet. Quum antiquitus multi hostes circum Romam habitarent, veriti Romani ne, dum ipsi comitia centuriata agerent, hostes per insidias vrbem aggrederentur, Ianiculumque occuparent: statuerunt, non omnes simul ire in suffragia, sed vt semper aliqui armati [a] per successionem eum locum custodirent. In Ianiculo igitur, quandiu concio durabat, custodiæ agebantur: quum autem soluenda iam erat concio, signum à Ianiculo remouebatur, custodesque discedebant. Non autem licebat, custodiis ab arce ea remotis, quicquam amplius statuere. Is autem mos solis centuriatis comitiis obseruabatur, [b] quum extra vrbem omnes in armis adesse res postulabat: & id hodieque religionis causa fieri solet. Eo tum modo concio dissipata, vexillo amoto, Rabriusque liberatus est. nam etsi denuo causam agendi potestas Labieno superabat, id tamen omsit.

[a] per vices

[b] quod ad eã tũ extra mænia, tum omnes, quibus essent arma, conuenire cogerẽtur, vt idem hodieque diem adhuc causa fieri solet.

Catilina vero hoc modo, hisque de causis periit. Quum eo quoque tempore consulatum peteret, eiusque obtinendi causa nihil intentatum relinqueret, statutum est à senatu, vt qui largitionis

A λέσθαι. πολλῷ δὲ δὴ μᾶλλον ἠγανάκτει, ὅτι τό τε πρόσχημα τῆς πολιτείας διεβάλλετο, καὶ τὰ πράγματα τοῖς φαυλοτάτοις ἐπετρέπετο. σπουδαί τε οὖν ταραχώδεις, καὶ φιλονεικίαι ἀφ᾽ ἑκατέρων περί τε τοῦ δικαστηρίου, τῶν μὲν, ὅπως μὴ συναχθῇ, τῶν δὲ, ἵνα καθιζήσῃ, διαγωνιούντων· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο διά τε τὸν Καίσαρα καὶ δι᾽ ἄλλους τινὰς ἐνίκησε, περί τε τῆς κρίσεως αὖθις συνέβησαν, (καὶ ἦν γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ μετὰ τοῦ Καίσαρος τοῦ Λουκίου δι-

B κάζων· οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ δὴ λεγόμενον περδουελλίωνος ὁ Ῥαβίριος ἐκρίθη) κατεψηφίσαντο αὐτοῦ, καίτοι μὴ πρὸς τοῦ δήμου, κατὰ τὰ πάτρια, ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ, οὐκ ἐξὸν, αἱρεθέντες. καὶ ἐφῆκε μὲν ὁ Ῥαβίριος, πάντως δ᾽ ἂν καὶ παρὰ τῷ δήμῳ ἑάλω. εἰ μὴ ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ, οἰωνιστής τε ὢν καὶ στρατηγῶν, ἐνεπόδισεν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἄλλως ἐπείθοντό οἱ, οὔθ᾽ ὅτι παρὰ τὰ νενομισμένα ἡ κρίσις ἐγεγόνει ἐνεθυμοῦντο, ἀνέδραμεν ἐς τὸ Ἰάνικλον, πρὶν καὶ ὁτιοῦν σφᾶς ψηφίσασθαι, καὶ τὸ σημεῖον

C τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν· ὥστε μηδὲν ἔτ᾽ αὐτοῖς ἐξεῖναι διαγνῶναι. τοῦτο δὲ τὸ κατὰ τὸ σημεῖον, τοιόνδε τί ἐστι· πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μὴ ποτὲ ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τοὺς λόχους ἐπιθῶνταί τινες τῇ πόλει τὸ Ἰάνικλον καταλαβόντες, ἐνόμισαν μὴ πάντες ἅμα ψηφίσασθαι, ἀλλά τινας ἀεὶ ἐνόπλους τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν. καὶ αὐτὸ ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν· ὁπότε δὲ διαλυθή-

D σεσθαι ἔμελλε, τό, τε σημεῖον καθῃρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. οὐ γὰρ ἐξῆν, μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου, οὐδὲν ἔτι χρηματισθῆναι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις ταῖς κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες, δι᾽ ἀνάγκην εἶχον ἐς αὐτὰς συνιέναι· καὶ ἔτι τε καὶ νῦν ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται. οὕτω μὲν δὴ τότε ἥ τε ἐκκλησία, καθαιρεθέντος τοῦ σημείου, διελύθη, καὶ ὁ Ῥαβίριος ἐσώθη. ἐξῆν μὲν γὰρ τῷ Λαβιήνῳ καὶ αὖθις δικάσασθαι, οὐ μέντοι καὶ ἐποίησεν αὐτό.

E Ὁ δὲ δὴ Κατιλίνας ὧδέ τε καὶ διὰ τάδε ἀπώλετο· ἔδοξε τῇ βουλῇ, τήν τε ὑπατείαν καὶ τότε αἰτήσαντος, καὶ πάντα, ὅ, τι δήποτε ἐνεδέχετο, ὅπως ἀποδειχθῇ μηχανωμένου, δέκα ἐτῶν φυγὴν, τοῦ Κικέρωνος ἐς τὰ μάλιστα ἐνάγοντος, τοῖς ἐπιτιμίοις

τοῖς

τοῖς ἐπὶ τῷ δεκασμῷ ἐλεγχομένοις προσνομοθετῆσαι. τοῦτ' οὖν καὶ ἐκεῖνος δι' ἑαυτὸν (ὥσπερ που καὶ ἀληθὲς ἦν) ἐγνῶσθαι νομίσας, ἐπεχείρησε μὲν, χεῖρά τινα παρασκευάσας, τόν τε Κικέρωνα, καὶ ἄλλους τινὰς τῶν πρώτων ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρχαιρεσίαις, ἵν' ὕπατος εὐθὺς χειροτονηθῇ, φονεῦσαι. οὐκ ἠδυνήθη δέ. ὁ γὰρ Κικέρων προμαθὼν τὸ ἐπιβούλευμα, τῇ τε γερουσίᾳ ἐμήνυσεν αὐτὸ, καὶ κατηγορίαν αὐτοῦ πολλὴν ἐποιήσατο. ἐπειδή τε οὐκ ἔπεισε σφᾶς ψηφίσασθαί τι ὧν ἠξίου (οὔτε γὰρ πιθανὰ ἐξηγγελκέναι, καὶ διὰ τὴν ἑαυτοῦ ἔχθραν καταψεύδεσθαι τῶν ἀνδρῶν ὑπωπτεύθη) ἐφοβήθη, ἅτε καὶ προσπαροξυγκὼς τὸν Κατιλίναν· καὶ οὐκ ἐτόλμησεν ἁπλῶς ἐς τὴν ἐκκλησίαν ἐσελθεῖν, ὥσπερ εἰώθει· ἀλλά τούς τε ἐπιτηδείους συνεπήγαγε παρεσκευασμένους ἀμῦναί οἱ, εἴ τι δεινὸν γένοιτο, καὶ θώρακα, τῆς τε ἑαυτοῦ ἀσφαλείας καὶ τῆς ἐκείνων διαβολῆς ἕνεκα, ὑπὸ μὲν τὴν ἐσθῆτα, † παραφαίνων δι' αὐτὸν ἐξεπίτηδες, ἐνεδύσατο. ἔκ τε οὖν τούτου, καὶ ὅτι ἄλλως φήμη τις ἐξεφέρετο, ὅτι ἐπιβουλεύεται, ὅ, τε δῆμος δεινῶς ἠγανάκτησε, καὶ οἱ συνομωμοκότες τῷ Κατιλίνᾳ φοβηθέντες αὐτὸν, ἡσύχασαν. καὶ οὕτως ὕπατοί τε ἕτεροι ᾑρέθησαν, καὶ ἐκεῖνος οὐκέτι λάθρᾳ, οὐδὲ ἐπὶ τὸν Κικέρωνα, τούς τε σὺν αὐτῷ μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πᾶν τὸ κοινὸν τὴν ἐπιβουλὴν συνίστη. ἔκ γὰρ τῆς Ῥώμης αὐτῆς τούς τε κακίστους, καὶ καινῶν ἀεί ποτε πραγμάτων ἐπιθυμητὰς, κἀκ τῶν συμμάχων ὡς ὅτι πλείστους, χρεῶν τε ἀποκοπὰς, καὶ γῆς ἀναδασμοὺς, ἄλλα τε, ἐξ ὧν μάλιστα δελεάσειν αὐτοὺς ἤμελλεν, ὑπισχνούμενος σφίσι, συνῆγε. καὶ τούς γε πρώτους † αὐτῶν δυνατωτάτους, (ἦσαν δὲ ἄλλοι τε, καὶ Ἀντώνιος ὁ ὕπατος) καὶ ἐς ἀθεμίτων ὁρκωμοσιῶν ἀνάγκην προσήγαγε. παῖδα γάρ τινα καταθύσας, καὶ ἐπὶ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ τὰ ὅρκια ποιήσας, ἔπειτα ἐσπλάγχνευσεν αὐτὰ μετὰ τῶν ἄλλων. συνέπραττον δὲ αὐτῷ τὰ μάλιστα, τὰ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὅ, τε ὕπατος καὶ ὁ Λεντοῦλος ὁ Πούπλιος, ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών (ἐστρατήγει γὰρ ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ) τὰ δὲ ἐν ταῖς Φαισούλαις, ἐς ἃς οἱ στασιῶται αὐτοῦ συνελέγοντο, Γάϊός τις Μάλλιος, τῶν τε πολεμικῶν ἐμπειρότατος (μετὰ γὰρ τῶν τοῦ Σύλλου λοχαγῶν ἐστρατεύετο) καὶ πολυδαπανώτατος ὤν. συμπάντα γοῦν, ὅσα τότε ἐκτήσατο, καίπερ πάμπολλα ὄντα, κακῶς κατανα-

† παραφαίνων δὲ αὐτόν

† αὐτῶν, ἢ δυνατωτάτους.

A nis conuincerentur, ii præter constitutam mulctam, decennali insuper exilio plecterentur: Cicerone præcipue autore. Catilina hoc propter se, sicut erat, statutum existimans, conatus est parata ad id manu, Ciceronem, aliosque primores [viros,] in ipsis comitiis obtruncare, vt confestim consul crearetur. Neque tamen id efficere potuit. nam Cicero insidiis ante cognitis, eas senatui patefecit, ipsumque Catilinam grauiter accusauit. Quum non persuaderet, vt ea, quæ volebat, decernerent, (nam in suspicione erat, ac si haud probabilia retulisset, sed ob proprias inimicitias falso eos viros accusasset) timor eum incessit: quippe qui iam ante Catilinam irri-B tauerat. Igitur non amplius audere in concionem solus, vt alias consueuerat, sed cum familiaribus suis, qui ad defendendam vim parati aderant, progredi; loricamque sui tutandi, illisque inuidiam conciliandi causa [a] gestare, eamque icirco subinde data opera ostentare. Hanc ob rem, & quod alioquin rumor increbruerat, tendi insidias Ciceroni, populus vehementi indignatione commotus est: territique ii, qui cum Catilina coniurationem fecerant, [b] quietem egerunt. Ita C consulibus aliis designatis, Catilina non iam occultè, neque soli tum Ciceroni, eiusque sectatoribus, sed toti reipublicæ perniciem machinari, flagitiosissimum quemque Romæ, nouandarumque rerum studiosissimum, sibi adiungere: deinde ex sociis Romanorum etiam quamplurimos: eos nouarum tabularum, agrorumque diuisionis pollicitatione, aliisque, quæ plurimum apud eos possent, illecebris allicere. Erant inter D hos primarii viri potentissimique, ac præter alios, ipse etiam consul Antonius. Hos vt se nefando iureiurando adstringerent, adegit. puerum enim quendam mactauit, iuramentoque inito super eius visceribus, ea deinde ipse cum aliis comedit. Romæ negotium gerebat [c] per administros, consulem in primis, & P. Lentulum, qui post gestum consulatum senatu exciderat, ac senatoriæ dignitatis recuperandæ causa præturam tunc gerebat: Fæsulis (eo enim se-E ditionis socii confluebant) per Caium Manlium quendam, hominem militiæ peritissimum, qui sub Sylla ordines duxerat. is Manlius, apprimè prodigus homo, omnem rem familiarem, quam amplissimã effecerat, in malos vsus profude-

[a] sub veste sic gestare, ut eam data opera non nihil ostentaret.

[b] quieuerunt

[c] per hos potissimum complices,

rat: igitur similium rerum cupiditate tenebatur. [a] Quum instructa hæc iam essent, primo Cicero de iis, quæ in vrbe agitabantur, certior fit per literas, [b] quarum autor non extabat. erant autem ad Crassum aliosque nonnullos nobiles datę. Ob has decretum est, rem ad seditionem spectare, autorumque harum rerum conquisitionem debere fieri. Secundo loco quæ in Hetruria mouebantur, nunciata sunt. Igitur consulibus custodia vrbis & [c] reipublicæ mandata est, vt Romanæ erat consuetudinis. Huic enim [d] decreto adscriptum erat, darent operam coss. ne quid detrimenti respublica caperet. His actis, quum multis in locis custodiæ essent positæ, res in vrbe motæ amplius non sunt: adeo vt ob calumniam Cicero iam male audiret. Cæterum iis, quæ ab Hetruria nuntiabantur, effectum est; vt & fides rei haberetur, & Catilina de vi accusaretur. Catilina primum, tanquam sibi esset optime conscius, iudicium non detrectare: se ad causam dicendam parare, se Ciceroni ipsi custodiendum (ne scilicet effugere posset) tradere: eo abnuente, vltro cũ Metello prætore degere, ne innouandarum rerum studii suspectus haberetur, dum interim à coniurationis sociis aliquãtum roboris acciperet. Quum nihil procederet, (quod Antonius timore perculsus trepidabat, Lentulus autem minime ad agẽdum idoneus erat) edixit ipsis, vt in domum quandam noctu conuenirent. ibi eos clam Metello conuentos timiditatis mollitieiq; causa increpat: deinde exponit, quæ passuri sint, detecta re: ea verò bene gesta, quibus bonis potituri. ita eorum animos confirmat, irritatque: adeò vt duo quidam pollicerentur, se summo mane in domum Ciceronis introituros, ibique eum confossuros. Verum hac quoque re per indicium detecta, (Cicero enim pro sua, qua multum pollebat, potentia, vt qui multos causarum patrociniis [familiaritate] sibi adstrinxerat, alios terrore perculerat, multos, qui de his ad se referrent habebat) senatus Catilinam vrbe excedere iubet. Is [e] hac specie lætus, Roma Fæsulas profectus est: assumptoq; nomine & habitu consulis, iam ante collectas à Manlio copias instruxit. interea alios quosdam, liberos primum, dein seruos quoque, sibi adiunxit. His rebus permoti Romani, vi ipsum egisse iudicauerunt: Antoniumque consulem, ignari eum in par-

a Quum hæc illi instruerent,

b qua autore haud indicabant.

c & totius respubl.

d senatus consulto.

e per hanc occasionem lubens excessit, & Roma.

A λώσας, ἑτέρων ἔργων ὁμοίων ἐπεθύμει. τῶν δὲ παρασκευαζομένων οὕτω ταῦτα. αὐτῶν, μηνύεται τῷ Κικέρωνι πρῶτα μὲν τὰ ἐν τῷ ἄστει γιγνόμενα, διὰ γραμμάτων τινῶν, ἃ τὸν μὲν γράψαντα οὐκ ἐδήλου, τῷ δὲ δὴ Κράσσῳ καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν δυνατῶν ἐδόθη. καὶ ἐπ' αὐτοῖς δόγμα ἐκυρώθη, ταραχήν τε εἶναι, καὶ ζήτησιν τῶν αἰτίων αὐτῆς γενέσθαι. δεύτερα δὲ τὰ ἀπὸ τῆς Τυρσηνίδος· καὶ προσεψηφίσαντο τοῖς ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς τε πόλεως καὶ τῶν
B ὅλων αὐτῆς πραγμάτων, καθάπερ εἰώθεσαν. καὶ γὰρ τούτῳ τῷ δόγματι προσεγράφη τὸ, διὰ φροντίδος αὐτοὺς σχεῖν, ὥστε μηδεμίαν ἀποτεύθην τῷ δημοσίῳ συμβῆναι. γενομένου δὲ τούτου, καὶ φρουρᾶς πολλαχόθι καταστάσης, τὰ μὲν ἐν τῷ ἄστει οὐκέτ' ἐνεωτερίσθη, ὥστε καὶ ἐπὶ συκοφαντίᾳ τὸν Κικέρωνα διαβληθῆναι. τὰ δὲ ἐκ τῶν Τυρσηνῶν ἀγγελλόμενα τήν τε αἰτίαν ἐπιστώσατο, καὶ βίας ἐπ' αὐτοῖς γραφὴν τῷ Κατιλίνᾳ παρεσκεύασε. καὶ ὃς τὰ μὲν πρῶτα καὶ πάνυ αὐτὴν ἑτοίμως, ὡς καὶ
C ἀπὸ χρηστοῦ τοῦ συνειδότος, ἐδέξατο· πρός τε τὴν δίκην δῆθεν ἡτοιμάζετο, καὶ τῷ Κικέρωνι αὐτῷ τηρεῖν ἑαυτὸν, ὅπως δὴ μὴ φύγῃ που, παρεδίδου· μὴ προσδεξαμένου δ' ἐκείνου τὴν φρουρὰν αὐτοῦ, παρὰ τῷ Μετέλλῳ τῷ στρατηγῷ τὴν δίαιταν ἑκουσίως ἐποιεῖτο, ἵν' ὡς ἥκιστα ὑποπτευθείη νεωτερίζων τι, μέχρις ἂν καὶ ἐκ τῶν αὐτόθι συνωμοτῶν ἰσχυρόν τι προσλάβῃ. ὡς δ' οὐδὲν οἱ προεχώρει (ὅ, τε γὰρ Ἀντώνιος φοβηθεὶς ὑπεστέλλετο, καὶ ὁ Λέντουλος ἥκιστα δραστήριος ἦν) προεῖπεν αὐτοῖς νυκτὸς ἐς οἰκίαν τινὰ συλλεγῆναι. καὶ λαθὼν τὸν Μέτελλον, ἦλθέ τε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπετίμησε
D σφίσιν ἐπί τε τῇ ἀτολμίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ μαλακίᾳ. κἀκ τούτου διεξελθὼν ὅσα τε πείσονται φωραθέντες, καὶ ὅσων τεύξονται κατορθώσαντες, οὕτως αὐτοὺς καὶ ἐπέρρωσε καὶ παρώξυνεν, ὥσθ' ὑποστῆναι δύο τινὰς ἔς τε τὴν τοῦ Κικέρωνος οἰκίαν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἐσπηδήσειν, κἀνταῦθα αὐτὸν φονεύσειν. ὡς δὲ καὶ τοῦτο προεμηνύθη, (ὁ γὰρ Κικέρων, πολὺ δυνάμενος, συχνούς τε ἐκ τῶν συνηγορημάτων τοὺς μὲν οἰκειούμενος, τοὺς
E δὲ ἐκφοβῶν, πολλοὺς τοὺς διαγγέλλοντας οἱ τὰ τοιαῦτα ἔσχε) μεταστῆναι ἡ γερουσία τὸν Κατιλίναν ἐψηφίσατο. καὶ ὃς ἀσμένως τε ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ὑπεχώρησε, καὶ πρὸς τὰς Φαισούλας ἐλθὼν, τόν τε πόλεμον ἄντικρυς ἀνείλετο, καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὴν σκευὴν τὴν τῶν ὑπάτων λαβὼν, καὶ τοὺς προσυνειλεγμένους ὑπὸ τοῦ Μαλλίου συνεκρότει. κἀν τούτῳ καὶ ἄλλους τινὰς, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν ἐλευθέρων, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ τῶν δούλων, προσεποιεῖτο. ὅθεν περ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τήν τε βίαν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐς τὸν πόλεμον, ἀγνοοῦντές

που τῆς συνωμοσίας σφῶν, ἐς ἔλεγχον ἀφίκετο, τὴν ἐσθῆτα μετέβαλον. καὶ διὰ ταῦτα καὶ ὁ Κικέρων κατὰ χώραν ἔμεινεν. εἰλήχει γὰρ τῆς Μακεδονίας ἄρξαι. οὔτε δὲ ἐς ἐκείνην (τῷ γὰρ συνάρχοντι αὐτὴν διὰ τὴν περὶ τὰς δίκας σπουδὴν ἐξέστη) οὔτε ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν πλησίον, ἣν ἀντέλαβε διὰ ταῦτα, ἐξῆλθεν. ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο, ἐς δὲ τὴν Γαλατίαν τὸν Μέτελλον (ὅπως μὴ καὶ ὁ Κατιλίνας αὐτὴν σφετερίσηται) ἔπεμψε. καὶ ἐν καιρῷ γε ἐς τὰ μάλιστα τοῖς Ῥωμαίοις κατέμεινε. παρασκευαζομένου γὰρ τοῦ Λεντούλου καταπρῆσαί τε τινας, καὶ σφαγὰς ἐργάσασθαι, μετά τε τῶν ἄλλων τῶν συνωμοτῶν, καὶ μετὰ Ἀλλοβρίγων, οὓς κατὰ πρεσβείαν παρόντας ἀνέπεισε συμφρονῆσαί ἑαυτῷ. * * *

καὶ συλλαβὼν τοὺς ἐπ᾽ αὐτοὺς σταλέντας, ἔς τε τὸ βουλευτήριον μετὰ τῶν γραμμάτων ἐσήγαγε, καὶ ἄδειαν αὐτοῖς δοὺς πάσας, οὕτω τὴν συνωμοσίαν ἤλεγξε. κἀκ τούτου ὁ Λέντουλος ἀπειπεῖν τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τῆς γερουσίας ἀναγκασθεὶς, ἐν φρουρᾷ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν συλληφθέντων ἐγένετο, καὶ οἱ λοιποὶ ἀνεζητοῦντο. καὶ ταῦτα καὶ τῷ δήμῳ ὁμοίως ἤρεσε, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τοῦ Κικέρωνος δημηγοροῦντός τι περὶ αὐτῶν, τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἔς τε τὸ Καπιτώλιον παρ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη, καὶ κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν μάντεων, πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον ἀνετέθη. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοί τε συνωμοσίαν τινὰ ἐξελεγχθήσεσθαι ἐκ τῆς τοῦ ἀγάλματος ἱδρύσεως εἰρήκεσαν, καὶ ἡ ἀνάθεσις αὐτοῦ τοῖς φωραθεῖσι συνέβαινε, τό, τε θεῖον ἐμεγάλυνον, καὶ τοὺς τὴν αἰτίαν λαβόντας δι᾽ ὀργῆς μᾶλλον ἐποιοῦντο. διῆλθε μὲν οὖν λόγος ὅτι καὶ ὁ Κράσσος ἐν αὐτοῖς εἴη, καί τις καὶ τῶν συλληφθέντων τοῦτ᾽ ἐμήνυσεν· οὐ μέντοι πολλοὶ ἐπίστευον. οἱ μὲν γὰρ ἀρχὴν οὐδ᾽ ἠξίουν τοιοῦτόν τι ἐς αὐτὸν ὑποτοπεῖν· οἱ δὲ καὶ ἐκ τῶν ὑπαιτίων ὑπελόπτευον αὐτὸ ὅπως βοηθείας τινὸς διὰ τοῦτο παρ᾽ αὐτοῦ (ὅτι πλεῖστον ἐδύνατο) τύχωσι, λογοποιηθῆναι. εἰ δ᾽ οὖν τισι καὶ πιστὸν ἐδόκει εἶναι, ἀλλ᾽ οὔτι γε ἐδικαίουν, ἄνδρα τε ἐν τοῖς πρώτοις σφῶν ὄντα ἀπολέσθαι, καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ πλεῖον ἐκταράξαι. ὥστε τοῦτο μὲν παντελῶς διέπεσε. παρασκευαζομένων δὲ δὴ πολλῶν καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων, τῶν μὲν ὑπὸ δέους, τῶν δὲ καὶ οἴκτῳ τοῦ τε Λεντούλου καὶ τῶν ἄλλων, ἐξαρπάσαι πάντας αὐτούς, ὅπως μὴ ἀποθάνωσι· προπυθόμενος τοῦθ᾽ ὁ Κικέρων, τό, τε Καπιτώλιον καὶ τὴν ἀγορὰν τῆς νυκτὸς φρουρᾷ προκατέλαβε. καὶ τινα παρὰ τοῦ δαιμονίου χρηστὴν ἐλπίδα ἅμα τῇ ἕῳ λα-

A te conspirationis esse, ad bellum coniuratis faciendum emiserunt, ipsi vestem mutauerunt. Easdem ob causas Cicero etiam Romæ permansit. Obtigerat ei sorte Macedonia prouincia: sed eam collegæ concesserat, vt iudicus adesse posset: ipse [a] Galliam pro ea receperat. Sed ne in hanc quidem exiuit: verum, quod status rerum requirebat, vrbis custodiam gessit, misso in Galliam Metello, ne hanc etiam sui iuris Catilina faceret. Fuit hæc eius ad vrbem mansio Romanis in primis opportuna. Iam enim Lentulus B se ad vrbem quibusdam locis incendendam parauerat, adque cædes patrandas, auxilio cum aliorum coniuratorum, tum legatorũ Allobrogum, quos ad societatem impulerat, * * *

comprehensisque iis, qui [b] ad eum mittebantur, eos cum literis in senatum introduxit: impunitateque proposita, eo modo eos, qui in coniuratione erant, coarguit. Ad hæc Lentulus magistratu se abdicare a senatu coactus, cum aliis, qui comprehensi erant, in custodiam datus; reliquorum conquisitio facta est. C Ea populo etiam probabantur, potissimum quum Cicerone de his in concione verba faciente, sub tempus concionis statua Iouis in Capitolio dedicata, & ex præcepto aruspicum ad solem orientem forumque spectans posita est. Quum enim arioli conspirationem quandam ruina simulacri patefactum iri dixissent; eiusque statuæ collocatio in tempus deprehensionis coniuratorum incideret: ibi vero populus [c] numini grates agere; magis in- D fensus esse reis. Rumor ferebatur, Crassum quoque rei conscium: idque ex iis, qui capti erant, quidam indicabat: paucis tamen fides facta est. alii enim statim ne suspicionem quidem huiusmodi de tanto viro admittebant: alii id à reis confingi innuebant, quod ab eo viro summæ potentiæ nonnihil auxilii sperarent. Nec deerant qui quum fidem adhiberent, nolebant tamen virum primarium perire, aut in repub. plus turbarum fieri. Is igitur rumor penitus in- E tercidit. Quum iam multi & serui & liberi homines, partim metu, partim misericordia Lentuli & reliquorum moti, se ad eos eripiendos, ne morte plecterentur, [d] compararent; re ante cognita, Cicero Capitolium forumque noctu occupauit, præsidioque muniuit. Sub auroram, quum spem sibi à numine bonã

[a] Galliam vicinam, ob præsentem rerum statũ, pro ea receperat: in quã tamen non exiit, sed vrbis custodiã.

[b] ad eum.

[c] numinis maiestatẽ extollere.

[d] compararẽt.

esse extensam cerneret, quod domi suæ re sacra a Vestalibus pro salute populi facta, flamma longe solito altius sese extulisset; populo imperauit, vt sacramentum apud prætores dicerent, si forte militibus opus foret, se nomina daturos: ipse conuocato senatu, ei perturbato & territo autor fuit, vt de iis, qui in custodiis tenebantur, capite animaduertendum censerent. Discrepabant enim sententiis, & parum abfuit, quin hos missos fecerent. nam Cæsar, quum omnes, qui ante eum sententiam tulerant, eos morte multandos pronuntiassent; ita censuit, exutos bonis vinctosq; eos in vrbes hinc inde dedendos: ea conditione, ne quis in posterum de venia eis danda referret: siquis aufugisset, vrbem eam, ex qua euasisset, inter hostes habendam. In hanc sententiam cæteri, qui eum subsequebantur, omnes iuerunt; ita vt eorum quoque pars, qui ante Cæsarem dixerant, suas sententias reuocarent. At postquam Cato ipse morte eos condemnauit, reliquosque omnes in suam sententiam pertraxit, ibi tum illi ex ea sententia, quæ obtinuerat, supplicio affecti: sacrificiaque propter eos, & supplicatio, decreta. quod in tali re antea factum nunquam erat. Alii quoque, de quibus indicium factum erat, quæsiti: nonnulli etiam suspecti, quod se coniuratis essent adiuncturi, in iudicium pertracti sunt. atque hæc quidem per consules fiebant. Aulum vero Fuluium senatorem ipse pater necauit, non quidem (vt quibusdam videtur) solus hoc priuatus ipse agens. nam & alii multi, non tantum non consules, verum omnino priuati homines, suos filios interemerunt.

Ea tempestate præter hæc, quæ retulimus, quum Labienus de pontificibus creandis rogationem tulisset, Cæsar autem plebem demereretur; iterum plebs contra Syllæ legem, Domitii legem renouauit atque † introduxit. Metello enim Pio defuncto, Cæsar eius pontificatum petebat, iuuenis adhuc, & qui nondum præturam gesserat: sed in plebe plurimum spei reponebat, cum alias, tum quod Labienum in Rabiriana causa adiuuerat, sententiamque tulerat, ne Lentulus capite plecteretur. igitur cœptum suum perfecit, pontifexque maximus factus est, [a] multis id quidem viris præclaris, in primisque Catulo, competitoribus

† reduxit.

a quum alii multi eum honorem, tũ Catulo imprimis, ambientibus.

A λαβὼν, ὅτι ἱερῶν, ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων ὑπὲρ τοῦ δήμου ποιηθέντων, τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον παρὰ τὸ εἰκὸς ἤρθη, τὸν μὲν δῆμον τοῖς στρατηγοῖς ὀρκῶσαι ἐς τὸν κατάλογον, εἰ δή τις χρεία στρατιωτῶν γένοιτο, ἐκέλευσεν. αὐτὸς δὲ ἐν τούτῳ τὴν βουλὴν ἤθροισε. καὶ σφᾶς συνταράξας τε καὶ ἐκφοβήσας, ἔπεισε θάνατον τῶν συνειλημμένων καταγνῶναι. ἐγένοντο μὲν γὰρ ἀμφίβολοι, καὶ παρ᾽ ὀλίγον αὐτοὺς ἀπέλυσαν. ὁ γὰρ Καῖσαρ, πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ ψηφισαμένων ἀποθανεῖν σφᾶς,
B γνώμην ἔδωκε δῆσαί τε αὐτοὺς, καὶ ἐς πόλεις ἄλλους ἄλλῃ καταθέσθαι, τῶν οὐσιῶν ἐστερημένους, ἐπὶ τῷ μήτε περὶ ἀδείας ἔτι αὐτῶν χρηματισθῆναί ποτε, κἂν διαδράσῃ τις, ἐν πολεμίων μοίρᾳ τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἂν φύγοι, εἶναι. καὶ τοῦτο πάντες οἱ μετὰ ταῦτα ἀποφηνάμενοι, μέχρι τοῦ Κάτωνος, ἐψηφίσαντο, ὥστε καὶ τῶν προτέρων τινὰς καταγνῶναι. ἐπεὶ δὲ ὁ Κάτων αὐτός τε τὸν θάνατον αὐτῶν κατεδίκασε, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ὁμοψήφους ἐποιήσατο, οὕτω δὴ
C ἐκεῖνοί τε ἐκ τῆς νικώσης ἐκολάσθησαν, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς καὶ θυσία καὶ ἱερομηνία ἐψηφίσθη (ὃ μή πώποτε ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἐγεγόνει) καὶ οἱ ἄλλοι οἱ μηνυθέντες ἐζητοῦντο· καὶ τινὲς καὶ ἐπὶ τῷ μελλῆσαι συμφρονήσειν αὐτοῖς ὑποπτευθέντες, ἐκρίνοντο. καὶ ταῦτα μὲν ἄλλα οἱ ὕπατοι διῴκουν· Αὖλον δὲ Φούλβιον, ἄνδρα βουλευτὴν, αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπέσφαξεν, οὔτι γε καὶ μόνος (ὥς γε τισὶ δοκεῖ) τοῦτ᾽ ἐν ἰδιωτείᾳ ποιήσας. συχνοὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλοι, οὐχ ὅτι ὕπατοι, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται, παῖδας σφῶν ἀπέκτειναν.

D

Τότε μὲν δὴ τάδε ἐγένετο· καὶ τὰς αἱρέσεις τῶν ἱερέων γράψαντος μὲν τοῦ Λαβιήνου, σπουδάσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸν δῆμον, αὖθις ὁ ὅμιλος παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον, ἐπανήγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν τοῦ Δομιτίου. ὁ γὰρ Καῖσαρ, τοῦ Μετέλλου τοῦ Εὐσεβοῦς τελευτήσαντος, τῆς τε ἱερωσύνης αὐτοῦ, καίτοι νέος καὶ μηδέπω ἐστρατηγηκὼς, ἐπεθύμησε, καὶ ἐν τῷ πλήθει τὴν ἐλπίδα αὐτῆς διά τε τἆλλα, καὶ ὅτι τῷ τε Λαβιήνῳ κατὰ τοῦ Ῥαβιρίου συνηγωνίσατο,
E καὶ τὸν Λέντουλον ἀποθανεῖν οὐκ ἐψήφιστο, λαβὼν, τοῦτό τε ἔπραξε, καὶ ἀρχιερεὺς τῶν ποντιφίκων, καίπερ ἄλλων τε τῆς τιμῆς πολλῶν, καὶ τοῦ Κατούλου μάλιστα, ἀντιποιουμένων, ἀπεδείχθη.

καὶ γὰρ

καὶ γὰρ θεραπεῦσαι καὶ κολακεῦσαι πάντα τινά, καὶ τῶν τυχόντων, ἑτοιμότατος ἐγίγνετο. καὶ οὔτε λόγου οὔτε ἔργου οὐδενὸς ἐς τὸ κατατυχεῖν ὧν ἐσπούδαζεν, ἐξίστατο· οὐδ' ἔμελέν οἱ τῆς αὐτίκα ταπεινότητος πρὸς τὴν ἐκ τοῦ ἔπειτα ἰσχύν, ἀλλ' ὧν ἐπεχείρει πρωτεῦσαι, τούτους ὡς καὶ κρείττων ὑπήρχετο. τῷ μὲν οὖν Καίσαρι διὰ ταῦτ' οἱ πολλοὶ προσφιλεῖς ἦσαν. τὸν δὲ δὴ Κικέρωνα ἐν ὀργῇ ἐπὶ τῷ τῶν πολιτῶν θανάτῳ ποιούμενοι, τά τε ἄλλα ἤχθαιρον, καὶ τέλος ἀπολογήσασθαί τι καὶ καταλέξαι πάνθ' ὅσα ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἐπεποιήκει τῇ τελευταίᾳ τῆς ἀρχῆς ἡμέρᾳ ἐθελήσαντα (πάνυ γάρ που ἡδέως οὐχ ὅπως ὑφ' ἑτέρων ἐπῃνεῖτο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐνεκωμίαζεν) ἐσίγασαν, οὐδ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ ἔξω τι τοῦ ὅρκου φθέγξασθαι, συναγωνιστῇ Μετέλλῳ Νέπωτι δημαρχοῦντι χρησάμενοι. πλὴν καθ' ὅσον ἀντιφιλονεικήσας προσεπώμοσεν, ὅτι σέσωκε τὴν πόλιν εἴη. καὶ ὁ μὲν καὶ ἐκ τούτου πολὺ μᾶλλον ἐμισήθη. Κατιλίνας δὲ ἐν ἀρχῇ εὐθὺς τοῦ ἔτους, ἐν ᾧ † Ἰούλιός τε Σιλανὸς καὶ Λούκιος Λικίννιος ἦρξαν, ἀπεφθάρη. τέως μὲν γάρ, καίπερ δύναμιν οὐκ ὀλίγην ἔχων, ἐκαραδόκει τὰ τοῦ Λεντούλου· καὶ διέμελλεν, ἐλπίζων, ἂν φθάσωσιν ὅ, τε Κικέρων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ σφαγέντες, ῥᾳδίως τὰ λοιπὰ προσκατεργάσασθαι· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνόν τε ἀπολωλότα ἐπύθετο, καὶ τῶν συνόντων οἱ συχνοὺς μεθισταμένους διὰ τοῦτ' ᾔσθετο, ὅ, τε Ἀντώνιος καὶ ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ πρὸς ταῖς Φαισούλαις προσεδρεύοντες, οὐδαμῇ † προσελθεῖν αὐτῷ ἐπέτρεπον· ἀποκινδυνεῦσαι ἠναγκάσθη, καὶ (ἦσαν γὰρ δίχα ἐστρατοπεδευμένοι) πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐτράπετο, καίπερ τῷ ἀξιώματι προέχοντα τοῦ Μετέλλου, καὶ δύναμιν πλείω προσβεβλημένον. αἴτιον δ' ὅτι ἐλπίδα αὐτοῦ κατὰ τὸ συνωμοσὸν ἐθελοκακήσειν ἔσχεν. ὑποπτεύσας οὖν τοῦτ' ἐκεῖνος, καὶ μήτε δι' εὐνοίας ἔτ' αὐτῷ ἅτε ἀσθενεῖ ὄντι ὤν, (πρός τε γὰρ τὰς δυνάμεις τινῶν, καὶ πρὸς τὰ ἑαυτῶν συμφέροντα, καὶ τὰς ἔχθρας, τάς τε φιλίας οἱ πολλοὶ ποιοῦνται) καὶ προσκαταδείσας μή πως προθύμως σφᾶς ἀγωνιζομένους ἰδὼν ἐξονειδίσῃ τι καὶ προσεξενέγκῃ οἱ τῶν ἀπορρήτων, αὐτὸς μὲν νόσον προεφασίσατο, Μάρκῳ δὲ Πετρείῳ τὴν μάχην ἐπέτρεψε. συμβαλὼν οὖν ἐκεῖνος σφίσι, τὸν Κατιλίναν καὶ ἄλλους τρισχιλίους προθυμότατα ἀγωνιζομένους οὐκ ἀναιμωτὶ κατέκοψεν. οὔτε γὰρ ἔ-

† Ἰούνιος.

† διεξελθεῖν.

A bus. Promptissimus erat ad vnum quemuis etiam vilissimum hominem demerendum adulandumque Cæsar: ac siquid instituerat, vt eo potiretur, nullum neque sermonem neque actionem intermittebat, parum solicitus de ea humilitate, in quam se in præsentia demittebat, dum ex ea potentiam postmodo adipisceretur. Igitur inter quos primus fieri moliebatur, his sese vltro insinuabat: ea propter [a] plebi charus acceptusque erat. B [b] Eadem Ciceronem, ob interfectos ciues [c] infensa, odio perpetuo [d] prosequebatur: denique quum postrema magistratus sui die recensere instituisset omnia, quæ in consulatu suo egisset, (erāt enim homini non alienæ tantum laudes iucundæ, sed ipse se quoq; libenter prędicabat) silentium ei indixerunt, neq; permiserunt, vt vllum, præter iuramentum, verbum faceret: ad quam rem Metello Nepote tribuno pl. adiutore vtebantur. Cæterum Cicero contendendi cum eis studio adductus, iuramento addidit, C vrbem à se seruatam esse: quo facto, maiora adhuc in se odia excitauit. Catilina vero initio statim eius anni, quo Iunius Silanus & L. Licinnius consulatum gessere, periit. Hactenus enim Lentulum operiebatur, quamuis ipse haud paruas haberet copias: cunctatus eo, quod sperabat, si Cicero prius cum suis occisus esset, reliquum se posse haud difficulter conficere. D Sed postquam Lentulum periisse accepit, eamque ob rem multos à se deficere sensit: Antonius autem & Metellus, Fæsulis circumsessis, nullam ei progrediendi copiam faciebāt: ibi demum in casum dimicationis venire coactus, ad Antonium (diuersis enim locis Romani castra habebant) se conuertit: quanquam is Metello & autoritate præstantior, & copiis instructior esset. Catilinam vero mouebat, quod eum participem coniurationis de victoria sibi dedita opera concessurum sperabat. Antonius suspicatus id agere Catilinam, cui E iam fracto non amplius bene cupiebat, (nam plerique cum aliis pro potentia eorum, aut suis ipsorum commodis, amicitias inimicitiasque suscipiunt) ad hæc veritus, ne quum se strenue certantem videret Catilina, conuitiis incesseret, proferretq; arcana, ipse quidē morbum simulauit: Marco autem Petreio pugnam commisit. Petreius conserto prælio Catilinam, cumque eo tria millia hominum, acerrime pugnantes, haud incruenta victoria cæcidit. nam neq; fu-

a multis ciuibus.

b Iidem

c infensi,

d prosequebantur:

ANNO V.C. 692.

git quispiam hostium, & omnes in eo loco, quem ceperant, occiderunt. Quæ res effecit, vt ipsi victores reipublicæ causa magno cum luctu deplorarent tales totque viros, etsi merito suo, ciues tamē atque socios certe, periisse. Antonius caput Catilinæ in vrbem misit, vt fidem eius cædi habentes, nihil præterea timerent. ipse huius victoriæ causa imperator, quanquam cæsorum numerus constituto minor esset, appellatus est. decretum ad hæc, vt sacrificaretur: vestesque à Romanis, tanquam omni malo liberatis, mutatæ sunt. At socii, qui Catilinæ rerum participes fuerant,[a] etiam tum obambulantes, quietem metu supplicii non agebant: sed eos dissipatos quodammodo, prætores aduersum singulos emissi anteuerterunt, pœnasque de iis sumpserunt. Alii autem qui nondum deprehensi erant, indicio L. Vettii equitis, qui consors eorum coniurationis, proposita impunitate iudicium professus erat, conuicti atque supplicio affecti sunt; donec nōnullis indicatis, eorumque nominibus in tabulam relatis, deinde multos etiam alios in eam adscribere voluit. Tum enim senatus eum mala fide agere[b] ratus, tabulam quidem ei non reddidit, ne quos expūgeret: ipsum autem eos, quos omissos dicebat,[c] nominatim percensere iusserunt. sic pudore & metu confusus, non multos præterea detulit. Quum nomina eorum, quos detulerat, ignota, in vrbe & apud socios tumultus occasionem præberent, aliique sibi ipsis frustra timerent, alii insontes alios suspicione grauarent: decreuit senatus, vt eorum nomina publice ederentur. ita demum innoxiis quies facta: rei in ius vocati, pars præsentes, pars, quum non apparuissent, cōdemnati sunt. Hæc igitur Catilina perpetrauit, eoque pacto euersus est:[d] cuius nomen, vt qui dignam suis factis mercedem tulisset, diu gloriæ Ciceronis, sermonibusque contra se habitis materiam exhibuit. Ciceroni autem parum abfuit quin confestim ob Lentulum reliquosque captos interfectos causa dicenda fuisset, ea accusatio ipsi quidem intendebatur, sed sub hoc prætextu, re vera senatus petebatur. Metellus ante alios Nepos eum ordinem grauiter dictis apud plebem inuadebat, iactās non licere patribus absque populo ciuem vllum morte damnare. Nihil tamen ea accusatio Ciceroni[e] obfuit. senatu enim omnibus, qui tum temporis res gessissent, impunitatem dante, ad-

a at tunc adhuc reliqui erant, non quiescebant, sed metu supplicii tumultuabantur. Verum eos.

b suspicatus.

c lingua proferre iusserunt.

d quum quidem maiorem, quam ab eo gesta merentur, propter gloriam Ciceronis, & propter habitas ab hoc in ipsum orationes, nomen haberet.

e illi obfuit.

A φυγὴν αὐτῶν οὐδείς, καὶ ἐν χώρᾳ πάντες ἔπεσον. ὥστε καὶ αὐτοὺς τοὺς κρατήσαντας πολὺ τὸ κοινὸν ὀδύρεσθαι, ὅτι καὶ τοιούτους καὶ τοσούτους, εἰ καὶ δικαίως, ἀλλὰ καὶ πολίτας τε καὶ συμμάχους ἀπολωλέκεσαν. ὁ δ' οὖν Ἀντώνιος, τήν τε κεφαλὴν αὐτοῦ ἐς τὸ ἄστυ, ὅπως πιστεύσαντες αὐτὸν τετελευτηκέναι, μηδὲν ἔτι δεδιῶσιν, ἔπεμψε· καὶ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον B ὄντος, ἐπεκλήθη. βουθυτηθῆναί τε ἐψηφίσθη, καὶ τὴν ἐσθῆτα, ὡς καὶ πάντων τῶν δεινῶν ἀπηλλαγμένοι, μετέβαλον. οὐ μὴν οἵ γε σύμμαχοι οἱ μετασχόντες τῷ Κατιλίνᾳ τῶν πραγμάτων, καὶ τότε ἔτι † περιόντες, ἡσύχαζον, ἀλλὰ καὶ δέει τῆς τιμωρίας ἐπαρέττοντο. καὶ ἐκείνους μὲν στρατηγοὶ καθ' ἑκάστους πεμφθέντες προκατέλαβον ἔτι πῃ τινὰ ἐσκεδασμένους, καὶ ἐτιμωρήσαντο· ἑτέρους δὲ τῶν λανθανόντων, μηνύσει Λουκίου Οὐεττίου, ἀνδρὸς ἱππέως, συγκοινωνήσαντος μὲν σφίσι τῆς συνωμοσίας, τότε C δὲ ἐπ' ἀδείᾳ αὐτοὺς ἐκφαίνοντος, ἐλεγχόμενοι ἐδικαιοῦντο· μέχρις οὗ ἐσαγγείλας τινάς, τά τε ὀνόματα αὐτῶν ἐς δέλτον συγγράψας, ὕστερον καὶ ἄλλους συχνοὺς προσεγγράψαι ἠθέλησεν. ὑποπτεύσαντες γὰρ αὐτὸν οἱ βουλευταὶ μηδὲν ὑγιὲς πράττειν, τὸ μὲν γραμματεῖον οὐκέτ' αὐτῷ ἔδωκαν, μὴ καὶ ἀπαλείψῃ τινάς· εἰπεῖν δὲ ἀπὸ γλώσσης ἐκέλευσαν, ὅσους παραλελοιπέναι ἔφασκε. καὶ οὕτως αἰδεσθεὶς καὶ φοβηθείς, οὐκέτι πολλοὺς ἐνέδειξε. D θορύβου † δ' οὖν ὡς ἔν τε τῇ πόλει καὶ παρὰ τοῖς συμμάχοις, ἀγνοίᾳ τῶν ὠνομασμένων, ὄντος, καὶ τῶν μὲν περὶ σφίσιν αὐτοῖς μάτην θορυβουμένων, τῶν δὲ καὶ ἐς ἑτέρους οὐκ ὀρθῶς ὑποπτευόντων, ἔδοξε τῇ γερουσίᾳ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐκτεθῆναι. κἀκ τούτου οἵ τε ἀναίτιοι κατέστησαν, καὶ τοῖς ὑπευθύνοις δίκαι ἐγένοντο. καὶ αὐτῶν οἱ μέν, παρόντες, οἱ δὲ καὶ ἐρήμην ὦφλον. Κατιλίνας μὲν ταῦτ' ἐποίησε, καὶ οὕτω κατελύθη· καὶ ἐπὶ πλεῖόν τε τοῦ τῶν πραχθέντων ἀξίας ὄνομα, πρός τε τὴν τοῦ Κικέρωνος δόξαν, E καὶ πρὸς τοὺς λόγους τοὺς κατ' αὐτοῦ λεχθέντας, ἔσχε. Κικέρων δὲ ὀλίγου μὲν καὶ παραχρῆμα ἐπὶ τῇ τοῦ Λεντούλου τῇ τε ἄλλων τῶν δεθέντων σφαγῇ ἐκρίθη. τὸ δὲ ἔγκλημα τοῦτο, λόγῳ μὲν, ἐκείνῳ ἐπεφέρετο, ἔργῳ δέ, ἐπὶ τῇ βουλῇ κατεσκευάζετο. ὡς γὰρ οὐκ ἐξὸν σφίσιν ἄνευ τοῦ δήμου θάνατον πολίτου τινὸς καταψηφίσασθαι, πολλὴν καταβοὴν ἐν τῷ ὁμίλῳ παρὰ τοῦ Μετέλλου τοῦ Νέπωτος ὅτι μάλιστα εἶχον. οὐ μὴν καὶ ὦφλε τότε οὐδέν. τῆς γὰρ γερουσίας ἄδειαν πᾶσι τοῖς διαχειρίσασι τὰ τότε πραχθέντα δούσης,

καὶ

† [illegible], Xylan. sed male.

† δ' οὖν τι

καὶ προσέτι καὶ προσαπειλούσης, ὅτι κἂν αὖθις δικάσαι τινὰ αὐτῶν τολμήσῃ, ἔν τε ἐχθροῦ καὶ ἐν πολεμίου μοίρᾳ ἔσεσθαι, ἐφοβήθη τε ὁ Νέπως, καὶ οὐδὲν ἔτ' ἐκίνησεν. ἔν τε οὖν τούτῳ ἡ βουλὴ ἐπεκράτησε, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ, ὅτι τὸν Πομπήιον τοῦ Νέπωτος μεταπεμφθῆναι σὺν τῷ στρατεύματι (ἐν γὰρ τῇ Ἀσίᾳ ἔτ' ἦν, προφάσει μὲν τοῦ τὰ παρόντα καταστήσασθαι, ἐλπίδι δὲ τοῦ δι' αὐτόν, ἅτε τὰ τοῦ πλήθους φρονοῦντος, ἰσχύσειν ἐν οἷς ἐπέρασεν) ἐσηγησαμένου, διεκώλυσαν αὐτὸ κυρωθῆναι. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα ὅ, τε Κάτων καὶ Κύιντος Μινούκιος δημαρχοῦντες ἀντέλεγον τοῖς γραφεῖσι, καὶ τὸν γραμματέα τὸν ἀναγιγνώσκοντα τὴν γνώμην ἐπέσχον, καὶ τοῦ Νέπωτος τὸ γραμματεῖον, ὅπως αὐτὸς ἀναλέξῃ, λαβόντος, ἐξήρπασαν. ἐπειδή τε καὶ ὣς ἀπὸ γλώσσης τινὰ εἰπεῖν ἐπεχείρησε, τὸ στόμα αὐτοῦ ἐπέλαβον. μάχης δ' ἐκ τούτου (καὶ ἐκείνων, καὶ ἄλλων τινῶν ἑκατέροις βοηθησάντων) ξύλοις, καὶ λίθοις, ἔτι δὲ καὶ ξίφεσι, γενομένης, οἱ βουλευταὶ συνῆλθον αὐθημερὸν ἐς τὸ συνέδριον· καὶ τά τε ἱμάτια ἠλλάξαντο, καὶ τοῖς ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, ὥστε μηδὲν ἀπ' αὐτῆς ἀποτελεσθῆναι, ἐπέτρεψαν. φοβηθεὶς οὖν καὶ τότε ὁ Νέπως, ἔκ τε τοῦ μέσου εὐθὺς ἐξεχώρησε, καὶ μετὰ τοῦτο γραφήν τινα κατὰ τῆς βουλῆς ἐκθείς, πρὸς τὸν Πομπήιον ἀφώρμησε· καίτοι μηδεμίαν αὐτῷ νύκτα ἀπολιπεῖν ἐκ τῆς πόλεως ἐξόν. γενομένου δὲ τούτου, οὐδ' ὁ Καῖσαρ (ἐστρατήγει γὰρ) οὐδὲν ἔτ' ἐνεωτέριζεν. ἐπεπράττε μὲν γάρ, ὅπως τὸ μὲν τοῦ Κατούλου ὄνομα ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ † Καπιτωλίου ἀφαιρεθείη (κλοπῆς τε γὰρ αὐτὸν ηὔθυνε, καὶ τὸν λογισμὸν τῶν ἀνηλωμένων χρημάτων ἀπῄτει) τῷ δὲ δὴ Πομπηίῳ τὰ λοιπὰ προσεξεργάσασθαι ἐπιτραπείη. ἦν γὰρ οὖν ἄττα, ὡς ἐν τηλικούτῳ καὶ τοιούτῳ ἔργῳ, ἡμιτελέστερα· ἢ ἐκεῖνός γε ἐπλάττετο εἶναι, ὅπως ὁ Πομπήιος τήν τε δόξαν τῆς ἐκποιήσεως αὐτοῦ λάβῃ, καὶ τὸ αὐτοῦ ὄνομα ἀντεπιγράψῃ. ‡ οὐ μὴν οὕτω γε χαρίζεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτῷ διὰ τοῦτο ψηφισθῆναι * ἔτι τοιοῦτον, οἷόν τι ἐπὶ τῷ Νέπωτι δέδοκτο, ὑπομεῖναι. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐκείνου ἕνεκα ταῦτ' ἐποίει, ἀλλ' ἵνα αὐτὸς καὶ διὰ τούτων τὸ πλῆθος σφετερίσηται. καίτοι οὕτω πάντες τὸν Πομπήιον ἐδεδίεσαν, (οὐδέπω γὰρ τὰ στρατεύματα ἀφήσων δῆλος ἦν) ὥστε ἐπειδὴ Μάρκον Πίσωνα ὑποστράτηγον πρὸς αἴτησιν ὑπατείας προὔπεμψε, τάς τε ἀρχαιρεσίας, ὅπως ἀπαντήσῃ ἐς αὐτάς, ἀναβαλέσθαι, καὶ παρόντα αὐτὸν ὁμοθυμαδὸν ἀποδεῖξαι. καὶ γὰρ ἐκεί-

† Καπιτωλίνου

‡ Xyland. οὐ μὴν

* τι πιστὸν

A addenteque, siquis ex his aliquem ausus fuisset in ius ob eam causam vocare, eum se pro hoste habiturum; territus Nepos, quieuit. Id tum temporis senatus obtinuit: ac præterea hoc etiam, quod quum Nepos sententiam ferret, vt Pompeius cum exercitu ex Asia Romã vocaretur, (prætexebat autem Nepos, ab eo rempublicam constituendam esse: quum re vera spem in eo poneret, quod populo studeret, posse se per eum ea, quæ agitabat, B perficere) ei patres obstiterunt. Initio eidem M. Cato & Q. Minucius, tribuni plebis, contradixerunt, scribamque recitantem inhibuerunt: quumque tabulam Nepos ipse lecturus acciperet, ipsi de manibus extorserunt: quum nihilominus [a] verba facere conaretur, os ei compresserunt. Quum vtrique parti sui succurrerent, iamque fustibus, lapidibus, adeoque mucronibus etiam certaretur; eodem die patres in curiam conuenerunt, vestesque lugubres sumpserunt, & con- C sulibus custodiam vrbis mandauerunt: curarent, ne quid ea detrimenti acciperet. Igitur Nepos perterrefactus, statim se è medio subduxit: propositaq; rogatione contra senatum, ad Pompeium sese contulit: quanquam nullam noctem abesse ab vrbe legitime poterat. Post hæc facta, ne Cæsar quidem, qui tum præturam gerebat, quicquam innouauit. Hoc autem agebat, vt nomen Catuli à Iouis Capitolini templo tolleretur, D (eum enim peculatus postulabat, rationesque pecuniarum [b] insumptarum exigebat) Pompeio autem potestas fieret reliqua negotia exequendi. Superabant enim nonnulla, vt in [c] tanta tamque varia re fieri assolet, imperfecta adhuc: aut certe Cæsar ea comminiscebatur, fore existimans, vt Pompeius per Cæsarem stetisse existimans, quod hæ res conficerentur, ei has adscriberet. Neque vero tantopere Pompeio rem gratam facere Cæsar volebat, vt eius causa huiusmodi etiam decretum fieri contra se pateretur, quale aduersum Nepotem factum erat. [d] nam ne huius quidem gratia eum se gesserat, sed vt hoc pacto plebem suam efficeret. Enimuero tantus omnes Põpeii metus habebat, (nec dum enim videbatur exercitum dimissurus) vt quum is M. Pisonem legatum ad petitionem consulatus misisset, & comitia, donec ad ea perueniret, distulerint; & ipsum Pisonem præsentem omnes vnanimi consensu consulem designarint. Pom-

E

[a] à lingua proferre quadã.

[b] rationesq; expẽsarum.

[c] in tali tãtoque negotio, semiperfecta. Vel ita finxit labat Cæsar, vt ò-sum expediti gloria Pompeio cederet, ac pro Catuli nomine Pompeium suum reponeret.

[d] nam ne Pompeii quidem causa hæc agebat,

peii enim commendatio pro eo non apud amicos tantum, sed apud inimicos etiam, valebat. Interim P. Clodius Cæsaris coniugem, idque domi eius, pollutis etiam sacris, quæ Vestales, apud consules & prætores, pura, omnibus maribus seclusis, antiquitus celebrare solebant, vitiauit: Cæsar Clodium in iudicium non pertraxit, (nam compertum habebat, eum propter factionem non iri condemnatum) vxorem autem repudiauit, non se quidem credere, quæ de ea ferebantur, dicens, sed non posse eam coniugem habere, quæ semel adulterii commissi suspecta haberetur. Pudicæ enim esse, non modo vt ne quid peccet, sed ne suspicionem quidem vllam turpem de se præbeat. Præter hæc, quæ in id tempus inciderunt, pons quoque lapideus ad insulam, quæ in Tiberi extat, pertingens, extructus, Fabritiusque dictus est.

Anno v.c. 693.

A peti, quam ii viri & probarent, & laudarent. Ad hæc Pompeius, cui ea res perquam grata obtigerat; Non ego solus, inquit, hanc promulgationem, Quirites, probo, verum & vniuersus senatus eam approbauit, quo tempore non meis modo, sed etiam Metelli militibus agros diuidendos decreuit. Atque tunc quidem ob paupertatem, qua respublica laborabat, ea donatio haud iniuria dilata est: nunc quum eadem, mea opera, diuitiis abundet, æquum est & his promis-B sa perfici, & fructus communium laborum ad reliquos peruenire. His dictis, singula legis verba percurrens, collaudauit summa cum plebis delectatione. Quod vbi Cæsar vidit, percontatus eum est, velletne sibi prompte auxilium ferre contra aduersantes huic legi: simul & populum iussit precibus hoc ab eo contendere. Pompeius ea re animo elatus, quod suam priuati opem consul populusque implorasset, multis seipsum cohonestans, extollensque, tan-C dem in hæc verba erupit: Si quis gladium sumere ausurus esset, se scutum arrepturum. Id Pompeii dictum Crassus quoque laudauit. quo effectum est, vt alii etiam, quibus ea lex non placebat, tamen vel hoc ipso ad eam approbandam incitarentur, quod eam ab iis, qui & boni viri, & Cæsaris inimici iudicabantur, (nec dum enim eorum inter se reditus in gratiam innotuerat) suaderi vi-D debant. Bibulus autem ne sic quidem concessit, sed tribus sibi tribunisplebis adiutoribus adiunctis, ne lex perferretur, obstitit. ac postremo, quum nullam aliam rei extrahendæ causam haberet, in omnes reliquas eius anni dies ferias indixit: iis autem populo in concionem coire legibus permissum non est. Quum Cæsar, Bibulum nihil admodum moratus, certam diem præstituisset legi perferendæ, noctuque plebs forum occupasset; Bibulus cum suis, quos ad eam rem parauerat, eodem con-E tendit: & ad Castoris quidem templum vbi Cæsar concionem habebat, in forum peruenit, cedente populo partim ob verecundiam, partim quod eum sibi non aduersaturum existimarent. at postquam in superiori loco constitutus, contradicere legi aggressus est, & ipse per gradus deiectus, & fasces eius fracti: verberaque & vulnera cum aliis, tum tribunis plebis [a] imposita sunt.

[a] illatæ.

F

Ita lege perlata, Bibulus, qui tum contentus salute sua euaserat, postridie eius diei in senatu eam rescindere conatus est: sed id ab re fuit, quod omnes reliqui studio plebis mancipati quiescerent. Igitur domum suam se recepit, neque vnquam posthac ad extremum vsque anni diem in publicum progressus est: sed domi se continens, Cæsari, quotiescunque is aliquam nouam rem moliebatur, per lictores obnuntiauit, [a] dies esse festos. his igitur per leges fas non esse eum quippiam agere. Eapropter quidam tribunusplebis, P. Atinius nomine, Bibulum in carcerem includere aggressus est: verum id quidem, obstantibus collegis, omisit: Bibulus autem tribunique qui eum sequebantur, omni reipublicæ administratione abstinuerunt. Metellus vero Celer, & Cato, ac propter hunc ipsum M. etiam quidam Fauonius, qui Catonem summe imitabatur, etiamnum in legem non iurauerat, quod id semel factum, deinde in omnibus absurdis rebus requisitum iri perhiberent. Igitur serio assensionem abnuebant, præcipueque Metellus, qui id factum ad Metellum Numidicum referebat. At postquam dies appetiit, qua mulctam constitutam soluere opus habebant, iurauere: siue id humanæ conditioni adscribendum est, qua fit, vt sæpenumero promptiores in promittendo ac minando homines sint, quam in perficiendo: siue quod frustra se mulctam soluturos iudicarent, [b] vbi nullam suæ perseuerantiæ fructum respublica caperet. Sic tandem ea lex perlata est: prætereaque decretum, vt ager Campanus iis, qui ternos pluresve liberos haberent, diuideretur. atque ita tunc primum Capua inter Romanorum colonias relata est. Ob hæc acta Cæsar populum sibi [c] obstrictum fecit: equites vero, [d] tertiam eis partem vectigalium, quæ nomine redempturarum debebant, remittens. Ipsi enim omnibus vectigalibus præerant, & quum † sæpenumero remissionem à senatu flagitassent, obstantibus & aliis nonnullis, & Catone, nihil impetrauerant. Postquam igitur hunc quoque ordinem nemine contradicente sibi deuinxit, primum omnia Pompeii acta confirmauit, neque Lucullo, neque aliorum quoquam repugnante: postmodo alias quoque multas leges tulit, nemine se opponente, ne ipso quidem Catone. Quanquam hic in prætura sua, quam

a diem esse festum, nec per leges fas esse hoc eum quippiam agere.

b nec rempublicã Vllum ex pertinacia sua fructum percepturam.

c obstrinxit:

d tertia eis parte Vectigalium, qua conduxerat, remissa.

† sæpenumero, Vt sua ratio haberetur, à senatu.

καὶ ὁ μὲν νόμος οὕτως ἐκυρώθη. Βίβουλος δὲ τότε μὲν ἀγαπητῶς ἐσώθη· τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἐπιχειρήσας μὲν ἐν τῷ συνεδρίῳ αὐτὸν λῦσαι, ἔπραξε δὲ οὐδέν. τῇ γὰρ τοῦ πλήθους σπουδῇ δεδουλωμένοι πάντες ἡσύχαζον. ἀνεχώρησέ τε οὖν οἴκαδε, καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὸ κοινὸν μέχρι τῆς τελευταίας τοῦ ἔτους ἡμέρας παρῆλθεν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ οἰκίᾳ καταμένων, ἀεὶ τῷ Καίσαρι, ὁσάκις γε ἐνεωτέριζέ τι, ἐνετέλλετο διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὅτι ἱερομηνία τε εἴη, καὶ οὐδὲν ὁσίως ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐτῇ δύναιτο δρᾶσθαι. ἐπεχείρησε μὲν γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τούτοις Πούπλιός τις Ἀττίνιος δήμαρχος ἐς τὸ οἴκημα καταθέσθαι· τῶν δὲ συναρχόντων οἱ ἐναντιωθέντων, οὐκ ἐνέβαλεν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνός τε οὕτω τῶν πολιτικῶν ἐξέστη, καὶ οἱ δήμαρχοι οἱ συνεξετασθέντες αὐτῷ οὐκέτ᾽ οὐδὲν δημόσιον ἔπραξαν. ὁ δ᾽ οὖν Μέτελλος ὁ Κέλερ, ὅ, τε Κάτων, καὶ Μάρκος τις δι᾽ αὐτὸν Φαουώνιος, ζηλωτὴς ἐς τὰ μάλιστα αὐτοῦ ὤν, τέως μὲν οὔτ᾽ ὤμοσαί τι † περὶ νόμου. τοῦτο γὰρ ἀρξάμενόν ποτε, ὥσπερ εἶπον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀτόπων ἐγίνετο. καὶ ἀπισχυρίζοντο, ἄλλως τε καὶ ὁ Μέτελλος, ἐς τὸν Νουμιδικὸν ἀναφέρων, μηδέποτε αὐτὸν συνεπαινέσειν. † ὡς μέντοι ἡμέρα, ἐν ᾗ καὶ ἔμελλον τὰ ζημιεῖα ἐπιτίμια ὀφλήσειν, ὤμοσαν, ἤτοι κατὰ τὸ ἀνθρώπειον, ὑφ᾽ οὗ πολλοὶ ὑπισχνοῦνταί τε τι, καὶ ἀπειλοῦσι ῥᾷον, ἢ καὶ τῷ ἔργῳ ἐπεξίασιν· ἢ καὶ ὅτι μάτην ζημιωθήσεσθαι ἔμελλον, * μηδὲν ἐκ τῆς ἰσχυρογνωμοσύνης σφῶν τὸ κοινὸν ὠφεληθήσεσθαι. ὅ, τε οὖν νόμος οὕτως ἐκυρώθη, καὶ προσέτι καὶ ἡ τῶν Καμπανῶν γῆ τοῖς τρία τε πλείω τε ἔτι τέκνα ἔχουσιν ἐδόθη. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἄποικος τῶν Ῥωμαίων ἡ Καπύη τότε πρῶτον ἐνομίσθη. τὸ μὲν οὖν πλῆθος ἐκ τούτων ὁ Καῖσαρ ἀνηρτήσατο· τοὺς δ᾽ ἱππέας, τὸ τριτημόριόν σφισι τῶν τελῶν, ἃ † ἐμεμίσθωντο, ἀφείς. πᾶσαί τε γὰρ τελωνίαι δι᾽ αὐτῶν ἐγίνοντο, καὶ πολλάκις τῆς βουλῆς δεηθέντες, ὅπως ἐκδικίας τινὸς τύχωσιν, οὐχ εὕροντο, ἄλλων τε καὶ τοῦ Κάτωνος ἀντιπραξάντων· ὡς δ᾽ οὖν καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος μηδ᾽ ἀντειπόντος τινὸς ᾠκειώσατο, πρῶτον μὲν τὰ † προσταχθέντα ὑπὸ τοῦ Πομπηίου πάντα, μήτε τοῦ Λουκούλλου, μήτ᾽ ἄλλου τινὸς ἀντιστάντος, ἐβεβαίωσεν· ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ διενομοθέτησε, μηδενὸς ἐναντιουμένου. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ὁ Κάτων ἀντεῖπέ τι, καίπερ ἐν τῇ στρατηγίᾳ, ἣν με-

† περὶ τοῦ νόμου.

† τῇ μέντοι ἡμέρᾳ,

* μηδὲ ἐν

† ἐμεμίσθωντο,

† πραχθέντα.

ἣν μετὰ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον ἔθετο, μηδαμοῦ τῆς τῶν νόμων αὐτοῦ προσρήσεως, ὡς καὶ Ἰουλίων ἐπικαλουμένων, ἐπιμνησθεὶς, (τὰ γὰρ δικαστήρια κατ' αὐτοὺς ἀπεκληροῦτο) τὸ ὄνομα αὐτῶν † γελοιότατον ἀπεκρύπτετο. τούτους μὲν οὖν, ὅτι πάμπολλοί τε εἰσὶ, καὶ οὐδὲν ὅπου τῇδε τῇ συγγραφῇ συμβάλλονται, παραλείψω. Κύϊντος δὲ δὴ Φούφιος Καληνὸς, ἀναμὶξ πάντων* τὰς ψήφους, ἔν τε ταῖς φιλονεικίαις, τά τε κρείττω πρὸς σφᾶς ὡς ἑκάστου τῶν γενῶν ἄγοντος, καὶ τὰ ἀτοπώτερα ἐς ἑτέρους † ἀπωθοῦντας, οὔσας ὁρῶν, ἐνομοθέτησε στρατηγῶν χωρὶς αὐτοὺς ὡς ἑκάστους ψηφίζεσθαι· ἵν' εἰ μὴ καὶ κατ' ἄνδρα, (τῷ κρύφα σφᾶς τοῦτο ποιεῖν) ἀλλὰ τά γε † ἔθνη αὐτῶν ἔκδηλα ὅπως φρονοῖεν γίνοιντο. τὰ μὲν οὖν ἄλλα αὐτὸς ὁ Καῖσαρ καὶ ἐσηγεῖτο καὶ συνεβούλευε, καὶ διετάττε πάντα καθάπαξ ἐν τῇ πόλει, ὡς καὶ μόνος αὐτῆς ἄρχων. ὅθεν περ χαριεντιζόμενοί τινες τὸ μὲν τοῦ Βιβούλου ὄνομα παντάπασιν ἀπεσιώπων· τὸν δὲ δὴ Καίσαρα, δύο καὶ ὠνόμαζον καὶ ἔγραφον, Γάϊόν τε Καίσαρα καὶ Ἰούλιον Καίσαρα ὑπατεύειν λέγοντες. τὰ δὲ δὴ καθ' ἑαυτὸν δι' ἑτέρων διῆγε. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ πάνυ ἰσχυρῶς ἐφυλάξατο, μηδὲν αὐτὸς ἑαυτῷ δοῦναι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ῥᾶον πάνθ' ὅσων ἐπεθύμει κατειργάσατο. αὐτὸς μὲν γὰρ οὐδενὸς προσδεῖσθαι ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι ἐπλάττετο· ἕτεροι δὲ, ὡς καὶ ἀναγκαίου καὶ χρησίμου τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ ὄντος, καὶ ἐσηγήσαντο ὅσα ἠθέλησε, καὶ κυρωθῆναι ἐποίησαν, οὐκ ἐν τῷ πλήθει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ γερουσίᾳ. ὅ, τε γὰρ ὅμιλος τοῦ τε Ἰλλυρικοῦ καὶ τῆς Γαλατίας τῆς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ἄρξαι αὐτῷ μετὰ τριῶν στρατοπέδων ἐπὶ ἔτη πέντε ἔδωκε, καὶ ἡ βουλὴ τήν τε Γαλατίαν τὴν ἐπέκεινα τῶν ὀρῶν, καὶ στρατόπεδον ἕτερον προσεπέτρεψε. φοβηθεὶς δ' οὖν ὡς καὶ μή τι ὁ Πομπήϊος ἐν τῇ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ (ἐπειδὴ ὁ Γαβίνιος ὁ Αὖλος ὑπατεύσειν ἔμελλε) νεωτερίσῃ, ἐκεῖνόν τε ἅμα καὶ τὸν ἕτερον ὕπατον Λούκιον Πίσωνα συγγενείᾳ ἀνάγκῃ προσεποιήσατο. τῷ μὲν γὰρ Πομπηΐῳ τὴν θυγατέρα, καίπερ ἄλλῳ τινὶ ἠγγυηκὼς, συνῴκισε, καὶ αὐτὸς τὴν τοῦ Πίσωνος ἔγημε. καὶ ὁ μὲν οὕτω πανταχόθεν ἐκρατύνθη. Κικέρων δὲ καὶ Λεύκουλλος, οὐκ ἀρεσκόμενοι τούτοις, ἀποκτεῖναι τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Πομπήϊον διὰ Λουκίου τινὸς Ουεττίου ἐπεχείρησαν μὲν, οὐκ ἠδυνήθησαν δέ· ἀλλ' ὀλίγου καὶ αὐτοὶ προσαπώλοντο. προμηνυθεὶς γὰρ ἐκεῖνος καὶ συλληφθεὶς, πρίν τι

† γελοιότατα. * τὰς ψήφους ἐν ταῖς. † ἀπωθοῦντος. † ἴδια.

quam paulo post gessit, cognomenti harum Cæsaris legum (Iuliæ enim vocabātur) nullam mentionem fecit, secundum quas tum iudicia fiebant, verum id ridiculè omnino suppressit. Has ego leges, quia sunt & multæ admodum, neque ad nostrum opus quicquam conferunt, prætereo. Q. autem Fufius Calenus prætor, quum [a] in certaminibus forensibus promiscue ab omnibus suffragia ferri, & deinde quemuis meliora suo ordini adscribere, absurdiora aliis impingere videret: legem tulit, qua singulos seorsim sua suffragia ferre iussit, vt si non viritim, (nam occulte hoc fiebat) at certe tribus quæuis quid sentirent, manifestum redderetur. Cætera in vrbe Cæsar solus & introduxit & suasit, & decreuit in vniuersum omnia, haud aliter, quam si solus Romæ imperaret. Vnde faceti quidam Bibuli nomen omnino reticuerunt; Cæsarem autem pro duobus consulibus & nominauerunt, & scripserunt, C. Cæsarem & Iulium Cæsarem consules, dicentes. Suas autem res Cæsar per alios confecit. id enim magnopere cauebat, ne quid sibi ipsi tribuere videretur. quæ res effecit, vt facilius omnia, quæ vellet, consequeretur. Ipse igitur nihil se desiderare, sed abundè præsenti conditione contentum ferebat: at verò alii, [b] quod rebus eis necessarium ac conducibile fore videbatur, de omnibus, quæ is vellet, referebant: efficiebantque, vt decernerentur, non à populo tantum, sed ipso etiam senatu. Nam plebs quidem Cæsari Illyrium Galliamque cisalpinam decreuit, vt in eas quinquennio toto imperium obtineret, cum tribus legionibus; senatus autem Galliam trans Alpes positam, vnamque legionem adiecit. Veritus igitur Cæsar, ne se absente consulatum gesturo A. Gabinio Pompeius nouas res moliretur; necessarium duxit, eum, alterumque consulem L. Pisonem, affinitate sibi coniungere: itaque Pompeio suam filiam nuptum dedit, quanquam iam ante alii desponsatam: ipse vero Pisonis filiam duxit. Eo modo ab omni parte suam potentiam firmauit. Cicero autem, & Lucullus, quibus hæc minime placebant, Cæsari Pompeioque per quendam L. † Vectium necem parauerunt, neque tamen id successit: sed ipsis fere ea res perniciem attulisset. Vectius enim per indicium delatus, atque comprehensus antequam

a quum promiscue confunds omnium suffragia repperisset in certaminibus, qualibet tribu ad se meliora trahēte, in alios absurdiora reiiciente legem tulit,

b perinde ac si respublica Cæsar & necessarius, & vtilis esset, de omnibus, qua.

† Vettium.

facinus patraret, eius autores nominauit. Ac, nisi Bibulum quoque, tanquam insidiarum participem, nominasset; profectò ii infortunium habuissent. Nunc quum indicii vlciscendi causa eum, qui rem Pompeio aperuerat, crimine onerasset; in suspicionem venit, quasi ne de reliquis quidem vera retulisset, sed ex composito ad exponendos eos aduersariorum calumniæ, summissus esset. Igitur de his varii rumores ferebantur, nihil certi cognoscebatur. Vectius autem ad populū productus, quum eos tantum, quos dixi, nominasset; in carcerem conditus, ibique haud multo post clam necatus est. At Cicero, qui hac de causa Cæsari & Pompeio suspectus erat factus, eam suspicionem ipse in defensione Antonii confirmauit. Hic Antonius multa Macedoniæ, quæ Romanis parebat, cuique ipse præerat, multa ei, quæ ad Romanos non spectabat, damna intulerat, multa ipse receperat. Nam quum Dardanorum, iisque finitimorum agros popularetur, eos contra se venientes sustinere non ausus, sed, quasi aliud agens, cum equitatu aufugit: ita peditem illi circumuentum & exutum præda, regione sua vi eiecerunt. Eodem modo cum sociis Romanorum † in Mysia agens, ad ‡ Istrorum vrbem, à Bastarnis Scythis, qui auxilio Mysis venerant, superatus profugit. Neque tamen his de causis in iudicium pertractus, sed quum Catilinariæ coniurationis conscius accusaretur, ob prædictas res damnatus est: eueni tque ei, vt quorum arcessebatur, de iis non conuictus, eorum causa plecteretur, propter quæ ei dies dictus non fuerat. Et Antonius quidem eo modo pœnas dedit. Cicero autem, qui tum temporis pro eo (vtputa quem in suo consulatu collegam habuerat) dicebat, plurimis verbis Cæsarem huius iudicii autorem impetierat, ac nonnihil conuitiorum ei fecerat. Cæsar, qui haud dubiè id ægre ferebat, quanquam tum consulatum gerebat, tamen eo tempore neque verbo, neque re contumeliam Ciceroni retulit: quod diceret multos esse, qui dedita opera meliores crebris ac vanis dictis proscinderent, vt eos ad contentionem stimularent, vtque hi eiusmodi regerentes opprobria, ipsorum similes haberentur. eam ob rem se cum nullo in id genus certaminis descendendum sibi ducere. Atque hac de causa cum aliis, quorum contumeliis petebatur, tum

† *Mysiam incolentibus agens.*
‡ *Istrianorum.*

A δράσῃ κατεῖπεν αὐτῶν· καὶ εἴγε μὴ καὶ τὸν Βίβουλον, ὡς καὶ συνεπιβουλεύοντα σφίσιν, ἐσηγγέλκει, πάντως ἄν τι δεινὸν ἐπεπόνθεσαν· νῦν δέ, ὅτι τοῦτον Πομπηίῳ τὸ πραττόμενον δηλώσαντα ἀμειψάμενος ᾐτιᾶτο, ὑπωπτεύθη μηδὲ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀληθεύειν, ἀλλ' ἐκ κατασκευασμοῦ τινος πρὸς συκοφαντίαν τῶν ἀντιστασιωτῶν σφῶν παρεσκευάσθαι. καὶ περὶ μὲν τούτων ἄλλοι ἄλλα διεθρύλουν. οὐ γάρ που καὶ ‡ διελέγχθη τι· ἀλλ' ἐς τὸ πλῆθος ὁ Οὐέττιος ἐσαχθείς, καὶ μόνους οὓς εἶπον ὀνομάσας, ἔς τε τὸ οἴκημα ἐσέπεσε, κἀνταῦθα οὐ πολλῷ ὕστερον
B ἐδολοφονήθη. ὕποπτος τε ἐκ τούτων ὁ Κικέρων τῷ τε Καίσαρι καὶ τῷ Πομπηίῳ γενόμενος, ἐβεβαιώσατο τὴν ὑπόνοιαν ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἀντωνίου ἀπολογίᾳ. οὗτος γὰρ πολλὰ μὲν καὶ δεινὰ καὶ τὸ ὑπήκοον τὸ ἐν Μακεδονίᾳ, ἄρξας αὐτῆς, καὶ τὸ ἔκσπονδον, εἰργάσατο· πολλὰ δὲ καὶ ἀντέπαθε. τά τε γὰρ τῶν Δαρδάνων καὶ τὰ τῶν πλησιοχώρων σφίσι πορθήσας,
C οὐκ ἐτόλμησεν ἐπιόντας αὐτοὺς ὑπομεῖναι, ἀλλ' ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι μετὰ τῶν ἱππέων ὑποχωρήσας ἔφυγε. καὶ οὕτω τοὺς πεζοὺς ἐκεῖνοι περισχόντες, ἔκ τε τῆς χώρας βιαίως ἐξήλασαν, καὶ τὴν λείαν προσαφείλοντο. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ συμμάχους τοὺς ἐν τῇ Μυσίᾳ ποιήσας, ἡττήθη † τῇ τῶν Ἰστριανῶν πόλει πρὸς τῶν Σκυθῶν τῶν Βασταρνῶν, ἐπιβοηθησάντων αὐτοῖς· καὶ ἀπέδρα. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ τούτοις αἰτίαν ἔσχεν, ἀλλ' ἐγράφη
D μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ Κατιλίνου συνωμοσίᾳ, ἑάλω δὲ δι' ἐκεῖνα· καὶ συνέβη αὐτῷ, ὧν μὲν ἐκρίνετο, μὴ ἐλεγχθῆναι, ὧν δ' οὐκ ᾐτιάζετο, κολασθῆναι. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπήλλαξεν. ὁ δὲ δὴ Κικέρων ὑπὲρ αὐτοῦ τότε, ἅτε καὶ συνάρχοντός οἱ, ὑπερδικῶν, πλεῖστα κατὰ τοῦ Καίσαρος, ὡς καὶ αἰτίου τῆς δίκης αὐτῷ γεγενημένου, καταδρομὴν ἐποιήσατο, καί τινα αὐτῶν καὶ προσελοιδόρησεν. ὁ δ' ἤχθετο μὲν ἐπ' αὐτοῖς, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, οὐ μὴν οὔτ' εἶπεν οὔτ' ἔπραξεν ὑβριστικὸν
E ἐπ' αὐτὸν οὐδέν, καίπερ ὑπατεύων. τοὺς γὰρ πολλοὺς * ἔλεγε συχνὰ καὶ μάταια ἐξεπίτηδες ἐς τοὺς κρείττονας, ἐς φιλονεικίαν αὐτοὺς ὑπαγαγεῖν, ἵν' ἴσοι σφίσι καὶ ὅμοιοι, ἄν γέ τι ὁμοιότροπον ἀντακούσωσι, δόξωσιν εἶναι. καὶ οὐκ ἠξίου ἀντίπαλον ἐκ τούτου οὐδένα ἑαυτῷ ποιεῖν· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς τε ἄλλοις τοῖς τι προπηλακίζουσιν αὐτὸν οὕτω προσεφέρετο, καὶ τότε τὸν

‡ διηλέγχθη.
† πρὸς τῇ
* λέγει [illegible] λέγε.

Κικέρωνα ὁρῶν οὐχ ἑαυτῷ τι τοσοῦτον λοιδορήσασθαι ἐθέλοντα, ὅσον ἀντακοῦσαί τι τῶν ὁμοίων, ὥστε καὶ παρισωθῆναί οἱ ἐπιθυμοῦντα, βραχύ τι αὐτοῦ ἐφρόντισε, καὶ οὐδὲν ὧν ἔλεγε προσεποιήσατο, ἀλλ' εἴα αὐτὸν ἀφθόνως, καθάπερ τισὶν ἐπαίνοις ἑαυτοῦ, ταῖς λοιδορίαις χρῆσθαι. οὐ μέντοι καὶ παντάπασιν ὀλιγώρως † αὐτοῦ ἔσχεν. ἐπιεικέστερον μὲν γὰρ ὄντως φύσει εἰλήχει, καὶ οὐ πάνυ ῥαδίως ἐθυμοῦτο. συχνοὺς δ' οὖν ἅτε καὶ ἐν τοσούτοις πράγμασιν ἐδικαίου· οὐ μέντοι ὥστε καὶ δι' ὀργῆς ἢ καὶ παραχρῆμα πάντως αὐτὸ ποιεῖν. θυμῷ μὲν δὴ οὐδὲν ἐχαρίζετο· τοῦ δὲ δὴ καιροῦ διεσκόπει, καὶ τούς γε πλείους οὐδὲ αἰσθανομένους μετῄει. οὐ γὰρ ὅπως δόξειεν ἀμύνασθαί τινας ἔπραττεν, ἀλλ' ὅπως ὅτι ἀνεπιφθονώτατα πρὸς τὸ συμφέρον ἑαυτῷ πάντα διοικήσειε. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀδήλως, καὶ ἐν οἷς ἥκιστα ἄν τις προσεδόκησε, τὰς τιμωρίας ἐπῆγε, τῆς τε φήμης ἕνεκα, τοῦ μὴ δοκεῖν ὀργίλως ἔχειν, καὶ τοῦ μή τινα προαισθανόμενον προφυλάξασθαι, ἢ καὶ προσποιῆσαί τι δεινὸν αὐτὸν, πρὶν παθεῖν, ἐπιχειρῆσαι. οὐ γὰρ τῶν ἤδη γεγονότων μᾶλλόν τι αὐτῷ ἔμελεν, † ἢ ἵνα καὶ λυθείη. κἀκ τούτου πολλοῖς μὲν καὶ τῶν μεγάλα αὐτὸν λυπησάντων συνεγίγνωσκεν, ἢ καὶ ἐπὶ βραχὺ ἐπεξῄει, ὅτι οὐδὲν ἔτι κακουργήσειν αὐτοὺς ἐπίστευε· πολλοὺς δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον τοῦ καθήκοντος ἐς ἀσφάλειαν ἐτιμωρεῖτο, λέγων † ὅτι τὸ μὲν οὐκ ἄν ποτε ἀγένητον, τῆς κολάσεως ὑπερβολῇ πάντως τι δεινὸν πείσεται. ἐξ οὖν τούτων τῶν λογισμῶν καὶ τότε αὐτὸς μὲν τὴν ἡσυχίαν ἦγε. τὸν δὲ δὴ Κλώδιον ἀντιχαρίσασθαί τι αὐτῷ, ὅτι τῆς μοιχείας αὐτοῦ οὐ κατηγόρησε, βουλόμενον αἰσθόμενος, παρεσκεύασε κρύφα κατὰ τοῦ Κικέρωνος· καὶ πρῶτον μὲν ἐς τὰ τοῦ πλήθους δικαιώματα αὖθις αὐτὸν, ὅπως νομίμως ἐκποιηθῇ, συμπράττοντος αὐτῷ καὶ τοῦ Πομπηίου, μετέστησεν· ἔπειτα δὲ δήμαρχον εὐθὺς ἀποδειχθῆναι διεπράξατο. οὗτος οὖν ὁ Κλώδιος ἐπεστόμισε μὲν καὶ τὸν Βίβουλον ἐσελθόντα τε ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπ' ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς· καὶ διανοούμενον μετὰ τῆς τοῦ ὅρκου πιστώσεως καὶ περὶ τῶν παρόντων δημηγορῆσαι· ἐπέθετο δὲ καὶ τῷ Κικέρωνι. καὶ ἐπειδὴ μὴ ἐδόκει οἱ ῥᾴδιον εἶναι ἄνδρα πάμπολυ ἐν τῇ πολιτείᾳ διὰ τὴν τῶν λόγων δεινότητα δυνάμενον καταλῦσαι, τρέπεται πρὸς

† αὐτῷ

† ἢ ἵνα μὴ λυπηθείη.

† ὅτι τὸ μὲν γεγονὸς οὐκ ἄν ποτε ἀγένητον, τῆς δὲ κολάσεως ὑπερβολῇ πάντως τι δεινὸν πείσεται).

A Ciceroni talem se exhibuit: quem quum animaduerteret non tam in hoc laborare, vt ipsum traduceret, quam vt vicissim ab eo male audiens, similem sibi efficeret: nullam admodum eius rationem habuit, sed dissimulatis eius opprobriis, homini liberum vsum conuitiorum, tanquam laudum suarum, non inuidit: quanquam interim tamen non omnino ea paruipenderet. Erat enim natura placidus, & nequaquam iracundus: [a] nihilominus in simili causa pœnas à nonnullis ita exegit, vt nequaquam per iram, aut præpropere id ageret. Nihil enim iræ indulgebat, sed occasionem circumspiciebat, per eam B plerosque nec sentientes vlciscebatur: idque non tam vt pœnas sumere voluisse videretur, quàm vt, quantum eius fieri poterat, maxime tutus ab inuidia res suas omnes commode disponere posset. Igitur occulte, & eo modo, quo minime quispiam id expectaret, punire aduersarios solebat: partim vt famæ suæ consuleret, ne iracundus iudicaretur esse: partim ne hi præsentientes sibi cauendi locum, aut malum inferendi prius quam ipsi acciperent, locũ haberent. † Neque vero tam præter- C itorum curam gerebat, quam vt in posterum tutus esset. Itaque multis grauissimarum offensarum gratiam fecit, aut leui admodum vindicta contentus fuit, quod eos à maleficio deinceps sibi temperaturos crederet. Contra securitatis suæ causa multos acerbius, quam res ferebat, vltus est: † ab eo, quod infectum fieri iam nequiret, certe alios supplicij grauitate absterritum iri affirmans. His ergo cogitationibus Cæ- D sar motus, ipse quidem contra Ciceronem nihil molitus est: Clodium vero, quod eum ob adulterium non accusauerat, gratiam sibi referre cupere intelligens, occulte contra Ciceronem instruxit. Ac primo quidem eum cupientem plebeio iure vti, & legitime à patriciis transire, adiuuante etiam Pompeio, ad plebem [b] traduxit: deinde statim ei tribunatum plebis confecit. Is Clodius & Bibulum, quum consulatu fun- E ctus in concionem prodiret, [c] ac præter iuramentum decreuisset de præsenti rerum conditione verba facere, inhibuit: quum eum in republica ob eloquõtiam plurimum posse videret, ideoque haud ita facile posse opprimi, animum

a nihilominus tamen ob negotium pœnas a.

† Neque vero præterita magis ea aliud curabat causa, quam ne offenderetur amplius.

† quod diceret, infectum quidem fieri non posse, quod factũ esset: at omnino supplicii acerbitate consecuturum, ut quod sibi gratum in posterum accideret.

b iterum traduxit.

c Et eum iuramento decreuisset.

ad conciliandum sibi fauorem, non populi tantum, sed equitum etiam, ipsiusque senatus; adiecit, apud quos ordines Cicero primas obtinebat: fore sperans, vt iis sibi adiunctis, tanto facilius eum euerteret, qui metu magis, quam beneuolentia pollebat. Plurimos enim Cicero [a] dictis læserat, nec tantum apud eos, quibus profuerat, fauoris habebat; quantum eorum, quos offenderat, animos à se abalienauerat. [b] Equidem alioquin plerique mortalium procliuiores sunt ad suscipienda contra sibi iniquiores odia, quam ad gratias defensoribus suis habendas: atque iis quidem quorum patrocinio vsi sunt, mercedem se persoluisse existimant; ad uersarios autem quacunque ratione vlcisci [c] student. Sed præterea etiam Cicero acerbissimos sibi inimicos parauerat, dum semper præstantissimo cuique se præferre studeret, libertateque dicendi in omnes immodica ad satietatem vsque vteretur: [d] quippe qui magis facundi ac præ reliquis diserti, quam boni viri, nomen venabatur. Iis de causis, adhæc quod gloriando cæteros omnes excederet, neminem sibi parem duceret, sed cogitationibus suis, vt & in vita, omnes præ se contemneret, neque idem cum vllo vitæ institutum sequeretur, oneri plerisque & molestiæ erat: adeoque ii ipsi, quibus probabatur, inuidia & odio eius tenebantur. His de causis Clodius sperans, se eum facilè posse opprimere, si senatum prius, equitesque, & plebem sibi conciliasset, frumentum [e] ipsis gratuito distribuit. Nam, Gabinio iam & Pisone consulibus, de frumento pauperibus diuidendo retulit, [f] & collegia sociorum, ita inuidiæ vitandæ causa dicta, quæ antiquitus instituta, aliquandiu iam intercideerant, renouauit: interdixitque censoribus, ne quenquam magistratu mouerent, aut ignominia notarent, nisi quis apud vtrunque ordinem in iudicio conuictus esset. Quum ad eum modum eos inescasset, aliam legem tulit: quæ vt intelligi [g] melius posset, pluribus mihi verbis explicanda est. Quum auspicia publica Romani & de cœlo, & aliis quibusdam ex rebus caperent, quemadmodum iam ante dixi, plurimum ponderis cœlestia auguria habuerunt: ita vt quum reliqua in singulis actionibus peterentur, [h] id singulis tantum diebus semel obseruetur. Eius hoc præcipue proprium erat, quod præ

a suis oratio nibus læserat,

b Præterquã enim, quod pleriq; mortalium faciliùs propter offensas indignantur, quam benefi ciorum causa gratiam habeant; atque iis

c student: etiam acerbissimos sibi Cicero inimicos

d quippe qui eam gloriã, quasi tum intelligere, tum dicere posset, quæ nullus alius, ac videri potius, quã esse vir bonus, adfectaret. Quũ hac ergo de causa, tum quod gloriando.

e ipsis iterũ. ANNO V.C. 696.

f & societates, quæ lingua indigenarum Italia collegia vocantur, antiquitus institutas, sed aliquãdiu abolitas, renouauit:

g melius à plerisq; possit.

h hac quamuis die semel obseruarentur. Id igitur eis maximè proprium erat, & quod in aliis reb. omnibus, vel permittebat aliquid agi, quod quidẽ fiebat, nullo.

A οἰκείωσιν, οὐχ ὅτι τοῦ πλήθους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱππέων, τῆς τε βουλῆς, παρ' οἷσπέρ που καὶ ὁ Κικέρων πλεῖστος ἐφέρετο· ἐλπίσας, ἂν τούτους σφετερίσηται, ῥᾳδίως αὐτὸν, ἅτε καὶ διὰ φόβον μᾶλλον ἢ δι' εὔνοιαν ἰσχύοντα, καθαιρήσειν. παμπληθεῖς γὰρ ἐκ τῶν λόγων ἐλύπει, καὶ οὐκ ἐς τοσοῦτον οἵ τι ὠφελούμενοι ὑπ' αὐτοῦ ᾠκειοῦντο, ἐς ὅσον οἱ βλαπτόμενοι ἠλλοτριοῦντο. πρὸς γάρ τοι τῷ τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων προχειρότερον ἐπὶ τοῖς δυσχερέσιν B ἀγανακτεῖν, ἢ τῶν ἀμεινόνων χάριν τισὶν ἔχειν· καὶ τοῖς μὲν συναγορεύσασι σφίσιν ἀποδεδωκέναι τὸν μισθὸν νομίζειν, τοὺς δ' ἀντιδικήσαντας ἀμύνεσθαι τρόπον τινὰ προαιρεῖσθαι· πικροτάτας ἔχθρας ἑαυτῷ ἐσεποίει, περιεῖναί τε καὶ τῶν κρατίστων ἀεί ποτε ἐπιχειρῶν, καὶ τῇ παρρησίᾳ πρὸς πάντας ὁμοίως ἀ- C κράτῳ καὶ κατακορεῖ χρώμενος· ἅτε καὶ τὴν δόξαν τοῦ δεινὸς εἶναι † συνεῖναί τε καὶ εἰπεῖν ἃ μηδεὶς ἄλλος, καὶ πρὸ τοῦ χρηστὸς εἶναι, δοκεῖν θηρώμενος. ἔκ τε οὖν τούτου, καὶ διότι μέγιστόν τε ἀνθρώπων ηὔχει, καὶ οὐδένα ἐξ ἴσου ἑαυτῷ ἦγεν, ἀλλὰ ἔν τε τοῖς λογισμοῖς, ὡς καὶ ἐν τῷ βίῳ, πάντας τε ὑπερεφρόνει, καὶ ἰσοδίαιτος οὐδενὶ ἠξίου εἶναι· φορτικός τε καὶ ἐπαχθὴς ἦν. καὶ ἀπὸ τούτων καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων οἷς ἤρεσκε, καὶ ἐφθονεῖτο καὶ ἐμισεῖτο. ὁ D οὖν Κλώδιος, ἐλπίσας αὐτὸν διὰ ταῦτα, ἂν τήν τε βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας, τόν τε ὅμιλον προπαρασκευάσηται, ταχὺ κατεργάσασθαι· τόν τε σῖτον προῖκα αὖθις διένειμε, (τὸ γὰρ μετρεῖσθαι τοῖς ἀπόροις, τοῦτε Γαουινίου ἤδη καὶ τοῦ Πίσωνος ὑπατευόντων, ἐσηγήσατο) καὶ τὰ ἑταιρικὰ, κολλήγια * ἐπιχωρίως καλούμενα, ὄντα μὲν ἐκ τοῦ ἀρχαίου, καταλυθέντα δὲ χρόνον τινὰ, ἀνενεώσατο· τοῖς τε τιμηταῖς ἀπηγόρευσε, μήτ' ἀπαλείφειν ἔκ τινος τέλους, μήτ' E ἀτιμάζειν μηδένα, χωρὶς ἢ εἴ τις παρ' ἀμφοτέροις σφίσι κριθεὶς ἁλοίη. τούτοις οὖν αὐτοὺς δελεάσας, καὶ ἕτερόν τινα νόμον ἔγραψε, περὶ οὗ διὰ πλειόνων ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅπως σαφέστερος τοῖς πολλοῖς γένηται. τῆς γὰρ μαντείας τῆς δημοσίας ἔκ τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν (ὥσπερ εἶπον) ποιουμένης, τὸ μέγιστον κῦρος ἡ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἶχεν· οὕτως, ὥστε τὰ μὲν ἄλλα οἰωνίσματα πολλὰ καὶ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν, ἐκεῖνο δὲ ἐσάπαξ ἐπὶ πάσῃ τῇ ἡμέρᾳ γίνεσθαι. τοῦτό τε οὖν ἰδιώτατον ἐν αὐτῷ ἦν, καὶ ὅτι ἐπὶ μὲν

† συνιέναι τι

* ἐπιχωρίως

ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἢ ἐπέτρεπε πραχθῆναί τινα, καὶ ἐγένετο, μηδενὸς ἔτι καθ' ἕκαστον οἰωνίσματος ἐπαγγελλομένου· ἢ ἐκώλυε, καὶ ἀνεχειρίζετό τι· περὶ δὲ δὴ τὰς τοῦ δήμου διαψηφίσεις πάντως ἐπισχεῖν. καὶ ἦν πρὸς αὐτὰς ἀεὶ διοσημία, εἴτε ἐναίσιον εἴ τι ἐξαίσιον ἐφαίνετο. καὶ τὸ μὲν αἴτιον τῆς νομίσεως ταύτης οὐκ ἔχω φράσαι, γράφω δὲ τὰ λεγόμενα. ἐπεὶ οὖν πολλοί, ἐμποδίζειν ἢ νόμων ἐσφοράς, ἢ ἀρχόντων καταστάσεις, ἐς τὸν δῆμον ἐσαγομένας, βουλόμενοι, προεπήγγελλον ὡς καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην † μαντευσόμενοι, ὥστε μηδεμίαν ἐν αὐτῇ κύρωσιν τὸν δῆμον σχεῖν. φοβηθεὶς δὲ ὁ Κλώδιος, μή, γραψαμένου αὐτοῦ τὸν Κικέρωνα, ἀναβολήν τε τινὲς ἐκ τοῦ τοιούτου καὶ διατριβὴν τῇ δίκῃ ἐμποιήσωσιν, ἐσήνεγκε μηδένα τῶν ἀρχόντων ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς ψηφίσασθαί τι τὸν δῆμον ἀναγκαῖον εἴη, τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γινόμενα παρατηρεῖν. τοιαῦτα μὲν τότε ἐπὶ τὸν Κικέρωνα συνέγραψε. καὶ ἐπειδὴ ἐκεῖνος συνεὶς τὸ γινόμενον, Λούκιον Νίννιον Κουαδρᾶτον δήμαρχον ἀντέταξεν ἐναντιωθῆναι πᾶσι σφίσιν ἀντιπαρεσκεύασεν, ἔδεισε μὴ καὶ θόρυβος ἐκ τούτου καὶ διατριβή τις γένηται· καὶ ὑπῆλθεν αὐτὸν ἀπατήσας. προομολογήσαμενος γὰρ αὐτῷ, μηδ' ὁπωσοῦν, ἂν μηδεὶς τῶν νομοθετουμένων ἐμποδίσῃ, κατ' αὐτοῦ γράψειν, ἔπειτα τὴν ἡσυχίαν καὶ ἐκείνου καὶ τοῦ Νιννίου ἄγοντος, διενομοθέτησεν αὐτά, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῷ Κικέρωνι ἐπεχείρησε. καὶ ὁ μὲν οὕτω, καίτοι φρονιμώτατος ἀξιῶν εἶναι, τότε ὑπὸ τοῦ Κλωδίου (εἴγε ἐκείνου, ἀλλὰ μὴ τὸν Καίσαρα, τούς τε ἄλλους τοὺς μετ' αὐτῶν συνεστηκότας δεῖ λέγειν) ἠπατήθη. ὁ δὲ δὴ νόμος, ὃν μετὰ ταῦτα ὁ Κλώδιος ἐσήνεγκεν, ἄλλως μὲν οὐκ ἐδόκει ἐπ' αὐτῷ τίθεσθαι (οὐδὲ γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἶχεν) ἀλλὰ κατὰ πάντων ἁπλῶς, τῶν πολιτῶν τινα ἄνευ τῆς τοῦ δήμου καταγνώσεως ἀποκτενούντων ἢ καὶ ἀπεκτονότων συνεσήγετο· ἔργῳ δὲ ἐπ' αὐτὸν ὅτι μάλιστα συνεγράφετο. ἔφερε μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν βουλήν, ὅτι τοῖς τε ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, δι' ἧσπερ καὶ τὰ τοιαῦτα σφίσι ποιεῖν ἐξὸν ἐγίγνετο, προσετετάχει, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τοῦ Λεντούλου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τότε θανατωθέντων κατεψήφιστο. οὐ μέντοι ἀλλ' ὁ Κικέρων, ἐπειδὴ καὶ ἐσηγγέλκει περὶ αὐτῶν, καὶ ἐσηγγέλλετο ἀεί, καὶ ἐπεψηφίκει, καὶ τέλος καὶ τὴν τιμωρίαν σφῶν διά γε τῶν τὰ τοιαῦτα ὑπηρετούντων ἐπεποίητο, καὶ τὴν

* ὥστε [δὴ] δεῖ.

† μαντευσόμενοι,

A præ cæteris omnibus, vel permittebat aliquid agi, nullo deinde amplius augurio obseruato: [a] aut prohibebat aliquam actionem, [b] impediebatque, ita vt populi suffragationes omnino [c] inhiberet. Porro quoties populus in suffragia ire de certa re vellet, de cœlo seruabatur, siue secundum id augurium, siue aduersum eueniret. Huius ego instituti causam non habeo quam cōmemorem: id quod communi sermone fertur, scribo. Enimuero multi, vt legum lationes, aut magistra- B tuum constitutiones, de quibus ad populum referebatur, impedirent, de cœlo se seruasse obnuntiare solebant: igitur fas non esse agi cum populo. Quamobrem Clodius metuens, ne, si Ciceronem in ius vocaret, eo modo moram iudicio nonnulli iniicerent; rogationem tulit, ne quis, qui cum magistratu esset, iis diebus quibus populus sciscere quicquam debebat, auspicia caperet. Hæc quum Clodius ita aduersum Ciceronem tulisset, Cicero re intel- C lecta, L. Ninnium Quadratum tribunumplebis subornauit, qui iis omnibus intercederet: at Clodius veritus, ne ex eo tumultus concitaretur, aut mora rei iniiceretur, Ciceroni occurrit, eumque dolo circumuenit, pollicitus se, si per eum has leges perferre sibi liceret, nullam ei actionem intentaturum. Ita Cicerone atque Ninnio quiescentibus, & leges eas pertulit, & postea ipsum etiam Ciceronem aggressus est: Ciceroque, quanquam prudentissimus haberi volebat, tunc a Clodio deceptus est; si modo id Clodio, ac D non Cæsari potius, aliisque, qui cum Clodio conspirauerant, adscribendum est. Cæterum ea lex, quam Clodius postmodo tulit, quanquam prima specie non videbatur contra Ciceronem introducta, tamen re vera eum maximè petebat. nam tacito Ciceronis nomine, contra omnes eos in vniuersum erat statuta, qui ciuem indemnatum à populo occiderent, aut occidissent. [d] Atqui ita totus etiam senatus impetebatur, qui & consulibus custodiam vrbis, quæ secum E eius rei potestatem [e] trahit, commiserant: & ipsi deinde Lentulum, aliosque, de quibus eo tempore supplicium capitis sumptum est, condemnauerant. At vero Cicero, qui & accusauerat eos, & de iis retulerat, quique decretum fecerat, denique per lictores supplicio eos affecerat, vel solus, vel præ reliquis

a Vel prohibebat
b impediebatque,
c inhiberet.
d Ac totum quidem etiam senatum
e trahebat,

ɫ culpam.

ɫ causam sustinebat. Igitur cum omni conatu Clodio restitit, tum senatoria veste abiecta, equitis habitu sumpto, circumiuit: potentem quemque, non modo sibi fauentem, sed etiam aduersarium, præcipue vero Pompeium ac Cæsarem, (quippe qui inimicitiam nequaquam præ se ferebant) interdiu noctuque [a] accedens orabat, vt sibi præsidio essent. Atque hi quidem, simulantes neque Clodium à se summissum, & leges eius sibi displicere, eam fraudem aduersus Ciceronem excogitauerunt, quæ & illum lateret, & sibi dedecori non esset. Nam Cæsar Ciceroni consilium dedit, vt se subduceret, ne ad vrbem manendo, in perniciem deueniret. id quo magis ex beneuolentia consulere videretur, legato se eo vsurum dixit, vt iam non tanquam reus cum ignominia, sed honeste & cum imperio Clodium subterfugeret. Contra Pompeius, id quidem aperte esse fugam dicebat: [b] idque consilii Cæsarem inimico animo insidiandique per occasionem causa dedisse innuebat: ipse autem suadebat, vt maneret ad vrbem, ac pro se & senatu [c] rectà propugnaret, Clodiumque vlcisceretur, qui eo præsente ac repugnante nihil assecuturus esset, [d] ad hoc suam quoque opem & auxilium pollicebatur. Hæc ita inter se diuersa Cæsar ac Pompeius consulebant, non quod sententiis ipsi dissiderent, sed vt Ciceronem nihil tale suspicantem in fraudem adducerent. Itque Pompeio accessit, quem in nulla suspicione habebat, & in quo certum sibi suæ salutis præsidium collocabat. quippe & plurimi eum in honore verecundiaque habebant, & multos in summo periculo versantes partim iudicibus, partim ipsis accusatoribus eripuerat. Ad hæc Clodium, Pompeio affinitate olim iunctum, quique sub eo [e] aliquantum temporis meruerat, nihil contra sententiam Pompeii acturum arbitrabatur. Iam Gabinium haud dubie in potestate Pompeii futurum sperabat, qui eo plurimum vtebatur: itemque Pisonem, cum propriæ humanitatis causa, tum verò propter affinitatem, quam is cum Cæsare coniunctam habebat. [f] Hæ cogitationes Ciceronem permouere, hominem alioquin plus satis confidentem, vt in spem erectus, se superiorem futurum, fugæ indicta causa faciendæ consilium repudiaret: veritus, ne male si-

a circumcur sitans, studiose colebat. Atque hi.

b Et obscure Cæsarem, qui animo inimico eis nō recte consuleret, notabat. ipse.

c audacter liberéque propugnaret.

d atque etiam de imperio re missurus, ipso Pompeio Ciceronem in hoc nonnihil adiuuante. Hæc ita.

e diu meruerat.

f His rationib⁹ Cicero, qui & temere confidens, & inconsiderate formidolosus esse solet, in victoria spem erectus, atque etiam veritus, ne male sibi cōscius alio cōcessisse videretur: adiit Cæsari gratias, Pōpeio.

A αἰτίαν μόνος, ἢ καὶ μάλιστα † ἔοικε. καὶ διὰ τοῦτο τά τε ἄλλα ἰσχυρῶς αὐτῷ ἀντιπρᾶξαι, καὶ τὴν βουλευτικὴν ἐσθῆτα ἀπορρίψας, ἐν τῇ ɫ ἱππάδι περιενόστει· πάντας τε τοὺς δυναμένους οὐχ ὅπως τῶν ἐπιτηδείων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιστασιωτῶν, καὶ μάλιστα τόν τε Πομπήιον καὶ τὸν Καίσαρα, (ἅτε μηδὲ τὴν ἔχθραν αὐτοῦ * προσποιούμενον) καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ὁμοίως περιιὼν ἐθεράπευε. καὶ (ἐβούλοντο γὰρ καὶ ἐκεῖνοι μήτε τὸν Κλώδιον αὐτοὶ παρεσκευακέναι, μήτε τοῖς γεγραμμένοις ὑπ' B αὐτοῦ ἀρέσκεσθαι δοκεῖν) τοιάνδε τινὰ ἐπὶ τὸν Κικέρωνα ἀπάτην, σφίσι μὲν εὐπρεπῆ, ἐκείνῳ δὲ δὴ ἀφανῆ, προσεξεῦρον. ὁ μὲν γὰρ Καῖσαρ ὑπεξελθεῖν αὐτῷ συνεβούλευε, μὴ καὶ κατὰ χώραν μείνας ἀπόληται. καὶ ἵνα γε μᾶλλον ὑπ' εὐνοίας τοῦτο ποιεῖν πιστευθῇ, ὑποστρατήγῳ οἱ χρήσασθαι ὑπισχνεῖτο, ὅπως μὴ μετ' ὀνείδους, ὡς καὶ ὑπεύθυνος ὤν, ἀλλ' ἐπί τε ἀρχῆς καὶ μετὰ τιμῆς ἐκποδὼν δὴ τῷ Κλωδίῳ γένηται. ὁ δὲ δὴ Πομπήιος τούτου C μὲν αὐτὸν (τό, τε πρᾶγμα ἀπόδρασιν ἀτεχνῶς ὀνομάζων, καὶ ἐς τὸν Καίσαρα, ὥστε καὶ κατ' ἔχθραν οὐκ ἐπιτηδείως οἱ συμβουλεύοντα, ὑποσημαίνων) ἀπέτρεπε· γνώμην δὲ ἐδίδου καταμεῖναι, καὶ ἑαυτῷ τε ἅμα καὶ τῇ βουλῇ μετὰ παρρησίας βοηθῆσαι, τόν τε Κλώδιον εὐθὺς ἀμύνασθαι. οὔτε γὰρ διαπράξασθαί τι αὐτὸν παρόντος τε ἐκείνου καὶ ἐναντιουμένου δυνήσεσθαι ἔλεγε, καὶ † προσέτι τι καὶ δώσειν καὶ ἑαυτοῦ τι πρὸς τοῦτο συμπράξαντος. τοιούτους αὐτῶν λόγους λεγόντων, οὐχ ὅτι ἐναντία ἀλλήλοις D ἐγνώκεσαν, ἀλλ' ἵν' ἐκεῖνον ἀνυπόπτως ἀπατήσωσι, τῷ Πομπηίῳ προσέθετο. οὔτε γὰρ προϋπώπτευέ τι ἐς αὐτὸν, καὶ ἐπίστευε πάντως ὑπ' αὐτοῦ σωθήσεσθαι. τῶν τε γὰρ ἄλλων πολλοὶ καὶ ᾐδοῦντο αὐτὸν καὶ ἐτίμων· ὥστε καὶ κινδυνεύοντας συχνοὺς, τοὺς μὲν παρὰ τῶν δικαστῶν, τοὺς δὲ καὶ παρ' αὐτῶν τῶν κατηγόρων ῥύεσθαι. καὶ ὁ Κλώδιος, ἅτε καὶ ἐν γένει ποτὲ αὐτῷ γενόμενος, καὶ συστρατευσάμενος ἐπὶ πολὺν χρόνον, οὐδὲν ὅ, τι οὐ κατὰ γνώμην αὐτοῦ ἐδόκει ποιήσειν. τόν τε Γαβίνιον ἀτεχνῶς, ἅτε καὶ πάνυ φίλον αὐτῷ ὄντα, E καὶ τὸν Πίσωνα, ἀπό τε τῆς ἐπιεικείας, καὶ διὰ τὴν τοῦ Καίσαρος συγγένειαν, ὑπάρξειν οἱ προσεδόκησε. τούτοις οὖν τοῖς λογισμοῖς κρατήσειν ἐλπίσας, (καὶ γὰρ ἐθάρσει παρὰ λόγον, ὥσπερ ἀνεξετάστως ἐδεδίει) καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐκ πο-

[illegible]

† ἔοικε. θ [illegible]

Xyl. † τῇ ἱππάδι

** προσποιούμενον.*

† προσέτι ἐ[illegible] ἐκδώσειν, ε

περοῦ συνειδότος τὴν ἀποδημίαν πεποιῆσθαι δόξῃ, τῷ μὲν Καίσαρι χάριν δή τινα ἔχειν ἔλεγε· τῷ δὲ δὴ Πομπηΐῳ ἐπείσθη. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπατηθεὶς, παρεσκευάζετο ὡς καὶ πολὺ τῶν ἐχθρῶν † ὑπερέξων. πρὸς γὰρ δὴ τοῖς εἰρημένοις, οἵ τε ἱππεῖς συνελθόντες ἐς τὸ Καπιτώλιον, πρέσβεις ὑπὲρ αὐτοῦ πρός τε τοὺς ὑπάτους καὶ τὴν γερουσίαν, ἄλλους τέ τινας ἐκ σφῶν, καὶ βουλευτὰς, τόν τε Ὁρτήσιον τὸν Κύϊντον καὶ Γάϊον Κουρίωνα ἔπεμψαν· καὶ ὁ Νίννιος τά τε ἄλλα αὐτῷ συνῄρετο, καὶ τὴν ἐσθῆτα τῷ πλήθει, ὡς καὶ ἐπὶ κοινῇ συμφορᾷ, μεταβάλλειν παρῄνεσε. καὶ πολλοὶ τοῦτο καὶ τῶν † βουλευτῶν· καὶ οὐ πρότερόν γε μετεβάλλοντο, πρὶν τοὺς ὑπάτους σφίσι διὰ προγραφῆς ἐπιτιμῆσαι. ἀλλ' ἦν γὰρ τὰ τῶν ἀντιστασιωτῶν αὐτοῦ δυνατώτερα, οὔτε ὁ Κλώδιος χρηματίσασθαί τι ὑπὲρ αὐτοῦ † τῷ Νιννίου ἐπέτρεψεν, οὔτε Γαβίνιος τὴν πρόσοδον τοῖς ἱππεῦσιν ἐς τὴν βουλὴν ἔδωκεν· ἀλλὰ καὶ ἕνα τινὰ αὐτῶν, ὡς πολὺς ἐνέκειτο, καὶ ἐκ τῆς πολιτείας ἐξήλασε, τῷ τε Ὁρτησίῳ καὶ τῷ Κουρίωνι, ὅτι καὶ ἀθροισθεῖσι σφίσι συνεγένοντο, καὶ τὴν πρεσβείαν ὑπέστησαν, † ὑπενεκάλει. καὶ αὐτοὺς ὁ Κλώδιος ἐς τὸ πλῆθος ἐσαγαγὼν, πληγαῖς ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ διά τινων προπαρεσκευασμένων συνέκοψε. καὶ μετὰ ταῦτα ὅ, τε Πίσων, καίπερ εὐνοϊκῶς τῷ Κικέρωνι δοκῶν ἔχειν, καὶ συμβουλεύσας γε αὐτῷ, ὡς ἑώρα ἀδύνατον ὂν ἄλλως αὐτὸν σωθῆναι, προεξελθεῖν, ὅμως ἐπειδὴ διὰ τοῦτο ἐκεῖνος ὠργίσθη, παρῆλθεν ἐς τὴν ἐκκλησίαν, ὅτε πρῶτον ἠδυνήθη, (τὰ γὰρ πολλὰ ἠρρώστει) καὶ † πυθομένου τοῦ Κλωδίου, τίνα γνώμην περὶ τῶν γεγραμμένων ἔχοι, εἶπεν ὅτι οὐδέν μοι * οὔτω μόνον οὐδὲ σκυθρωπὸν ἔργον ἀρέσκει. καὶ ὁ Γαουΐνιος ἐρωτηθεὶς τὸ αὐτὸ τοῦτο, οὐχ ὅπως ἐκεῖνον ἐπῄνεσεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱππέων τῆς βουλῆς προσκατηγόρησεν. ὁ μέντοι Καῖσαρ (ἔξω γὰρ τοῦ τείχους ὁ Κλώδιος δι' αὐτὸν, ἐπειδήπερ ἐξεστράτευτο, τὸν ὅμιλον συναγαγὼν, καὶ ἐκεῖνον ἐπιγνώμονα τῶν γεγραμμένων ἐποιήσατο) † τὴν μὲν γὰρ παρανομίαν τῶν περὶ τὸν Λέντουλον πραχθέντων κατεψηφίσατο: τὴν μέντοι τιμωρίαν τὴν ἐπ' αὐτοῖς γραφομένην οὐκ ἐδοκίμασεν. ὅσα μὲν γὰρ περὶ τῶν τότε γενομένων ἐφρόνησε, πάντας εἰδέναι ἔφη· τὴν γὰρ σώζουσαν σφᾶς ψῆφον δεδωκὼς ἦν) οὐ μὴν καὶ προσήκειν ἐπὶ τοῖς παρεληλυθόσι τοιοῦτόν τινα νόμον συγγράφεσθαι. Καῖσαρ μὲν ταῦτ'

Marginalia (Greek column): † ἐπειχθεὶς ὑπερέξων. — † Xyl. ἐκ τῶν βουλευτῶν ἐποίησαν. — † τῷ Νιννίῳ — † Xyl. ἐπικαλεῖ. — † πυθομένῳ * οὕτω ὠμὸν, Xyl. οὔτ' ὠμὸν, — † τὴν μὲν παρανομίαν.

le sibi conscius, alio concessisse existimaretur. Igitur Cæsari gratiis actis, Pompeii sententiam secutus est: atque in hanc coniectus fraudem, ita se comparauit, vt longe superiorem se † inimicis futurum consideret. Præterea equites etiam in Capitolium conuenerunt, ac † deprecatores pro Cicerone ad consules & senatum, cum alios ex suo ordine, tum Q. Hortensium & C. Curionem, senatorios viros, miserunt. Ninnius quoque Ciceroni cum aliàs astitit, tum populum quoque, vt vestem tanquam in publica calamitate mutarent, hortatus est. idq; multi etiam senatores fecerunt: neque prius destiterunt, quam edicto consulum probibiti sunt. Verumenimuero potentia aduersariorum Ciceronis maior fuit. nam neque Ninnio cum populo agendi de Cicerone Clodius potestatem permisit: & Gabinius equites ab accessu ad senatum impediuit: idemque vnum ex his, quod vehementius instaret, [a] reipublicæ administratione eiecit. Hortensium autem, & Curionem, quod coeuntibus equitibus affuissent, legationemque in se recepissent, criminatus est: eosque Clodius in plebem productos, per certos homines, quos ad id præparauerat, verberibus huius legationis causa concidit. Secundum hæc Piso, etsi bene erga Ciceroně affectus videbatur, eique consilium dederat, quoniam aliter saluus esse minime posset, vt suum ipsius interitum fuga euitaret; tamen ira commoto ob hæc Cicerone, vt primum per valetudinem (qua plerunque vtebatur infirma) potuit, in concionem progressus, interrogatusque à Clodio, quid de lege sentiret, respondit, nullum sibi adeo sæuum atque inhumanum factum probari. Similiter Gabinius interrogatus, non modo Ciceronem non laudauit, sed etiam [b] equites apud senatum accusauit. Iam Cæsar milites extra vrbem in expeditione habebat. igitur eius causa Clodius concionem extra mœnia conuocauerat, vt eum legis suæ approbatorem haberet. Is igitur Cæsar ea, quæ contra leges in Lentulum erant acta, damnauit: pœnam vero, quam lex ei actioni irrogabat, non probauit: & quæ de toto eo negotio sensisset, ea omnibus nota esse dicebat, (se enim sententiam pro eorum salute tum tulisse) interim tamen non conuenire, vt de rebus præteritis talis lex feratur. Atque hæc Cæsaris fuit sen-

Marginalia (Latin column): † inimicis. — † legatos. — a Vrbe expulit. — b equitum consilium accusauit.

tia. Crassus autem per filium suum Ciceroni opem tulit, ipse populi studium sectans. At vero Pompeius, qui auxilium promiserat, crebras excusationes afferens, deditaque opera crebras profectiones peregre suscipiens, Ciceronem destituit. Is itaque quum ea videret, atque in metu esset, ad arma sumenda se conuertit, [a] manifesto & aliis & ipso Pompeio per contumeliam traductis. Prohibitus autem à Catone & Hortēsio, ne bellum intestinum ea res concitaret, ita demum inuitus cum dedecore, neque sine infamia, (perinde acsi conscientia sua victus voluntarium exilium subiisset) vrbe excessit. Prius tamen, quam discederet, in Capitolium ascendens, simulacrum quoddam Mineruæ, quam custodem appellabat, consecrauit. Contulit autem se in Siciliam cuius aliquando patronus fuerat: multumque spei & in populis, & in priuatis hominibus, ipsoque † præfecto habebat, se ibi cum honore futurum. Profecto in exilium Cicerone, statim lex, non modo nemine iam resistente, sed summo omnium studio confirmata est: iique adeo, qui præcipue Ciceronis rebus fauere ante putabantur, vt primum is † è medio abiit, eam approbauerunt. Igitur facultates eius publicatæ, ædesque eius tanquam hostis solo æquatæ, & earum area templo Libertatis consecrata est. Cicero autem exilio damnatus est, mansioque in Sicilia abnegata: [b] iussusque abesse a Roma vltra CCCCLXVIII. millia passuum: prætereaque, edictum vt si intra eos fines veniret, & ipse, & qui eum suscepissent, impune à quouis occidi possent. Itaque Cicero in Macedoniam transiit, ibique in luctu vitam egit. Ibi cum eo Philiscus quidam congressus, qui etiam Athenis cum eo consuetudinem habuerat: Non te, ô Cicero, pudet (inquit) ita lamentari, ac muliebribus affectibus indulgere? Equidem nunquam te ad tantam animi molliciem redactum iri existimabam, qui multis ac variis disciplinis imbutus esses, multisque ipse consuluisses. Ad hæc Cicero, Atque longe aliud est, ô Philisce, pro aliis verba facere, quam sibi ipsi consulere. Nam quæ pro aliis dicimus, ea quum à recta atque integra ratione proficiscantur, vtique vim suam obtinent: verum animus, vbi quis eum morbus occupauit, obtunditur, caligoque ei offunditur, ita vt nihil idoneum excogitare pos-

[a] quum præter alia, cōuiciis etiam Pompeium palam proscinderet.

† pratori

† discessisset.

[b] iussusq; CCCCLXVIII. passuum millibus vltra Romam exsulare.

A εἶπε· Κράσσος δὲ διὰ μὲν τοῦ υἱέος βοήθειάν τινα τῷ Κικέρωνι ἐνεδείκνυτο, αὐτὸς δὲ τὰ τοῦ πλήθους ἔπραττε. καὶ ὁ Πομπήιος ὑπισχνεῖτο μὲν αὐτῷ τὴν ἐπικουρίαν· σκήψεις δέ τινας ἄλλοτε ἄλλας ποιούμενος, καὶ ἀποδημίας συχνὰς ἐπίτηδες στελλόμενος, οὐκ ἐπήμυνεν. ἰδὼν οὖν ταῦτα ὁ Κικέρων, καὶ φοβηθεὶς, αὖθις ἐπεχείρησε μὲν ὅπλα ἄρασθαι (τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὸν Πομπήιον φανερῶς προεπηλάκιζε) κωλυθεὶς δὲ ὑπό τε τοῦ Κάτωνος καὶ τοῦ Ὁρτησίου, μὴ καὶ ἐμφύλιος ἐκ τούτου πόλεμος γένηται, τότε δὴ καὶ ἄκων, μετά τε αἰσχύνης καὶ μετὰ κακοδοξίας (ὡς καὶ ἐκ τοῦ
B συνειδότος ἐθελοντὴς πεφευγὼς) μετέστη. πρὶν δὲ δὴ ἀφορμῆσαι, ἔς τε τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ ἀγαλμάτιόν τι Ἀθηνᾶς ἀνέθηκε, φυλακίδα αὐτὴν ὀνομάσας. ὑπεξῆλθε δὲ ἐς Σικελίαν. προστάτης τε γὰρ αὐτῆς ἐγεγόνει, καὶ ἐλπίδα πολλὴν ἔν τε τοῖς δήμοις, καὶ ἐν τοῖς ἰδιώταις, τῷ τε ἄρχοντι αὐτῶν εἶχε, τιμηθήσεσθαι. φυγόντος δ' αὐτοῦ, ὁ νόμος τὸ κῦρος, οὐχ ὅπως οὐκ ἐναντιωθέντος τινὸς, ἀλλὰ καὶ σπουδασάντων ἄλλων τε, καὶ αὐτῶν ἐκεί-
C νων, οἳ ὑπὲρ τοῦ Κικέρωνος ἀνὰ πρώτους πράττειν ἐδόκουν, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐκποδὼν ἐγεγόνει, ἔλαβε· καὶ ἥτε οὐσία αὐτοῦ ἐδημεύθη, καὶ ἡ οἰκία, ὥσπερ τινὸς πολεμίου, κατεσκάφη· τό, τε ἔδαφος αὐτῆς ἐς νεὼν Ἐλευθερίας ἀνέθηκαν. αὐτῷ τε ἐκείνῳ ἥ τε φυγὴ ἐπετιμήθη, καὶ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ διατριβὴ ἀπερρήθη. τρισχιλίους τε γὰρ καὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους ὑπὲρ τὴν Ῥώμην ὑπερωρίσθη· καὶ προσεπεκηρύχθη, ἵν' εἰ δή ποτε ἐντὸς αὐτῶν φανείη, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ὑ-
D ποδεξάμενοι αὐτὸν † ἀνατὶ διόλλωνται. καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν Μακεδονίαν διὰ τοῦτο μετέστη, καὶ ἐκεῖ διετέλει ὀδυρόμενος· ἐντυχὼν δ' αὐτῷ Φιλίσκος τὶς ἀνὴρ, ἔν τε ταῖς Ἀθήναις συγγεγονώς οἱ, καὶ τότε κατὰ τὴν τύχην συντυχὼν, Οὐκ αἰσχύνῃ (ἔφη) ὦ Κικέρων, θρηνῶν καὶ γυναικείως διακείμενος; ὡς ἔγωγε οὔποτ' ἄν σε προσεδόκησα οὕτω μαλακισθήσεσθαι, πολλῆς μὲν παιδείας καὶ πολυτοδαπῆς μετεσχηκότα, πολλοῖς δὲ καὶ συνηγορηκότα. Καὶ ὃς ὑπολαβὼν εἶπεν, Ἀλλ' οὐδέν τι ὅμοιόν ἐστιν, ὦ Φιλίσκε, ὑ-
E πέρ ἄλλων τε τινὰ λέγειν, καὶ ἑαυτῷ συμβουλεύειν. τὰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων λεγόμενα, ἀπὸ ὀρθῆς καὶ ἀδιαφθόρου τῆς γνώμης προϊόντα, καιρὸν ἐς τὰ μάλιστα λαμβάνει· ὅταν δὲ δὴ πάθημά τι τὴν ψυχὴν καταλάβῃ, θολοῦται, καὶ σκοτοῦται, καὶ οὐδὲν δύναται καίριον ἐνοη-

† ἀνατίως. At Xylād. textus lectionem probat, vt ἀνατὶ sit ἄνευ τίσεως. Melius ἀνατεὶ, velut ἄνευ ἄτης.

„ ἐνόησαι. ὅτι που πάνυ καλῶς εἴρηται, ὅτι ῥᾷον „ παραινέσαι ἑτέροις ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτε- „ ρῆσαι. Λέγεις μὲν τι (ἔφη ὁ Φιλίσκος) ἀν- „ θρώπινον· οὐ μέντοι καὶ ἠξίουν σε, τοσαύτην μὲν „ φρόνησιν κεκτημένον, τοσαύτῃ δὲ σοφίᾳ ἠσκη- „ κότα, μὴ οὐ προπαρεσκευάσθαι πρὸς πάντα „ τὰ ἀνθρώπινα ἵν᾽ εἴ τι καὶ παράλογόν σοι προσ- „ πέσοι, μήτοιγε καὶ ἀφύλακτόν σε λάβοι. ἐπεὶ δ᾽ „ οὖν ἐν τούτῳ καθέστηκας, κἂν γὰρ τι ὠφελήσαι- „ μί σε, διαλεξάμενος τι τῶν προσφόρων· ἵν᾽ „ ὥσπερ οἱ τὰ φορτία συναιρόμενοι τισὶν, ἐπικουφί- „ ζουσιν αὐτοὺς, καὶ ἐγώ σοι τὸ πάθος τοῦτο ἐπελα- „ φρύναιμι· τοσούτῳ ῥᾷον ἐκείνων, ὅσῳ μηδὲ τὸ „ βραχύτατον αὐτοῦ μεταλήψομαι. οὐ γάρ που καὶ „ ἀπαξιώσεις παραμυθίας τινὸς παρ᾽ ἑτέρου τυχεῖν. „ εἰ μὲν γὰρ αὐτάρκης ἑαυτῷ ἦσθα, οὐδὲν ἂν ἡμῖν „ τῶν λόγων τούτων ἔδει· νῦν δὲ ὅμοιον πέπονθας „ ὥσπερ εἰ Ἱπποκράτης, ἢ Δημοκήδης, ἢ καὶ ἄλλος „ τις τῶν πάνυ ἰατρῶν, νοσήματι δυσιάτῳ περιπε- „ σὼν ἀλλοτρίας χειρὸς πρὸς τὴν ἄκεσιν αὐτοῦ „ προσδέοιτο. Ἀλλ᾽ εἴ γε τινὰ (ἔφη ὁ Κικέ- „ ρων) τοιοῦτον ἔχεις λόγον, ὥστε τὴν ἀχλὺν „ μου ταύτην ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀφελεῖν, καὶ ἐς „ τὸ ἀρχαῖόν με φῶς ἐπαναγαγεῖν, ἑτοιμότα- „ τός εἰμι ἀκούειν. ὥσπερ γὰρ τῶν φαρμά- „ κων, οὕτω δὴ καὶ τῶν λόγων καὶ διαφοραὶ „ πολλαὶ καὶ δυνάμεις ποικίλαι εἰσίν. ὥστ᾽ „ οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἐμὲ τὸν λαμπρὸν ἔν τε „ τῇ γερουσίᾳ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τοῖς τε „ δικαστηρίοις, σοφίᾳ τινὶ † καταιονήσειας. Φέ- „ ρε οὖν (εἶπεν ὁ Φιλίσκος) ἐπειδήπερ ἀκού- „ ειν ἕτοιμος εἶ, σκεψώμεθα πρῶτον μὲν, εἰ „ κακὰ ὡς ἀληθῶς ἐστὶ ταῦτα τὰ περιεστηκότα „ σε· ἔπειτα δὲ, τίνα τρόπον αὐτὰ ἀκεσόμε- „ θα. ἐγὼ τοίνυν πρῶτον μὲν ἁπάντων ὁρῶ σε „ ὑγιαίνοντα τῷ σώματι, καὶ εὖ μάλα ἐρρω- „ μένον (ὅπερ που πρῶτον κατὰ φύσιν ἀγα- „ θόν ἐστιν ἀνθρώποις.) ἔπειτα δὲ τὰ ἐπιτή- „ δεια αὐτάρκη κεκτημένον, ὥστε μήτε πεινῆν „ μήτε διψῆν, ἢ ῥιγοῦν, ἢ καὶ ἄλλο τι ἄτοπον „ ὑπ᾽ ἀπορίας ὑπομένειν. ὃ δὴ καὶ δεύτερον „ εἰκότως ἄν τις ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ φύσει τιθείη. „ ὅταν γάρ τινι ἥ τε τοῦ σώματος σύστασις εὖ τε ἔχῃ, „ καὶ διαρκεῖν ἀφροντιστῶν δύνηται, πάντα τὰ πρὸς „ εὐδαιμονίαν ἐπιβάλλοντα καρποῦται. Ὁ οὖν „ Κικέρων ὑπολαβὼν ἔφη, Ἀλλ᾽ οὐδὲν τῶν „ τοιούτων ὄφελός ἐστιν, ὅταν που τὴν ψυχὴν λυπῇ

† καπνίσειας.

A possit. Itaque vetus illud rectissimè dictum est, Facilius esse alios adhortari, quam seipsum contra aduersas res obfirmare. Humanæ tu quidem (inquit Philiscus) naturæ consentanea dicis. atqui te tanta † intelligentia vsum, ita ad sapientiam exercitatum, ita imparatum ad humanos casus fore, nunquam sperabam; vt non, si quid inopinatum obtig isset, ad id præmunitus esses. Nunc quum in eum locum res tuæ deductæ sint, quid obstat, quin ego tecum ea, quæ ad rem faciant disputans, aliquid tibi vtilitatis afferam: ac quemadmodum B ii, qui alios in oneribus baiulandis adiuuant, eos leuant, ita ego quoque tuam tibi calamitatem leuiorem reddam? idque tanto minori labore, quod ne minimam quidem eius partem in me sum recepturus. Neque dedignaberis (vt opinor) aliorum consolationes. nam si ad hoc tu tibi ipse sufficeres, nihil profecto meo sermone opus esset: nunc perinde tibi euenit, ac si Hippocrates, aut Democedes, aliusve quispiam præstantissimorum medicorum, morbo ægre sanabili ‡ deprehensus, ad eum curandum C alieno auxilio egeat. Equidem, (inquit Cicero) si talem orationem habes, qua caliginem istam ab animo meo remoueas, ac me in pristinam lucem reducas, paratissimus sum ad eam audiendam. Quemadmodum enim medicamentorum, sic orationum etiam cum multæ sunt differentiæ, tum variæ vires: vt mirum non sit, me, qui in senatu, concionibus, iudiciisque præclarus fui, aliqua sapientia tamen ‡ à te imbui. Tum Philiscus, Agedum, quando ad audiendum paratus es, id primum consideremus, D sintne hæc vere mala, quæ te nunc circumstant: deinde videamus, quo pacto his mederi queamus. Primo omnium ego te (quod nimirum natura primum est bonum homini) sanum corpore, & firma valetudine præditum video. Deinde quæ ad vitam sustentandam faciunt, ea tibi affatim adsunt: vt neque famem propter penuriam perferre opus habeas, neque sitim, neque frigus, neque quicquam aliud mali: E quod sane secundum à naturæ donis bonum hominis merito quis dixerit. Nam si quis corpore bene sano vtatur, vitamque ducere sine curis possit, is omnium eorum, quæ ad felicitatem faciunt, fructus sentit. At vero (excipit Cicero) hæc omnia nihil prosunt, vbi animo

† prudentia vsum.

‡ correptus.

‡ à te imbutus.

ægrè est, isque re aliqua mordetur. Longe enim maiorem animi solicitudines miseriam, quam voluptates corporis delectationem homini afferunt. quomodo nunc ego nec corporis sanitatem magni æstimo, quum animo laborem: nec rerum necessariarum copiam, quum plurimis sim spoliatus. Hæccine (inquit Philiscus) tibi dolorem afferunt? Equidem si iis, quæ ad viuendum necessario requiruntur, carendum tibi in posterum esset, causam haberes, cur amissas res mœreres: at quoniam ea tibi omnia abunde suppetunt, quid est, quod tibi molestiam afferat? Omne enim id, quod præter ea, quæ necessaria habemus, possidetur; superfluum est, in nulloque discrimine, adsitne vel absit, ponendum. Ergo quoniam antehac etiam iis, quæ necessaria non erant, vsus non es; ea aut tunc quoque tibi non adfuisse, aut etiamnum talia esse, quibus non indigeas, existimare debes. Etenim pleraque non à maioribus tuis accepisti, vt eo nomine maior tibi ratio eorum habẽda sit: sed lingua tua, orationibusq; tibi parta, iisdemque amissa sunt. Itaque te indignari non decet, si quo modo ea quæsiuisti, eodem perdidisti. Ita enim nauicularii quoque, quum frequenter iacturam faciant, id nõ ægerrime ferunt: prudenter, vt arbitror, reputantes secum, à mari sibi ea eripi, quæ antea idem dedisset. Ac de his quidem satis. Ita enim statuo, homini ad felicitatem sufficere, vt quæ ad vsum vitæ opus sunt, omnia possideat; neque vllius rei, qua ad se sustentandum corpus indiget, destituatur: omne autem [a] superuacaneum, curas, negotia, & [multorum] inuidiam secum trahere existimo. Quoniam verò nullum fructum bonorum corporis esse dicis, nisi animo etiam bene sit, verum id ego esse sentio. namque fieri non potest, vt animo male affecto, non corpus etiam vna laboret. Verumtamen longe faciliorem esse rationem arbitror curandi, vt animo recte valeamus, quam vt corpore. Corpus enim, vt ex carne compactum, multis per se incommodis obuium est, multo autem numinis auxilio indiget: contra animus, cuius diuinior est natura, minori opera componi instituique potest. Videamus ergo, si lubet, quæ bona animi tibi adsint, aut [b] quid mali eum occupauerit. Equidem te inter omnes mortales prudentia præstare video. cuius rei argumenta habeo, quod ea quæ vel senatui, vel populo consuluisti, plerunque persuasisti: plurimum autem priuatos homines tuo patrocinio iuuisti.

a superflua.

b quid mali sit et adhæserit, vt à nobis abstergi nequeat. Equidem

A λυπῇ τι καὶ δάκνῃ. πολλῷ γὰρ πλείονα αἱ ἐκείνης φροντίδες ταλαιπωροῦσί τινα, ἢ αἱ τοῦ σώματος εὐπάθειαι τέρπουσιν. ὥσπερ καὶ ἐγὼ νῦν οὐδὲν οὔτε τῆς τοῦ σώματος ὑγιείας προτιμῶ, νοσῶν γε τὴν γνώμην, οὔτε τῆς τῶν ἐπιτηδείων εὐπορίας· πολλῶν γὰρ ἀπεστέρημαι. Καὶ ὅς, Καὶ τοῦτό σε (ἔφη) λυπεῖ; εἰ μὲν γὰρ ἐνδεήσεσθαι τῶν ἀναγκαίων ἔμελλες, λόγον ἄν τινα εἶχεν, ἄχθεσθαί σε τοῖς ἀπολωλόσιν· εἰ δὲ ἔκπλεα σοὶ πάντα τὰ ἐπιτήδεια ὑπάρχει, τί ἀνιᾷ ὅτι μὴ καὶ πλείω κέκτησαι; B πᾶν γὰρ τὸ ὑπὲρ τὴν χρείαν τινὶ ὂν, περιττόν ἐστι, καὶ ἐν τῷ ἴσῳ καὶ παρὸν καὶ ἀπὸν καθέστηκεν. ἐπεί τοι καὶ πρότερον οὐδὲν δή που τοῖς μὴ ἀναγκαίοις ἐχρῶ. ὥστε καὶ τότε μὴ εἶναι ὧν μὴ ἐχρῆζες, ἢ καὶ νῦν εἶναι ὧν μὴ δέῃ, νόμιζε. καὶ γὰρ οὐ πατρῷα σοὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν γέγονεν, ὥστε σε σπουδὴν ἰδιωτέραν περὶ αὐτὰ ποιεῖσθαι, ἀλλὰ ὑπό τε τῆς γλώττης καὶ ὑπὸ τῶν λόγων σου πεπόρισται, δι' οὓς καὶ ἀπόλωλεν. οὐκοῦν ἀγανακτεῖν προσήκει, εἰ καθάπερ ἐκτήθη τινὰ, οὕτω καὶ C ἀπεβλήθη. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἱ ναύκληροι πάνυ χαλεπῶς φέρουσι πολλὰ ζημιούμενοι. λογίζεσθαι γὰρ, οἶμαι, φρονίμως ἐπίστανται, ὅτι ἡ θάλαττα ἡ διδοῦσα σφίσιν αὐτὰ, καὶ ἀφαιρεῖται. καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανά. † ἀπόχρη τε γὰρ ἀνθρώπῳ πρὸς εὐδαιμονίαν, τὸ τὰ ἀρκοῦντα κεκτῆσθαι, καὶ μηδενὸς ὧν τὸ σῶμα χρῄζει προσδεῖσθαι, νομίζω· καὶ πᾶν τὸ περιττὸν καὶ φροντίδας καὶ πράγματα καὶ φθόνους ἔχειν ἡγοῦμαι. ἐπεὶ δὲ ἔφησθα, ὅτι οὐδεμία ἀπόλαυσις τῶν τοῦ σώματος ἀγαθῶν ἐστιν, ἂν μὴ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς προσυπάρχῃ τινὶ, D ἔστι μὲν ἀληθὴς ὁ λόγος (ἀδύνατον γὰρ, κακῶς αὐτῆς ἐχούσης, μὴ οὐ καὶ τοῦτ' αὐτῇ συννοσεῖν) ἐγὼ μέντοι πολλῷ ῥᾷον οἴομαι εἶναι τῆς εὐεξίας τῆς γνώμης ἐπιμεληθῆναί τινι, ἢ τῆς τοῦ σώματος. τοῦτο μὲν γὰρ, ἅτε καὶ σάρκινον ὂν, πολλὰ μὲν ἄτοπα ἐν ἑαυτῷ ἔχει, πολλῆς δ' ἐπικουρείας παρὰ τοῦ δαιμονίου δεῖται· ἐκείνη δὲ δὴ, οἷα θειοτέρας φύσεως οὖσα, καὶ ῥυθμίζεσθαι E καὶ νουθετεῖσθαι ῥᾳδίως δύναται. οὐκοῦν κἀνταῦθα ἴδωμεν, τί τε σοὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν ἐπέστη, καὶ τί τῶν κακῶν προσεγλυμμένον οὐκ ἂν ἀποτεψαίμεθα. ὁρῶ τοίνυν ἔγωγε πρῶτον μὲν, φρονιμώτατόν σε ἀνθρώπων ὄντα. τεκμήριον δὲ, ὅτι πλεῖστα μὲν καὶ τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, ἐν οἷς συνεβούλευσάς τι αὐτοῖς, ἔπεισας· πλεῖστα δὲ καὶ τοὺς ἰδιώτας, ἐν οἷς συνηγόρησάς σφισιν, ὠφέλησας.

† ἀποχρῆναι γρ.

De-

» ἔπειτα δὲ καὶ δικαιότατον. πολλαχοῦ γοῦν ὑπέρ τε τῆς πατρίδος καὶ τῶν φίλων ἀγωνιζόμενος τοῖς ἐπιβουλεύουσιν αὐτοῖς ἐξήτασαι. καὶ αὐτά γε ταῦτα, ἃ νῦν πέπονθας, οὐ δι' ἄλλο τι συμβέβηκέ σοι, ἢ ὅτι πάνθ' ὑπὲρ τῶν νόμων, καὶ τῆς πολιτείας καὶ λέγων καὶ πράττων διετέλεις. καὶ μὴν ὅτι καὶ σωφροσύνης ἐς τὰ μάλιστα ἀνήκεις, αὐτὸ τὸ ἐπιτήδευμά σου δηλοῖ. οὐ γὰρ οἷόν τε ἐστὶ δουλεύοντά τινα ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς, ἐν μέσῳ τε ἀεὶ φαίνεσθαι, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναστρέφεσθαι, μαρτύρια τὰ ἡμερινὰ ἔργα τῶν νυκτερινῶν ποιούμενον. οὕτω δὴ τούτων ἐχόντων, ἐγὼ μέν σε καὶ ἀνδρειότατον ᾤμην εἶναι, τοσαύτῃ μὲν ῥώμῃ διανοίας, τοσαύτῃ δὲ καὶ ἰσχύϊ λόγων χρώμενον· σὺ δέ, ὡς ἔοικας, αὐτὸς ἑαυτοῦ, ἐκπλαγεὶς ὅτι παρά τε τὴν ἐλπίδα καὶ παρὰ ἀξίαν ἔπταισας, παρῄρησαί τι τοῦ σφόδρα ἀνδρείου. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εὐθὺς ἀπολήψῃ. τοιούτων δὲ τῶν κατά σε ὄντων, καὶ εὖ μὲν ἥκοντος τοῦ σώματος, εὖ δὲ καὶ τῆς ψυχῆς, οὐχ ὁρῶ τί τὸ λυποῦν ἐστί σε. Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ὁ Κικέρων ἔφη, Οὐ δοκεῖ οὖν σοι μέγα κακὸν εἶναι ἡ ἀτιμία καὶ φυγὴ, καὶ τὸ μήτ' οἴκοι διατρίβειν, καὶ μετὰ τῶν φίλων εἶναι, ἀλλὰ ἐκ τῆς πατρίδος μεθ' ὕβρεως ἐκπεπτωκότα ζῆν ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ, καὶ ἀλᾶσθαι, φυγάδα προσαγορευόμενον; καὶ γέλωτα μὲν τοῖς ἐχθροῖς, αἶσχος δὲ τοῖς οἰκείοις παρέχοντα; Οὐδαμῇ ἔμοιγε, εἶπεν ὁ Φιλίσκος. δύο γὰρ ὄντων, ἐξ ὧν συνεστήκαμεν, ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ ῥητῶν ἑκατέρῳ παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν † διδομένων, εἰ μέν τι περὶ ταῦθ' ἁμαρτάνοιτο, καὶ βλαβερὸν ἂν εἰκότως καὶ αἰσχρὸν νομίζοιτο· εἰ δ' ὀρθῶς ἔχοι, καὶ μᾶλλον ἂν ὠφέλιμον εἴη. ὃ καὶ σοὶ νῦν ὑπάρχει. τὰ γὰρ δὴ ἄλλ' ἐκεῖνα, καὶ αἱ ἀτιμίαι, καὶ εἰ δή τι τοιοῦτον ἕτερον, νόμῳ τε καὶ δοκήσει τινὶ καὶ αἰσχρὰ καὶ κακά ἐστι· καὶ οὐδὲν οὔτε τῷ σώματι, οὔτε τῇ ψυχῇ λυμαίνεται. ποῖον μὲν γὰρ σῶμα εἰπεῖν ἔχοις νενοσηκὸς, ἢ καὶ ἀπολωλὸς, ποίαν δὲ ψυχὴν ἀδικωτέραν ἢ καὶ ἀμαθεστέραν γεγενημένην ὑπ' ἀτιμίας καὶ φυγῆς, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων; ἐγὼ γὰρ οὐχ ὁρῶ. τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι οὐδὲν σφῶν φύσει κακόν ἐστιν. ὥσπερ οὐθ' ἡ ἐπιτιμία, οὐδ' ἐν τῇ πατρίδι δια-

* διδομένων.

A Deinde iustissimum te esse censeo: quippe qui semper pro patria & amicis propugnans, in certamen aduersus eos qui iis insidias struerent, descendisti. Hæcque adeo ipsa, quæ nunc passus es, non alia de causa tibi obtigêre, quam quod pro legibus & republica dicere & facere omnia perseuerauisti. Iam temperantia quoque summa te præditum esse, documento est ipsum tuum vitæ institutum. [a]Impossibile est enim, eum, qui se seruitio B voluptatum corporis obstrinxerit, in publico subinde versari, & in foro agere, nisi eorum quæ noctu fecisset, de die testimonia proferre velit. His ita habentibus, ego te fortissimum quoque esse iudicaui, qui & tantis viribus animi, & tanto sermonis robore vtebaris:[b] verum videris mihi ipse de statu animi deiectus infortunio, quod te preter & spem & meritum tuum perculit, nonnihil de summa fortitudine detraxisse: quod tamen statim sis recuperaturus. Quãobrem quum C tuæ res eo loco sint constitutæ, vt & corpus incolume, & animum integrum habeas; haud equidem video, quidnam id sit, quod te dolore afficiat. Ad hæc verba Cicero, Itane tibi ergo non ingens esse malum, ignominia & exilium, videtur? & domo amicorumque conuersatione carere? patria per contumeliam eiectum, in aliena terra viuere, oberrareque, nomen extorris ferentem? risum inimicis, dedecus vero suis præbentem? Mihi vero nullo modo, inquit Philiscus. D Quum enim duo sint, ex quibus constamus, animus atque corpus, quumque vtrique horum certa tam bona, quam mala † præscripta sint à natura, [c] si quod vitium alteri horum incidat, id necessariò & perniciosum & turpe est putandum: sin eadem recte sese habeant, potius † bene nobiscum agi arbitremur. [d] Porro is planè tuarum nunc est rerum status. nam cætera ista ignominiæ, & si qua sunt id genus alia, [e]tantum hominum arbitrio atque opinione turpia sunt, & E mala: ita vt nullum neque corpori, neque animo detrimentum afferant. Quod enim corpus mihi in morbum incidisse, aut interiisse, aut quem animum † iustitiæ scientiæve damnum tulisse propter ignominiam, vel exilium, vel aliud quippiam eius generis, dicere potes? ego quidem id plane non video. atque in causa est, quod nihil horũ natura sua malũ est: sicut nec honores, aut vita in patria

[a] Quippe fieri nequit, vt qui corporis voluptatibus seruit, in publico semper conspiciatur, & in foro versetur, actionesque diurnas nocturnarum testes exhibeat.

[b] verum hoc ipso perculsus, quod præter spem ac meritum impegeris, ipse mihi tibi de summa fortitudine nõnihil detraxisse videris, quod tamen statim

† data sint.

[c] si quid in his aberretur, id haud abs re noxium & turpe putari possit.

† potius ex vsu nostro nobiscum.

[d] Id etiam tibi nunc vsu venit. nã cetera.

[e] tantum consuetudine & opinione.

† iniustiorẽ vel imperitiorem factã fuisse propter

acta, suapte natura bona sunt: verum omnia eiusmodi, qualia ea vnusquisque nostrum esse iudicat. [a] Iam nec honores, neque ignominiæ apud omnes homines eadem habentur: quinimo quæ apud alios culpantur, eadem alii laudant: & quæ alii honore prosequuntur, ea alii supplicio afficiunt. Sunt qui omnino neque nomen neque rem ipsam, quæ honor vel dedecus dicitur, norint: idque optimo iure.[b] quæ enim humanam naturam non attingunt, ea isti ne spectare quidem ad hominem censent. Itaque vt procul dubio perridiculum sit, si quod iudicium aut decretum fiat, quod certum hominem ægrotare, [c] aut inhonestum esse iubeat: eodem modo de ignominia res habet. Atque eandem rationem ego exilii esse video. Est enim exilium, peregrinatio quædam cum ignominia coniuncta. vnde fit, vt quando ipsa ignominia per se malum non est, [d] ne exilio quidem malum quippiam conciliare possit. Siquidem alioquin etiā magnus eorum est numerus, qui plurimum temporis, alij inuiti, alii sponte sua peregrinantur: nec desunt, qui hinc inde obambulando totum vitæ spatium insumant, tanquam subinde omnibus locis expulsi, nec tamen id sibi damno cedere existiment. Neque vero interest quicquam, sponte [e] aut inuitus quippiam facias. nec enim is, qui nolens corporis exercitationi sese dedit, minus roboris eo acquiret, qui vltro hoc facit: nec, qui inuitus nauicularium agit, minorem hinc fructum capit, quam qui volens. Quanquam non intelligo, quomodo fieri possit, vt vir prudens quicquam inuitus faciat. Itaque si in eo discrimen positum est, bene ne vel male nobis sit, quod ea, quæ volumus, libenter; quæ nolumus, inuiti faciamus; in promptu huius rei est medela. Nam, si omnia, quæ aliter fieri nequeunt, volentes subeamus, neque vlli necessariæ rei succumbamus; iam illa etiam, quæ inuitis nobis obuenire putantur, sub his comprehensa erunt. Itaque vetus illud recte admodum se habet, debere nos non ea petere vt fiant, [f] quæ volentibus nobis euenirent: sed ea velle, quæ ex necessitate quadam eueniunt. Neque enim vitam nostro ipsorum arbitrio ducimus, neque nostra potestate [g] ea sita est, sed vt visum fuerit fortunæ, ita viuendum est: & quale

a Iam nec infamiam, nec honorem eadem omnino ratione mortales æstimant: sed qua apud alios.

b Namque quæcunque natura hominis, velut ad eam pertinentia, nō adhærent: ea istis.

c aut deformem esse statuat:

d nec exsilio malum vt aliquod adhæreat, efficere possit.

e an inuitus hoc quippiā facias.

f quæ volumus: sed ea velle,

g potestate sumus: sed vt fortuna visum, & qualis cunque nostrū generi da? fuerit, qui destinata nobis impleat: talem & ipsi vitā agamus, necesse est.

A τριβὴ φύσει χρηστή, ἀλλ' ὁποῖα ποτ' ἄν τις ἕκαστος ἡμῶν περὶ αὐτὰ δοξάσῃ, τοιαῦτα καὶ δοκεῖ εἶναι. αὐτίκα τὴν ἀτιμίαν οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πάντως ἄνθρωποι † νομίζουσιν ἐπιτιμίαν· ἀλλ' ἔστιν ἃ τῶν ἔργων ἐπαίτια παρ' ἑτέροις ὄντα, παρ' ἄλλοις ἐπαινεῖται, καὶ ἕτερα πρὸς τινῶν τιμώμενα, πρὸς ἑτέρων κολάζεται. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν ἀρχὴν οὔτε τὸ ὄνομα οὔτε τὸ ἔργον αὐτῆς ἴσασι. καὶ πάνυ εἰκότως· ὅσα γὰρ μὴ προσάπτεται τῇ B φύσει τοῦ ἀνθρώπου * προσηκόντων, οὐδὲ ἀνήκειν ἐς αὐτὸν νομίζεται. ὥσπερ ἂν οὖν εἰ κρίσις τις, ἢ καὶ ψήφισμά τι ἐγένετο, τὸν δεῖνα νοσεῖν, ἢ τὸν δεῖνα αἰσχρὸν εἶναι, γελοιότατον ἂν δήπουθεν ἦν· οὕτω καὶ περὶ τῆς ἀτιμίας ἔχει. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τὴν φυγὴν ἔγωγε ὁρῶ ὄν. ἀποδημία γάρ τις ἄτιμός ἐστιν. ὥστ' εἴπερ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ἀτιμία μηδεμίαν κακίαν ἔχει, οὐδὲ τῇ φυγῇ δήπου προστρίψασθαί τι C κακὸν δύναται. † ἐπεὶ τήν γε ἄλλως συχνοὶ πλεῖστον ὅσον χρόνον, οἱ μὲν ἄκοντες, οἱ δὲ καὶ ἑκόντες ἀποδημοῦσι, καὶ τινὲς καὶ πάντα τὸν βίον καταναλίσκουσι περινοστοῦντες, ὥσπερ ἀεὶ πανταχόθεν ἐξελαυνόμενοι· καὶ οὐδὲν μέντοι παρὰ τοῦτο βλάπτεσθαι νομίζουσιν. οὐ μὴν οὐδὲ διαφέρει τι, ἑκούσιόν τινα, ἢ μὴ, τοῦτο ποιεῖν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁ ἄκων σωμασκῶν, ἧττόν τι ἔρρωται τοῦ ἐθελοντὶ αὐτὸ δρῶντος· οὐδ' ὁ ἄκων ναυτιλλόμενος, ἥττονά D τινὰ ὠφέλειαν τοῦ ἑτέρου κτᾶται. καὶ αὐτό γε τοῦτο τὸ ἀκούσιον οὐχ ὁρῶ δυνάμενον ἀνδρὶ φρονίμῳ συμβῆναι. ὥστ' εἴπερ ἐν τούτῳ τὸ διαφορεῖν τοῦ τε εὖ καὶ τοῦ κακῶς πράττειν ἐστί, † τὰ μὲν ἐθελονταὶ ἑτοίμως, τὰ δ' ἄκοντες χαλεπῶς ποιοῦμεν, εὐθεράπευτον. ἐὰν γάρ τοι πάντα τὰ ἀναγκαῖα ἑκούσιοι ὑπομένωμεν, καὶ πρὸς μηδὲν αὐτῶν ἡττώμεθα, συναιρήσεται πάντα κἀκεῖνα, ὅσα ἂν ἐν τῷ ἀκουσίῳ δή τις εἶναι. καὶ γάρ που καὶ ἀρχαῖος λόγος καὶ μάλα εὖ ἔχων ἐστίν, ὅτι δεῖ ἡμᾶς μὴ E ὅσα ἂν βουλώμεθα ἀξιοῦν γίνεσθαι, ἀλλ' ὅσα ἂν ἔκ τινος ἀνάγκης γίνηται, βούλεσθαι. οὔτε γὰρ αὐθαίρετον τὸν τοῦ βίου τρόπον ἔχομεν, οὔθ' αὐτῶν ἐσμέν· ἀλλ' ὅπως ἂν τῇ τύχῃ δόξῃ, καὶ ὁποῖος

† νομίζουσιν, ἢ ἐπιτιμίαν.

* προσηκόντως.

† ἐπεί τι γε

† ὅτι τὰ μὲν

A " ὁποῖος ἂν ἑκάστῳ ἡμῶν ὁ δαίμων ὁ ἐκπληρωτὴς τοῦ τεταγμένου δοθῇ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ ἐκεῖνον ἡμᾶς ποιεῖσθαι. ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτά ἐστιν, ἄν τε θέλωμεν, ἄν τε καὶ μή. Εἰ δέ σε οὐχὶ ἡ ἀτιμία αὐτή, οὐδ' ἡ φυγὴ αὐτὴ λυπεῖ, ἀλλ' ὅτι μὴ μόνον μηδὲν ἠδικηκὼς τὴν πατρίδα, ἀλλὰ καὶ πολλὰ εὐεργετηκὼς ἠτίμωσαί τε καὶ ἐξήλασαι· λόγισαι τοῦθ', ὅτι ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐπέπρωτό σοι τοιοῦτόν τι παθεῖν, κάλλιστον δήπου καὶ ἄριστον συμβέβηκε τό, μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐπηρεάζεσθαι. B καὶ σὺ μὲν γὰρ πάντα τὰ καθήκοντα τοῖς πολίταις συνεβούλευσας καὶ ἔπραξας, οὐκ ἰδιωτεύων, ἀλλ' ὑπατεύων· οὐδ' ἰδίᾳ τι πολυπραγμονῶν, ἀλλὰ τοῖς τῆς βουλῆς δόγμασι πειθόμενος· οὐ κατὰ στάσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ βελτίστῳ γνώμενος. ὁ δεῖνα δὲ καὶ ὁ δεῖνα ἐκ δυναστείας καὶ ἐπηρείας πάντα κατὰ σοῦ συνεσκευάσαντο. ὥστε ἐκείνοις μὲν καὶ ἄχθεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ προσήκει. σοὶ δὲ δή, ἀνδρείως φέρειν τὰ δόξαντα τῷ δαίμονι, καὶ καλὸν καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν. οὐ γάρ που μᾶλλον ἂν ἐθελήσαις τῷ τε Κατιλίνᾳ συμπράξας, καὶ τῷ C Λεντύλῳ † συνομόσας, καὶ πάντα μὲν ἐναντία τῶν συμφερόντων τῇ πατρίδι παραινέσας, μηδὲν δὲ τῶν προσταχθέντων σοι ὑπ' αὐτῆς ποιήσας, οἴκοι μένειν ἀδικήσας; † κατορθώσας φυγεῖν. οὐκοῦν εἰ καὶ τῆς δόξης σοὶ μέλει, πολλῷ που αἱρετώτερόν ἐστι, μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐκπεπτωκέναι, ἢ κακουργήσαντά τι, οἴκοι μεμενηκέναι. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ἡ αἰσχύνη, τοῖς ἀδίκως ἐκβάλλουσί τινα, ἀλλ' οὐ τῷ κατ' ἐπήρειαν ἐξελαθέντι, προσγίγνεται. καίτοι ἔγωγε ἀκούω τοῦθ', ὅτι D οὐκ ἄκων οὐδ' ἁλοὺς μετέστησας, ἀλλ' ἐθελοντὴς ἐμίσησας τὸν μετ' αὐτῶν βίον· ἅτε μήτε βελτίους σφᾶς ποιῆσαι δυνάμενος, μήτε συναπολέσθαι σφίσιν ὑπομένων· καὶ ἔφυγες οὐ τὴν πατρίδα, ἀλλὰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτῇ. ὥστ' ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἐξόριστοι εἶεν ἂν καὶ ἄτιμοι, πάντα ἀγαθὰ ἐκ τῶν ψυχῶν ἐκβεβληκότες· σὺ δὲ ἐπίτιμος καὶ εὐδαίμων, μήτ' ἀτόπως τινὶ δουλεύων, καὶ πάντα τὰ προσήκοντα ἔχων· ἄν τε ἐν Μακεδονίᾳ, ἄν τε καὶ ἄλλοθί που τῆς οἰκουμένης ζῆν ἐθελήσῃς. οὐ γὰρ δήπου τὰ χωρία E οὔτε εὐτυχίαν οὔτε κακοδαιμονίαν τινὰ δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ καὶ πατρίδα καὶ εὐδαιμονίαν ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ποιεῖ. καὶ ταῦθ'

† συνομόσαις.

† ἢ κατορθώσας.

quale fatum nostro vitæ curriculo destinatum, talem nostram quoque vitam esse necessum est. Atque hæc ita sunt, siue nos velimus, siue nolimus. Quod si te non ignominia hæc, neq; ipsum exilium affligit, sed quod nontantum nulla tua in patriam iniuria, verum etiam summis tuis in eam beneficiis extantibus, ignominia affectus, & eiectus ea es: hoc tibi reputandum est, quandoquidem ita omnino in fatis tibi fuit, vt hæc patereris, hoc tibi pulcherrimum & optimum accidisse, quod nullo tuo merito in hanc deueneris calamitatem. Etenim tu pro tuo officio omnia & consuluisti ciuibus tuis, & egisti: neque ea priuatus, sed consul: nec ipse per te negotium aliquod curiose suscipiens, sed senatusconsultum secutus: non seditionis causa, sed vt quam optime reipublicæ consuleres: contra, certi quidam homines potentia sua, & lædendi studio adducti, omnia hæc in te machinati sunt. Quo fit, vt illos quidem suæ iniustitiæ causa dolere & lugere conueniat: tibi autem & † pulchrum necessarium est, ea fortiter perferre,[a] quæ fortuna tibi tua imposuit. Neque vero malles Catilinæ & Lentulo consceleratæ coniurationis socius, atque omnia contra reipublicæ incolumitatem molitus, nihil quod ea tibi iussisset, secutus, domi manere iniustitię obnoxius; quam, quum officio tuo satisfecisses, solum vertere. Iam si existimationis etiam rationem habes, longe præstat, te nullo flagitio admisso patria excidisse, quam perpetrato malo aliquo facinore in ea remansisse. Nam, vt cætera omittam, dedecus profecto non in eum, qui inique in exilium mittitur; sed in eos, qui contra ius eū eiiciunt, redundat. Quanquam ego te accepi, non inuitum, aut iudicio damnatum, sed vltro abiisse: quod apud eos viuendum diutius tibi nequaquam duceres, quum neque meliores reddere posses, neque cum ipsis perire velles. Itaque non patriam, sed eius insidiatores reliquisti: qui profecto extorres, & ignominia notati sunt, quod omnia bona ex animis suis profligauerint. Tu vero honoratus felixque es, neque cum dedecore [b] seruire opus habens, & rebus necessariis ad vitam affluens: siue in Macedonia, siue alibi terrarum viuere statueris. Neq; enim loca ipsa [c] felicitatem beatitatemve vllam afferunt homini, sed vnusquisque nostrum ipse sibi & patriam & vitam beatam, omni tempore, vbicunq; locorum efficit. Hæc

† honestissimum.

a quæ numē ipsum decreuit.

b cuiquam seruiens, & rebus.

c beatitatē aut infelicitatē vllam.

intelligens Camillus, haud grauatim Ardeæ habitauit: hæc Scipio reputans, absque molestia Literni vitam exegit. Quid enim Aristidem referam, quid Themistoclem? quorum gloria exilio aucta est? quid † Annium? quid Solonem? qui consulto decennium a patria abfuit. Et tu igitur, ne quid horum, quæ neque ad corpus, neque ad animum pertinent, graue iudica, neque indignè tuos casus fer: quandoquidem nulla nobis optio viuendi nostro arbitrio proposita est, vt dixi; sed necesse omnino habemus omnia tolerare, quæ de nobis [a] fortuna statuerit. Quod si hoc sponte nostra fecerimus, dolore vacabimus: sin [b] nolucrimus, neque ea, quæ fatum nobis destinauit, effugiemus: & inanes præterea in dolores, summum illud malum, incidemus. Cuius euidens indicium est, quod alii mortales etiam res aduersissimas leuiter ferunt, seque nullo malo conflictari censent: alii [c] leuissimis oppressos se arbitrantes, nullum à se malū quod in hominem cadere possit, abesse putant: itemque alii prosperos euentus male, alii duros recte accipiunt; efficiuntque, vt res istæ tales aliis esse iudicentur, quales illi ferendo eas esse ostenderunt. Hæc cum animo tuo cogitans, neque præsentem statum iniquo fer animo; neque, si eos, qui te profligauere, fortuna secunda vti audies, id tibi molestiam afferat. Ea est enim humanarum felicitatum alioquin conditio, [d] vt momentaneæ sint, inque diem durent: ac quanto quis maiora ab his incrementa accipit, tanto facilius auræ instar concidit: idque præcipue in seditionibus. Quippe homines, qui in perturbatis fluctuantibusque rebus versantur, parum aut nihil potius ab iis differunt, qui tempestate iactantur. eodem enim modo ‡ sus deque, & in omnes partes abripiuntur: ac si quid eos vel minimum fefellerit, prorsus submerguntur. Ac, ne tibi vel Drusi, vel Scipionis, vel Gracchorum, aliorumve exempla commemorem; memoria tenes, quomodo Camillus quondam exul, deinceps post seruatum à se Capitolium vita functus sit: meministi, quantum Aristides ab exilio suo Themistocli præstiterit. Igitur tu quoque sperare quidem in primis debes, futurum, vt in patriam reducaris: (neque enim ob aliquod tuum facinus iniustum eā pulsus es: atque audio, ab iis ipsis, quorum opera eiectus es, te requi-

[Margin notes: † Æneam? — a ipsum numen. — b inuiti, neque. — c dum leuissimis grauantur, nullum esse. — d leues sint, — ‡ sursum deorsum, huc illuc impelluntur:]

A ὁ Κάμιλλος εὖ νοήσας, ἡδέως ἐν Ἀρδίᾳ κατῴκησε· ταῦθ' ὁ Σκιπίων λογισάμενος, ἀλύπως ἐν Λιτέρνῳ κατεβίω. τί γὰρ δεῖ τὸν Ἀριστείδην, τί δὲ τὸν Θεμιστοκλέα λέγειν; οὓς ἐνδοξοτέρους ἡ φυγὴ ἐποίησε. τί δὲ τὸν † Ἄννιον; τί δὲ τὸν Σόλωνα; ὃς ἑκὼν ἔτη δέκα ἀπεξενώθη. μὴ οὖν μηδὲ σὺ μήτι χαλεπόν τι τῶν τοιούτων, ἃ ‡ μήτε τοῦ σώματος μήτε τῆς τῆς ψυχῆς ἡμῶν φύσει προσήκει, νόμιζε εἶναι, μήτ' ἀγανάκτει τοῖς προσπεπτωκόσιν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αἵρεσίς τις ἐστὶν ἡμῖν τοῦ ζῆν ὅπως ἂν ἐθελήσωμεν, ὥσπερ εἶπον· ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα ὑπομένειν ἡμᾶς τὰ δοκοῦντα τῷ δαιμονίῳ. τοῦτο δὲ ἂν μὲν ἐθελονταὶ ποιῶμεν, οὐ λυπησόμεθα· ἂν δὲ ἀκόντως, οὐδὲ ἐκφευξόμεθά τι τῶν πεπρωμένων, καὶ τὸ μέγιστον τῶν κακῶν προσεπικτησόμεθα, τὸ μάτην ἀνιᾶσθαι. τεκμήριον δὲ, ὅτι οἱ μὲν καὶ τὰ ἀτοπώτατα εὐκόλως φέροντες, ἐν οὐδενὶ δεινῷ καθεστηκέναι νομίζουσιν· οἱ δὲ καὶ τοῖς ἐλαφροτάτοις βαρυνό- C μενοι, πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἔχειν ὑποπτεύουσι. καὶ ἕτεροι, οἱ μὲν τὰ ἀμείνω κακῶς, οἱ δὲ καὶ τὰ χείρω καλῶς μεταχειριζόμενοι, τοιαῦτα καὶ † τοῖς ἑκάτερα δοκεῖν εἶναι ποιοῦσιν, οἷα αὐτοῖς εἶναι παρασκευάζουσι. καὶ σὺ οὖν, ταῦτα λογιζόμενος, μήτε τοῖς παροῦσιν ἄχθου, μήτ', ἂν τοὺς ἐκβαλόντας σε εὐτυχοῦντας πυνθάνῃ, λυποῦ. * κωφαὶ μὲν γὰρ, καὶ ἐφήμεροι καὶ ἄλλως αἱ τῶν ἀνθρώπων D εὐπραγίαι εἰσί· καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τις ἀπ' αὐτῶν ἐπαυξηθῇ, ῥᾷον ὥσπερ πνεῦμα πίπτει, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς στάσεσιν. ἅτε γὰρ ἐν τεταραγμένοις καὶ ἀκαταστάτοις πράγμασι φερόμενοι, μικρὸν, μᾶλλον δὲ οὐδὲν τῶν χειμαζομένων διαφέρουσιν, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω, ποτὲ μὲν δεῦρο, ποτὲ δὲ ‡ ἐκεῖσε κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον σφαλῶσι, παντελῶς βαπτίζονται. καὶ ἵνα γε μήτε τὸν Δροῦσον, μήτε τὸν Σκιπίωνα, μήτε τοὺς Γράκχους, ἢ καὶ ἄλλους τινὰς εἴπω, E † μέμνησθε μὲν, ὅπως ὁ Κάμιλλος ὁ φυγὰς * ἄμεινον τοῦ Καπιτωλίου, μετὰ ταῦτα ἀπήλλαξε· ‡ μέμνησθε δὲ, ὅσον Ἀριστείδης τοῦ Θεμιστοκλέους ὕστερον διήνεγκεν. ὥστε καὶ σὺ μάλιστα μὲν ἔλπιζε καὶ καταχθήσεσθαι· (οὔτε γὰρ ἐξ ἀδικίας ἐξελήλασαι· καὶ ἐπιζητήσουσι μέν σε, ὡς πυνθάνομαι, καὶ αὐτοὶ οἱ ἐκβεβληκότες,

[Margin notes: † Αἰνείαν; — ‡ μήτε τῇ τῆς — † καὶ ἑτέροις — * κοῦφαι — ‡ Xyland. ὅπως ἂν φέρονται· rectius φέρονται. — † μέμνησαι μὲν, — * ἀμύνων τῷ Καπιτωλίῳ. — ‡ μέμνησαι δὲ]

πειθήσουσι δὲ πάντες) σὺ δὲ δὴ τοῖς παροῦσιν ἐμμείνῃς, μήτ' ἴσχε καὶ ἀνιαθῇς περὶ τοῦτο μηδέν. ἂν μὲν γάρ μοι πιθῇ, καὶ πάνυ ἀγαπήσεις χωρίον τέ τι παραθαλάσσιον ἔξω πάτου ἐκλεξάμενος, καὶ ἐν αὐτῷ γεωργῶν τε ἅμα καὶ συγγράφων τι, ὡς Ξενοφῶν, ὡς Θουκυδίδης. τό, τε γὰρ εἶδος τοῦτο τῆς σοφίας διαρκέστατόν ἐστι, καὶ παντὶ μὲν ἀνδρὶ, πάσῃ δὲ πολιτείᾳ ἁρμοδιώτατον· καὶ ἡ φυγὴ φέρει τινὰ σχολὴν γονιμωτέραν. ὥστ' εἴπερ ὄντως ἀθάνατος, καθάπερ ἐκεῖνοι, γενέσθαι ἐθέλεις, ζήλωσον αὐτούς. τά τε γὰρ ἐπιτήδεια ἀρκοῦντα ἔχεις, καὶ οὔτ' ἀξιώματός τινος προσδέῃ. εἰ γάρ τι καὶ ἐν τούτοις ἀγαθόν ἐστιν, ὑπατεύκας· καὶ πλέον οὐδὲν τοῖς καὶ B δεύτερον καὶ τρίτον ἢ καὶ τέταρτον ἄρξασι, πλὴν γραμμάτων ἀριθμοῦ κενῶν, ὑπάρχει, ἃ μήτε ζῶντα μήτε ἀποθανόντα τινὰ ὠφελεῖ. οὔκουν ἂν ἕλοιο οὔτε Κορουΐνος, οὔτε Μάριος, ὁ ἑπτάκις ὑπατεύσας, μᾶλλον ἢ Κικέρων εἶναι. οὔτ' αὖ ἡγεμονίας τινὸς ἐπιθυμεῖς, ὅς γε καὶ τὴν δοθεῖσάν σοι ἐξέστης, καταφρονήσας μὲν τῶν ἀπ' αὐτῆς κερδῶν, καταφρονήσας δὲ καὶ τῆς ὀλιγοχρονίου τε καὶ ὑπευθύνου πᾶσι τοῖς συκοφαντεῖν ἐθέλουσιν ἐξουσίας. καὶ ταῦτ' C εἶπον, † οὐχ ὅτι καὶ ἀναγκαῖον αὐτῶν πρὸς εὐδαιμονίαν ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τοῖς πολιτικοῖς, ἐπείπερ ἐχρῆν, ἱκανῶς ἐξήτασαι, ἵνα καὶ ἐξ ἐκείνων τὸ διάφορον τῶν βίων μαθὼν, τὰ μὲν ἕλῃ, τὰ δὲ ἀπώσῃ· καὶ τὰ μὲν διώξῃς, τὰ δὲ φύγῃς. σμικρὸς γὰρ ὁ βίος ἡμῶν * καὶ δεῖ σε, ὅσον ἥ τε ἡσυχία τῆς ταραχῆς, καὶ ἡ εὐ-ρεια τῶν θορύβων, ἥ τε ἐλευθερία τῆς δουλείας, καὶ ἡ ἀσφάλεια τῶν κινδύνων διαφέρει· ἵν' ἐπιθυμήσῃς ζῆσαι, ὡς ἐγώ σοι παραινῶ. οὕτω μὲν D γὰρ εὐδαιμονήσεις, καὶ σοῦ μέγα ὄνομα, καὶ τοῦτο ἀεὶ καὶ ζῶντος ἐπὶ τούτῳ καὶ τελευτήσαντος ἔσται. ἂν δὲ δὴ τὴν κάθοδον σπουδάσῃς, καὶ τὴν ἐν τῇ πολιτείᾳ λαμπρότητα ζηλώσῃς, δυσχερὲς μὲν οὐδὲν εἰπεῖν βούλομαι, φοβοῦμαι δὲ, ἔς τε τὰ πράγματα ἀποβλέπων, καὶ τὴν σὴν παρρησίαν ἐννοῶν, τήν τε δύναμιν καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀντιστασιωτῶν σου θεωρῶν, μή ποτέ τι καὶ αὖθις σφαλῇς. καὶ εἰ μὲν ἐν φυγῇ γένοιο, E μεταγνώσῃ μόνον· εἰ δέ τι ἕτερον αἴσχιον πάθοις, οὐδὲ μετανοῆσαι δυνήσῃ. καίτοι πῶς μὲν οὐ-

† οὐχ ὅτι καὶ ἀναγκαῖον αὐτῶν.

* καὶ δεῖ ἰδεῖν σε. Xyl. δεῖ σε σκοπεῖν.

A requisitum iri, desideratum autem ab omnibus:) sin præsens tibi status habendus est, ne ob hunc quidem quicquam te affligere debes. Verum, si meo consilio obtemperaueris, aliquod tibi prædium maritimum deliges, ab hominum frequentia remotum: ibi agriculturæ vacabis, & te ad scribendum, exemplo Xenophontis Thucydidisque, conferes. Ea enim pars [a] philosophiæ diutissime permanet, ac omni homini, omni administrationi reipublicæ [b] conuenit: ad quam otium [c] magis idoneum exilium confert. Itaque si immortalitatem consequi cupis, quemadmodum & isti cōsecuti sunt, imitare eos. Etenim nulla re necessaria cares, neq; vllius honoris indiges, ac si quid etiam in illis boni est, consulatum gessisti: atqui iterum, tertium, vel quartum in magistratu fuisse, nihil aliud secum fert, quam inanes literas, quæ neque viuo, neque mortuo quicquam conducunt: vt non Coruinus potius, aut Marius, septem consulatibus nobilis, quam Cicero, esse velle debeas. Cæterum te magistratum expetere non arbitror, qui oblatum tibi repudiaris, contempto quod ex eo habetur emolumento, spretaque breui illa potentia, quæ omnibus calumniari volentibus exposita est. Quæ ego non eo recensui, ‡ quasi ad beatitatem necessario requirerentur; sed vt videres, si omnino ita opus fuisset, tamen te in republica etiam satis diu versatum: vt ex iis [quæ dixi] animaduerso institutorum vitæ discrimine, alterum deligeres, alterum abiiceres: hoc persequereris, illud fugeres. Exigua enim est vitæ nostræ portio: itaque tibi opus est, quanto tranquillitatem perturbatione, quietem tumultu, libertatem seruitute, securitatem periculis potiorem [d] cognoueris; tanto magis id vitæ genus amplecti, ad quod te adhortor. Sic enim cum tu beatus, tum tuum & viuentis & mortui nomen magnum erit. Quod si in reditum & splendorem in republica incumbas, nolo equidem grauius quicquam dicere: sed tamen in rem ipsam intuens, tuamque in dicendo libertatem considerans, præterea multitudinem potentiamque tuorum aduersariorum cernens, vereor ne denuo in periculum adducaris: ac tum quidem, si exulandum tibi fuerit, pœnitentia corripiere: sin vero extrema patieris, ne pœnitentiæ quidem locus erit. Enimuero quis non rē

[a] sapientiæ.
[b] maxime conuenit:
[c] magis secundum hoc ipsum tibi exsilium.
‡ quasi quid illorum ad beatitatem necessario te quæreretur, sed
[d] perspexeris.

horrendam atque turpem esse iudicet, caput hominis amputari, inque foro poni, atque ita ei & viros & mulieres insultare? Ac ne tu me [a] vana tibi prædicentem oderis, sed ea, quæ cœlestibus auguriis comperta prædico, caue. Neque vero te id decipiat, quod nonnullos ex potentibus tibi amicos habes. nihil enim tibi eorum quæ nunc videtur amicitia, aduersum inimicos auxilii affert: quod iam nunc expertus es. Quicunque enim potentiam affectant, cætera omnia cupiditati suæ postponunt; ita vt amicissimos etiam, genereque proximos, inimicissimorum loco habeant. His auditis Cicero nonnihil dolore leuatus est. Non autem diu exulauit, sed ab ipso Pompeio, cuius opera præcipue pulsus erat, reductus est. In causa fuere Clodii facinora, qui Tigranem iuniorem, qui etiamnum in vinculis apud L. Flauium detinebatur, corruptus pecunia eripuerat & dimiserat, indignatosque eius facti causa Pompeium Gabiniumque contumeliis consectatus erat, eorumque asseclas verberibus & vulneribus mulctauerat, consulis fasces confregerat, facultatesque eius sacras esse iusserat. Ob hæc iratus Pompeius, eoq; potissimum, quod quum ipse tribunis plebis potestatem suam reddidisset, eam contra ipsum Clodius vsurparet; Ciceronem reuocandum sibi statuit, confestimque eius reditum agitare per Ninnium cœpit. Is, obseruato tempore quo Clodius non aderat, in senatu de Cicerone retulit: intercedente autem alio tribuno plebis, suam rogationem, vt de qua cum populo acturus esset, publice proposuit: atque in omnibus prorsum se rebus Clodio opposuit, vnde & contentiones, & conflictus vtrinque aliquot exorti sunt. Antequam hæc fierent, Clodius suorum consiliorum tanto facilius exequendorum causa, Catonem è medio remouere cupiens, atque vt Ptolemæum Cypri regem vlcisceretur, à quo, quum à piratis esset captus, redemptus non erat, insulam Cyprũ publicam pop. Rom. esse iussit, & ad eam [b] constituendam Catonem perinuitum quidem eum, amandauit. Hæc ita ad vrbem gesta.

Interim Cæsar, quum nullum in Gallia bellum, omnia quietissima inuenisset: tamen, ne in pace degendum esset, vt primum forte fortuna sese bellum obtulit, aliud ex eo tractum est: ita vt quod maxime in votis habuerat, omnia & bello con-

[a] eo male tibi vaticinantem.

[b] administrandam.

A δεινόν, πῶς δ' οὐκ αἰσχρόν, ἀποτμηθῆναί τινος τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐς τὴν ἀγορὰν τεθῆναι· κἂν οὕτω τύχῃ, καὶ ἄνδρα τινὰ αὐτῇ, καὶ γυναῖκα ἐνυβρίσαι; καί με μὴ ὡς φαῦλα σοὶ οἰωνιζόμενον μισήσῃς, ἀλλ' ὡς διοσημείας τινὰ προδεικνύντα φύλαξαι. μηδέ σε ἐξαπατάτω τοῦθ', ὅτι καὶ φίλους τινὰς τῶν δυνατῶν ἔχεις. οὐδὲν γάρ σε ὠφελήσουσιν οἱ δοκοῦντες φιλεῖν, πρὸς τοὺς ἐχθροὺς διακειμένους· ὥσπερ που καὶ πεπείρασαι. οἱ γὰρ δυναστείας ἐρῶντες, παρ' οὐδὲν πάντα τἄλλα πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν βούλονται, τίθενται·
B ἀλλὰ καὶ τοὺς φιλτάτους καὶ τοὺς συγγενεστάτους ἀντὶ τῶν ἐχθίστων αὐτίκα καταλλάσσονται. Κικέρων μὲν ταῦτα ἀκούσας, ῥαδίως πως ἐγένετο. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ πολὺ ἔφυγεν, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πομπηΐου τοῦ μάλιστα αὐτὸν ἐκβαλόντος κατήχθη. αἴτιον δὲ, ὅτι ὁ Κλώδιος τόν τε Τιγράνην τὸν νεώτερον ἐν δεσμοῖς ἔτι καὶ τότε παρὰ Λουκίῳ Φλαουΐῳ ὄντα, πεισθεὶς ὑπὸ χρημάτων, ἐξήρπασε καὶ ἀ-
C φῆκε. καὶ τὸν Πομπήϊον τόν τε Γαβίνιον, ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τούτῳ, περιύβρισε, τοῖς τε ἀμφ' αὐτοὺς οὖσι καὶ πληγὰς καὶ τραύματα ἔδωκε· καὶ τοῦ ὑπάτου τάς τε ῥάβδους συνέτριψε, καὶ τὴν οὐσίαν καθιέρωσεν. ὀργισθεὶς γὰρ διὰ ταῦθ' ὁ Πομπήϊος, ἄλλως τε καὶ † ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ, ἣν αὐτὸς τοῖς δημάρχοις ἀπεδεδώκει, κατ' αὐτοῦ ὁ Κλώδιος ἐκέχρητο, ἀνακαλέσασθαι τὸν Κικέρωνα ἠθέλησε, καὶ αὐτῷ τὴν κάθοδον εὐθὺς διὰ τοῦ † Νιννίου πράττειν ἤρξατο. καὶ ὃς ἐσήνεγκε μὲν ἐς τὸ βουλευτή-
D ριον τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ γνώμην, ἀπόντα τὸν Κλώδιον τηρήσας· ἀντιστάντος δὲ οἱ ἑτέρου τινὸς δημάρχου, ἐκείνην τε, ὡς καὶ τῷ πλήθει κοινώσων, ἐξέθηκε, καὶ τῷ Κλωδίῳ πρὸς πάντα καθάπαξ ἠναντιοῦτο. κἀκ τούτου καὶ φιλονεικίαι καὶ τραύματα ἀπ' αὐτῶν πολλὰ ἑκατέροις ἐγίγνετο. πρὶν δὲ ἢ εἰς τοῦτο ἀφικέσθαι, βουληθεὶς Κλώδιος τόν τε Κάτωνα ἐκ ποδῶν (ὅπως ῥᾷον ὅσα ἔπραττε κατορθώσῃ) ποιήσασθαι, καὶ τὸν Πτολεμαῖον τότε τὴν Κύπρον ἔχοντα ἀμύ-
E νασθαι, ὅτι αὐτὸν παρὰ τῶν καταποντιστῶν οὐκ ἐλύσατο, τήν τε νῆσον ἐδημοσίευσε, καὶ πρὸς τὴν διοίκησιν αὐτῆς τὸν Κάτωνα καὶ μάλα ἄκοντα ἀπέστειλε. ταῦτα μὲν ἐν τῇ πόλει ἐγίγνετο.

Καῖσαρ δὲ εὗρε μὲν οὐδὲν ἐν τῇ Γαλατίᾳ πολέμιον, ἀλλὰ ἀκριβῶς πάντα ἡσύχαζεν. οὐ μέντοι καὶ ἐν εἰρήνῃ διεγένετο, ἀλλὰ καὶ αὐτομάτου τὸ πρῶτον πολέμου τινὸς αὐτῷ συμβάντος, ἕτερος συνήχθη· ὥστ' αὐτὸν, ὥσπερ ἐς τὰ μάλιστα ἐπεθύμει, πάντα καὶ πολεμεῖ-

† ἐν τῇ ἐξουσίᾳ.

† Ἀννίου Xyl. vt Milo intelligatur.

πολεμῆσαι καὶ κατορθῶσαι. Ἐλουήττιοι γὰρ, πλήθει τε ἀκμάζοντες, καὶ χώραν οὐκ αὐτάρκη τῇ πολυανθρωπίᾳ σφῶν ἔχοντες, μέρος μὲν τι ἐκπέμψαι ἐς ἀποικίαν οὐκ ἠθέλησαν, μὴ καὶ † διασπασθέντες εὐεπιβουλευτότεροι τοῖς λυπηθεῖσί ποτε ὑπ' αὐτῶν γένωνται· πάντες δὲ δὴ ἀπανας-ῆναι βουληθέντες, ὡς καὶ ἐς ἑτέραν τινὰ καὶ πλείω καὶ βελτίω χώραν μετοικισθησόμενοι, τάς τε κώμας καὶ τὰς πόλεις σφῶν ἁπάσας ἔκαυσαν, ὥστε μηδένα μεταμέλον τῆς ἀναστάσεως ποιήσασθαι· καί τινας μὲν καὶ ἑτέρους τῶν αὐτῶν δεομένους προσλαβόντες, Ὀργετόριγος σφίσιν ἡγουμένου· † ἔχοντες τόν τε Ῥοδανὸν διαβῆναι, καὶ περὶ τὰς Ἄλπεις που κατοικισθῆναι. καὶ ἐπειδὴ ὁ Καῖσαρ τήν τε γέφυραν διέκοψε, καὶ τἆλλα, ὡς κωλύσων αὐτοὺς διαβῆναι, ἡτοιμάζετο, ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν, δίοδόν τε αἰτούμενοι, καὶ προσυπισχνούμενοι μηδὲν τὴν τῶν Ῥωμαίων γῆν κακώσειν. καίτοι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μήτε ἐπίστευεν αὐτοῖς, μήτε προχωρῆσαί ποι ἐπιτρέψειν ἔμελλεν, ἀλλ' ὅτι γε οὐδέπω καλῶς παρεσκεύαστο, βουλεύσασθαί τε ὑπὲρ ὧν ἠξίουν μετὰ τῶν ὑποστρατήγων ἔφη, καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἐν ῥητῇ τινι ἡμέρᾳ δώσειν. καί τι καὶ ἐλπίδος, ὡς καὶ ἐπιτρέψων σφίσι τὴν δίοδον, ὑπετείνατο. κἀν τούτῳ τὰ ἐπικαιριώτατα διετάφρευσε καὶ ἀπετείχισεν, ὥστ' ἄπορον αὐτοῖς τὴν ὁδὸν γενέσθαι. οἱ οὖν βάρβαροι χρόνον μέν τινα ἐπέσχον, ἔπειτ' ἐπειδὴ μηδὲν ἤκουσαν κατὰ τὸ συγκείμενον, ἄραντες, τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῶν Ἀλλοβρίγων ἐπορεύοντο ᾗπερ ὥρμηντο· ἔπειτ' ἐντυχόντες τοῖς κωλύμασιν, ἐς Σηκουανοὺς ἀπετράποντο· καὶ διά τε τούτων καὶ διὰ τῶν Αἰδούων ἐθελοντί σφισι τὴν δίοδον, ἐφ' ᾧ μηδὲν ἀδικηθῶσι, παρεχόντων, διιόντες, οὐκ ἐνέμειναν τοῖς ὁμολογουμένοις, ἀλλὰ τὴν χώραν αὐτῶν ἐλεηλάτουν. πέμψαντες οὖν οἵ τε Σηκουανοὶ καὶ οἱ Αἴδουοι πρὸς τὸν Καίσαρα, ἐπικουρίας τε παρ' αὐτοῦ ἤτουν, καὶ ἐδέοντο, τὸ μὴ σφᾶς περιιδεῖν ἀπολλυμένους. καὶ ἔλεγον μὲν οὐδὲν ὅμοια οἷς ἔπραξαν, ἔτυχον δ' οὖν ὧν ἠξίουν. ὁ γὰρ Καῖσαρ, φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπὶ τὴν Τολῶσαν οἱ Ἐλουήττιοι τράπωνται, εἵλετο μετ' ἐκείνων αὐτοὺς ἀμύνασθαι μᾶλλον, ἢ συμφρονήσασί σφισιν (ὅπερ εὔδηλον

† διασπασθέντες. Xyl. διασπαρέντες

† Steph. ἔχοντες γνώμην, rectius νοῦν ἔχοντες, vel ἐν νῷ ἔχοντες.

A conficeret, & victoriam obtineret. Nam Heluetii, quum magnopere excreuissent, ac pro multitudine hominũ parum sufficientem terram possiderent, partem quidem aliquam suorum alio in coloniam quandam dimittere consultum non putabant, ne à sese inuicem diuulsi, insidiis eorum, quos aliquando læserant, opportuniores fierent. Igitur postquam omnes domo sua exire statuerunt, ac in meliorem aliquam, atque ampliorem regionem transire, omnes suos vicos oppidaque incendunt, ne quis spem de reditu in patriam habere in posterum posset: ipsi, duce Orgetorige ascitis nonnullis aliis etiam populis, quos eædem B causæ ad mutandum solum compulerant, Rhodanum transire, regionemque aliquam ad Alpes sitam occupare instituunt. Cæsar ponte rescisso, alia etiam, quæ ad eorum transitu prohibendos facerent, parabat: ad eum Heluetii legatos mittunt, rogantes vt sibi eius voluntate liceret transire: promittentesque, se sine vllo maleficio per agrum Romanorum iter facturos. Quanquam minime ipsis fidem haberet Cæsar, neque concessurus erat, vt aliquo progrederentur: tamen quod nondum satis pa- C ratus erat, deliberaturum se cum suis legatis de eorum postulatis respondit: diemque ipsis constituit, qua responsum acciperent: nonnullam quoque eis spem obtinendi transitus, ostendit. Interim opportunissima quæque loca fossis ductis murisque communiit, vt iter ipsis obstrueret. Barbari, quum ad tempus expectassent, postquam nihil eorum de quibus conuenerat, præstari sibi audiunt, iter ingressi, primum per Allobro- D ges, eo quo instituerant, contenderunt: post, quum ad [a] munitiones peruenêre, in Sequanos conuersi sunt, per eos & Heduos, transitum ipsis, quod se ab omni maleficio temperaturos pollicerentur, haud inuite concedentes, iter facientes. Verum quum pactis non starent, sed eorum regionem popularentur, Sequani & Hædui legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium: petuntque, ne in cõspectu eius sibi pereundum sit. Et quã- E quam eorum oratio cum reipsa parum conueniret, tamen id, quod petebant, impetrauerunt. Cæsar enim veritus, ne ad Tolosam Heluetii proficiscerentur, statuit potius iunctis sibi Hæduis Sequanisque, eis resistere; quam, si cum Heluetiis ii conspirassent, (quod haud du-

[a] obstacula.

hic futurum erat) bellum aduersum omnes simul suscipere. Itaque Heluetios trāseuntes Ararim flumen adortus, nouissimos in ipso fluminis transitu concidit: qui vero progressi iam erant, eos repentina ac celerrima insecutione, cladeque suorum ita terruit, vt cum Cæsare agere de regione aliqua, quam ipsis assignaret, cuperent. Id tamen frustra fuit. quum enim obsides ab ipsis peterentur, indignati, non tam fidem sibi non haberi, quam quod obsides dare se indignum existimarent, pactionum nullam posthac rationem habuerunt: sed progressi vlterius, equitatum Cæsaris, qui a peditibus procul procurrerat, ac iam præter postremi agminis custodes prouectus erat, suo equitatu exceperunt, viceruntque. Eo prælio sublati Heluetii, Cæsaremque fugere (quia inferior discessisset, præsertimque quod ob penuriam commeatuum ad vrbem quādam, extra iter propositū sitam, se conuerterat) putantes, non iam ipsi procedere, sed eum insequi cœperunt. Cæsar eo animaduerso, hostium impetum & multitudinem veritus, peditatum in locum quendam editum subducit, equites autem primo loco exponit, qui cum hoste manus consererent: donec ipse ‡ castra loco idoneo collocasset. Heluetii, quum iterum equitatum Romanum reiecissent, iamque ad ipsum locum, quem editiorē occupatum à Cæsare diximus, animo ē contenderent: Cæsar repente cum suis in eos decurrit, & agmine ordinato hostes nullo ordine obuiam euntes superiori ex loco aggressus, leui certamine repulit. Quos quum fugientes Romani persequerentur, eos alii nonnulli Heluetii qui prælio, partim ob multitudinem, partim ob festinationem reliquorum, non interfuerant, a tergo repēte adorti sunt, perturbaruntq;. neq; tamen magnam rem vllā cōfecerunt: quia Cæsar equitib. insecutione fugientium mandata, cum armatis hostem aggressus fudit; & vtramque eorum partem vsque ad carros victor fugientem insecutus, ibi denuo fortiter sese defendentes superauit. Hac clade accepta, barbari in duas se partes disiunxerunt: quarū altera, conditionibus à Cæsare acceptis, in[a] domum suam, vnde profecti erant, regressi sunt, ibique vrbes suas restitutas incoluerunt: reliqui, arma tradere abnuentes, ad Rhenum, quo loco antiquitus habitassent, reuerti se posse rati, iter susceperunt. eos Romanorum socii, per quos iter faciebant, & paucos, & iam ante superatos, nullo negotio pessumdederunt. Eo modo Cæsar primum bellum patrauit.

‡ aciem

a in regionem suam.

ἂν ἐσόμενοι) πολεμῆσαι. προεπιστὰς οὖν διὰ ταῦτα τοῖς Ἐλουητίοις τὸν Ἄραρα διαβαίνουσι, τοὺς μὲν τελευταίους ἐπακολουθοῦντας, ἐν αὐτῷ τῷ πόρῳ διέφθειρε· τοὺς δὲ προκεχωρηκότας, ἐς τοσοῦτον ἔκ τε τοῦ αἰφνιδίου καὶ ἐκ τοῦ τάχους τῆς διώξεως, καὶ τῆς πισώσεως τῶν ἀπολωλότων, ἐξέπληξεν, ὥστε ἐς ὁμολογίαν ἐπὶ χώρᾳ τινὶ ἐθελῆσαι ἐλθεῖν. οὐ μέντοι καὶ συνέβησαν. ἐπειδὴ γὰρ ὁμήρους ᾐτήθησαν, ἠγανάκτησαν· οὐχ ὅτι ἠπιστοῦντο, ἀλλ' ὅτι ἀπηξίουν ὁμήρους τισὶ δοῦναι. καὶ τὴν μὲν σπονδὴν κατεφρόνησαν· προχωρήσαντες δὲ αὖθις, τήν τε ἵππον τοῦ Καίσαρος ἀπό τε τοῦ πεζοῦ πολὺ προδραμοῦσαν, καὶ τοὺς ὀπισθοφύλακας αὐτῶν παραλιποῦσαν, ὑπὸ τῆς αὐτῶν ἱππικῆς ἐνίκησαν. κἀκ τούτου αὐτοί τε φρόνημα λαβόντες, καὶ ἐκεῖνον φυγεῖν (διά τε τὸ ἐλαττωθῆναι, καὶ ὅτι ἀπανίσας τῶν ἐπιτηδείων πρὸς πόλιν τινὰ ἔξω τῆς ὁδοῦ οὖσαν ἐξετετράπετο) νομίσαντες, τοῦ τε πρόσω ἀφεῖντο, καὶ ἐπεδίωξαν αὐτόν. ἰδὼν οὖν τοῦτο ὁ Καῖσαρ, καὶ φοβηθεὶς τήν τε ὁρμὴν αὐτῶν καὶ τὸ πλῆθος, τὸ μὲν πεζὸν πρὸς μετέωρόν τι ὥρμησε, τοὺς δὲ ἱππέας προεβάλετο προαγωνίζεσθαι σφίσιν, ἕως ἐν ἐπιτηδείῳ παρατάξει. τρεψαμένων τε αὖθις αὐτοὺς ἐκείνων, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ὄρθιον θυμῷ φερομένων, ἐπικατέδραμε σφίσιν ἐξαίφνης, καὶ ἅτε συντεταγμένος ἀσυντάκτοις ἐξ ὑπερδεξίων οὐ χαλεπῶς ἀπεώσατο. τραπομένων δὲ τούτων, ἄλλοι τινὲς τῶν μὴ μαχομένων (ὑπό τε γὰρ τοῦ πλήθους, καὶ ὑπὸ τῆς σπουδῆς, οὐ πάντες ἅμα παρεγένοντο) προσέμιξαν ἐξαίφνης κατὰ νώτου τοῖς ἐπιδιώκουσι σφᾶς. καὶ ἐθορύβησαν μὲν αὐτούς, πλέον δὲ οὐδὲν ἔσχον. ὁ γὰρ Καῖσαρ τοῖς ἱππεῦσι τοὺς φεύγοντας προστάξας, αὐτὸς τῷ ὁπλιτικῷ πρὸς ἐκείνους ἐτράπετο, καὶ κρατήσας, πρός τε τὰς ἁμάξας ἀμφοτέρους σφίσι συγκαταφυγόντας ἐτρέψατο, κἀνταῦθα αὖθις ἰσχυρῶς ἐπ' αὐτῶν ἀμυνομένους σφᾶς ἐνίκησε. παθόντες δὲ ταῦτα οἱ βάρβαροι, δίχα διῃρέθησαν. οἱ μὲν γὰρ ὡμολόγησαν αὐτῷ, καὶ ἐς τε τὴν οἰκείαν, ὅθεν ἐξανέστησαν, ἐπανῆλθον, κἀνταῦθα τὰς πόλεις ἀνορθώσαντες ᾤκησαν· οἱ δὲ, οὐκ ἐθελήσαντες τὰ ὅπλα παραδοῦναι, πρὸς τὸν Ῥῆνον, ὡς καὶ ἐς τὴν ἀρχαίαν σφῶν γῆν ἐπανελθεῖν δυνάμενοι, ὥρμησαν· καὶ αὐτοὺς οἱ σύμμαχοι τῶν Ῥωμαίων, δι' ὧν διῄεσαν, ῥᾳδίως, ἅτε καὶ ὀλίγους καὶ νενικημένους, ἔφθειραν. οὕτω μὲν δὴ τὸν πρῶτον πόλεμον ὁ Καῖσαρ ἐπολέμησεν.

Hoc

Ἀρξάμενος δὲ ἐκεῖθεν, οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλ' αὐτός τε τὸ ἑαυτοῦ βούλημα ἅμα ἀπεπλήρωσε, καὶ τοῖς συμμάχοις ἐχαρίσατο. οἵ τε γὰρ Σηκουανοὶ καὶ οἱ Αἴδουοι, τήν τε ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἰδόντες, καὶ τὰ ἔργα ὁμολογοῦντα ταῖς ἐλπίσιν ἀγαθόμενοι, ἐκεῖνόν τι εὐεργεσίαν ἅμα καταθέσθαι, * * * καὶ τοὺς Κελτοὺς τοὺς ὁμοχώρους αὐτῶν τινὰ παρετετμημένο, καὶ ἑαυτοῖς ὑποτελεῖς ἐπεποίηντο, ὁμήρους σφῶν ἔχοντες· καὶ (ἐτύγχανον γὰρ δεόμενοι ὧν ὠρέγετο) ῥᾳδίως αὐτὸν ἀνέπεισαν ἐπικουρῆσαι σφίσιν. ἦρχε μὲν γὰρ Ἀριόουιστος τῶν Κελτῶν ἐκείνων, καὶ τήν τε κύρωσιν τῆς βασιλείας παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφει, καὶ ἐς τοὺς φίλους τούς τε συμμάχους αὐτῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ὑπατεύοντος ἐγέγραπτο. πρὸς δὲ δὴ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου δόξαν, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἰσχὺν, οὐδὲν τούτων ἐφρόντισε· πλὴν καθ' ὅσον παρὰ τοῦ βαρβάρου πρόφασιν τῆς διαφορᾶς, μὴ καὶ προϋπάρχειν τι ἐς αὐτὸν νομισθῇ, λαβεῖν ἠθέλησε. καὶ διὰ τοῦτο μετεπέμψατο αὐτὸν, ὡς καὶ διαλεχθῆναί τι αὐτῷ δεόμενος. ἐπειδή τε οὐχ ὑπήκουσεν, ἀλλὰ καὶ ἔφη ὅτι, Εἴ τι μοι βούλεται Καῖσαρ εἰπεῖν, αὐτὸς πρὸς ἐμὲ ἐλθέτω. οὔτε γὰρ ἄλλως καταδεέστερος αὐτοῦ εἰμι, † τὸν χρείαν τινὸς ἔχοντα, αὐτὸν πρὸς ἐκεῖνον ἀφικνεῖσθαι δεῖ. ὀργήν τε, ὡς καὶ πάντας τοὺς Ῥωμαίους προπεπηλακικότος αὐτοῦ, ἐν τούτῳ ἐποιήσατο, καὶ παραχρῆμα τούς τε ὁμήρους τῶν συμμάχων ἀπῄτησεν αὐτόν, καὶ προσαπηγόρευσεν αὐτῷ μήτε τῆς χώρας σφῶν ἐπιβαίνειν, μήτ' ἐπικουρίας οἴκοθεν ἐπάγεσθαι. ταῦτα δ' ἔπραξεν οὐχ ὅτι καὶ καταπλήξειν αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι ἐξοργιεῖν, κἀκ τούτου πρόφασιν τοῦ πολέμου καὶ μεγάλην καὶ εὐπρεπῆ λήψεσθαι ἤλπιζεν. ὅπερ ἐγένετο. ἀχθεσθεὶς γὰρ ὁ βάρβαρος τοῖς ἐπιτάγμασι, πολλὰ καὶ δεινὰ ἀπεκρίνατο, ὥστε τὸν Καίσαρα λόγους μὲν μηκέτ' αὐτῷ ἀντιπέμψαι, τὸν δὲ δὴ Οὐεσοντίωνα, τὴν τῶν Σηκουανῶν πόλιν, εὐθὺς, καὶ πρὶν* αἰσθέσθαι τινὰ, προκαταλαβεῖν. κἀν τούτῳ οἱ στρατιῶται, ἀγγελίας ἐλθούσης, ὅτι τε ὁ Ἀριόουιστος ἰσχυρῶς παρασκευάζεται, καὶ ὅτι καὶ ἕτεροι τῶν Κελτῶν πολλοὶ, οἱ μὲν διαβεβήκασιν ἤδη τὸν Ῥῆνον ὡς ἐπὶ βοήθειαν αὐτοῦ, οἱ δὲ ἐπ' αὐτῷ τῷ ποταμῷ συνειλέχαται, ὅπως ἐξαίφνης σφίσιν ἐπίθωνται, δεινῶς ἠθύμησαν. τά τε γὰρ μεγέθη αὐτῶν, καὶ τὸ πλῆθος, τό τε θράσος, καὶ τὰς ἀπ' αὐτοῦ προχείρους ἀπειλὰς ἐκπλαγέντες, οὕτω διετέθησαν ὡς μηδὲ πρὸς ἀνθρώπους τινάς, ἀλλὰ πρὸς θηρία ‡ ἄπορα καὶ ἄγρια προσοισόμενοι. καὶ ἐθρύλουν, ὅτι πόλεμον

† καὶ τὸν

* αἰσθέσθαι τινά

‡ ἄμαχα

A Hoc vero principio facto, nequaquam quieuit: sed & ipse suum institutum perfecit, & sociis gratificatus est † Sequani enim Hæduique, quum eius cupiditatem viderent, atq; res ipsas spei eius responderc, vt & ipsi beneficium offerrent. * * * partemque regionis aliquam [a] Germanis finitimis ademerant, eosque sibi stipendiarios, acceptis obsidibus, fecerant. [b] Facile autem obtinuerunt à Cæsare, vt auxilio ipsis veniret. Germanis illis B Ariouistus imperabat, cuius regnum Romani confirmauerant: ipsumque Cæsar in consulatu suo inter amicos sociosque Romanorum adscripserat.* Cæsar, quod Ariouistus bello clarus potensque haberetur, parui pendebat: id tantum agebat, vt ab eo occasionem dissidii acciperet, neque prior eum inuadere videretur. Itaque Ariouistum ad se vocat, habere se, de quibus cum eo communicaret, indicans. Ariouistus non obtemperauit: &, si quid si C bi vellet Cæsar dicere, ad se venire iussit: non tantum quia Cæsare ipse inferiorem se non diceret, sed etiam quia qui ab alio quid velit, ad eum venire par est. Quo responso commotus Cæsar, quod ad contumeliam nominis Romani spectare videbatur, confestim ab eo sociorum obsides poposcit: edixitque præterea, ne in eorum regionem ingrederetur, néve ex patria sua accerseret: neque id spe terrendi, sed irritandi Ariouisti faciebat: existimabatque se ita magnam atque dignam D belli ansam accepturum. Neque eum hæc spes fefellit. nam iniquissimo animo imperata hæc Ariouistus tulit, atque perquam ferociter respōdit. Igitur Cæsar per legatos minime respōdit, sed extemplo Vesontionem, vrbem Sequanorum, priusquam id quisquam sentiret, occupauit. Interim milites, quum nuntiatum esset, Ariouistum magno conatu se ad bellum parare, multitudoq; alia ‡ Germanorum ei auxilio venientium, partim iam Rhenum transiuisse, partim ad ipsum fluuium in insidiis consedisse diceretur, à E quibus repente inuaderentur, ingens tristitia occupauit. Ita enim eos magnitudo corporum, multitudoque, tum audacia, [c] minæq; hostiū ab ea profectæ terruerāt, vt sibi non cū hominibus, † sed immanibus ac sæuis belluis rem futuram putarent. Itaq; sermonem spargebant, bellum

† Sequani enim & Hedui, quum Cæsarem alacritatem perspexissent, & iacta spei sua respondere animaduerterent: simul & in ipsum conferre beneficium, & accolas suos Celtas vlcisci voluerũt. Illi in transgressu Rheno, quandam regionis partē ipsis ademerant, eosque sibi tributarios, acceptis.

a Celtis.

b Facile autē persuasere Cæsari, vt opem ipsis ferret: quod ea rogarent, qua ipse adpetebat. Celtis illis Ariouistus.

* Cæsar ob gloriam e bello potentiamque de Celtis hisce parandam nihili eos faciebat: id tantum agebat, vt à barbaro dissidii occasionem acciperet.

‡ Celtarum

c minæque prompta hostium.

† sed insatiabilibus ac feris.

à se susceptum esse neque iustum, neque decretum, ob ambitionem tantum Cæsaris: minitabanturque etiam, nisi is sententiam mutaturus esset, se eum deserturos. Ea re cognita Cæsar, vt eius gratia milites vniuersos compellaret, consilium non putauit. neque enim censebat commodum esse, huiusmodi orationem ad multitudinem habere, quæ ad hostes deinde enuntiaretur: verebaturque, ne dicto non audientes milites tumultuarentur, atque malam aliquam rem perpetrarēt. Igitur legatos suos, reliquosq; minores magistratus cōuocauit, atq; in hæc verba eos allocutus est.

Idem ego vos, amici, de propriis atque publicis rebus consiliū sequi debere, minime existimo. Neque enim idem est, quod quiuis pro se sequitur, cum eo, quod communiter omnibus propositum est. nam nos quidem ea quærere, quæ quammaxime commoda, tutissima vnicuiq; nostrûm sint, conuenit: populo autem, ea & suscipere, & agere, quæ ei sint optima. Ac quamuis tranquillus status ne priuatim quidem sine industria conseruari potest, tamen cui minimum sit negotiorum, is maxime tutus habetur. Ciuitas autem, præsertim si quem obtinet dominatum, hac ratione absque mora pessum iuerit. Quod non ab homine ita institutum, sed ab ipsa naturæ lege sancitum, ita semper se habuit, habetque adhuc, & habebit etiam, quandiu genus humanum durauerit. Hæc quum ita sint, minime conuenit aliquem vestrum in præsentia maiorem suæ voluptatis atque incolumitatis prouidentiam facere, quam quod vniuersis Romanis & decorum sit, & expediat. Existimare enim debetis, præter cætera, quæ par est à vobis expendi, hoc in primis, nos tot tantosque viros senatoriæ equestrisque dignitatis, qui magnam militum copiam sub nobis habemus, magnamque pecuniæ † vim, non ea de causa huc venisse, vt otio indulgeremus, aut neglectim viueremus: sed vt subditorum res recte constitueremus, facultates confœderatorum tutas præstaremus, vim iis facere conantes propulsaremus, res nostras augeremus. Etenim nisi hæ causæ nobis fuerunt, quid fuit, cur initio expeditionē faceremus, ac non potius domi apud nostras res maneremus? ac prēstiterat quidē, nunq̄ omnino suscipere bellū quā susceptū ° pdere. Quod si adsumus, alii ea necessitate huc cōpulsi, qua patriæ imperata

† Vim accepimus.

° à deserere.

Scipio neque legem vllam tulit, & ea quæ de censoribus erant à Clodio statuta, abrogauit; iisque pristinam potesta- C tem reddidit. quod quum in eorum gratiam factum videretur, tamen in contrariam partem vertit. Quum enim & in equestri, & in senatorio ordine, multi nullius pretii homines essent, quandiu censoribus nullum ex his neque accusatum, neque damnatum loco mouere permissum erat, vitio quoque ipsis dari non potuit, si homines improbi ignominia non notarentur. At postquam censores pristinam suam potentiã (qua priuatim quoque in vniuscuiusque vitam inquirendi, D meritosque infamia notandi ius habebant) recuperauerunt: neque offendere multos, neque in reprehensionem [aliorum] incurrere, [a] quasi immeritos sua dignitate despoliassent, volebant. Itaque nemo prudens vir censuram [b] petiit.

a *quasi non idoneos loco non mouerent,*
b *petiit. Et hæc quidem de censoribus fuere decreta. Cæterum*

Cæterum Cato, quanuis nullum alioquin ipse magistratum desiderabat, quia tamen Cæsarem Pompeiumque auctos supra, quàm è Republica esset, videbat: coniecturaq; colligebat fore, vt aut simul summam rerum inuaderent, aut inter se E dissidentes maximam seditionem excitarent, quique ex iis vicisset, solus rerum potiretur: statuit, potentiam eorum, antequam ad certamen deuenirent, destruere: idque vt efficere posset, quum priuatum se nihil obtenturum videret, consulatum petiit. Quia vero à Cæsaris Pompeiique fautoribus animaduertebatur, hoc eum moliri, consul factus non est:

Anno V.C. 703.

sed M. Marcellus & Sulpicius Rufus coss. creati sunt, alter ob legum peritiam, alter ob eloquentiam : idque eo magis, quod non largitionibus aut vi, sed demulcendis omnibus compellandisque eam dignitatem petierunt. Cato neque vllum demereri voluit, & in posterum petitione consulatus abstinuit; quod diceret, viri boni esse, administrationem reipublicæ, siqui ipso vti vellent, non subterfugere; neque tamen eam vltrà, quam conueniret, expetere. At Marcellus, qui Pompeii partes sequebatur, confestim omnia ad deprimendum Cæsarem agitabat: ac cum de aliis contra eum multis ad senatum referebat, tum vt ante legitimum tempus ei successor mitteretur. Marcello & Sulpicius & tribuni nonnulli resistebant: hi, quia Cæsari cupiebant: ille, tum hac ipsa de causa, tum quia plerisque non probabatur, imperium cuiquam abrogari, antequam eius tempus exisset, nullo eius extante delicto. Hæc vbi Pompeius cognouit, (qui Roma profectus erat, tanquam in Hispaniam cum exercitu iturus, necdum tamen Italia excesserat, sed legatis omni re Hispaniensi commissa, ipse iis quæ Romæ agerentur, intentus substiterat) simulauit sibi quoque non probari, vt imperio Cæsar despoliaretur. Hoc autem egit, vt Cæsar, simulatque tempus ei constitutum exiuisset, (id statim insequenti futurum erat anno) depositis armis, priuatus domum redire iuberetur. Id vt efficeret, C. Marcellũ† sobrinũ, siue (vtrumq; enim fertur) fratrẽ M. Marcelli, Cæsaris (quanquam cum eo ipsi affinitas intercedebat) inimicum, ad consulatum euexit : itemque C. Curionem, qui iampridem Cæsarem oderat, ad tribunatum promouit. Cæsar, alioquin difficulter passurus, vt ex tanto tamque diuturno imperio redigeretur ad priuatam vitam, quum præterea vereretur ne, eo facto, in inimicorum potestate esset futurus; ita se comparauit, vt vel inuitis illis imperium retineret. Itaque & nouos milites scripsit, & pecunias [a] confecit, vtque suum imperium omnibus quammaxime acceptum esset, curauit. Interea res vrbanas quoq; aliquo modo sibi constituendas putans, ita vt ne vi omnia, sed persuadendo etiam agere videri posset, cum Curione in gratiam redire statuit, qui ex [nobili] Curionum genere ortus, animo perspicaci, viquę dicendi præditus magna, atque ad persuadendam multitudinem peridoneus : idemque vt vel

† consobrinum,

a confecit, & arma parauit, vtq;

A ἀλλ' ὅ, τε Μάρκελλος ὁ Μάρκος, καὶ ὁ Ροῦφος ὁ Σουλπίκιος, ὁ μὲν, διὰ τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν, ὁ δὲ, διὰ τὴν τῶν λόγων δύναμιν, † ᾐρέθησαν· ἄλλως τε καὶ ὅτι αὐτοὶ μὲν † εἰ καὶ χρήμασιν, ἢ βιαίῳ τινὶ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ τε θεραπείᾳ καὶ τῇ παρακλήσει πολλῇ πρὸς πάντας ἐχρήσαντο. ὁ δὲ δὴ Κάτων οὐδένα αὐτῶν ἐθεράπευσε. καὶ ὁ μὲν οὐκέτ' αὖθις τῆς ἀρχῆς ἀντεποιήσατο, λέγων ἀγαθοῦ ἀνδρὸς εἶναι ἔργον, μήτ' ἀποδιδράσκειν τὴν προστασίαν τῶν κοινῶν, ἄν γέ τινες χρῆσθαι αὐτῷ ἐθελήσωσι, μήθ' ὑπὲρ τὸ προσῆκον αὐτῆς ἐφίεσθαι. Μάρκελλος δὲ πάντ' εὐθὺς ἐπὶ B τῇ τοῦ Καίσαρος καταλύσει (τῆς γὰρ τοῦ Πομπηίου μερίδος ἦν) ἔπραττε· καὶ ἄλλα τε ἐπ' αὐτῷ πολλὰ, καὶ ὥστε καὶ διάδοχόν οἱ ἤδη πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου πεμφθῆναι, ἐσηγήσατο. καὶ αὐτῷ ὅ, τε Σουλπίκιος καὶ τῶν δημάρχων τινὲς ἀντέπραξαν· οὗτοι μὲν, τῇ πρὸς τὸν Καίσαρα χάριτι· ἐκεῖνος δὲ αὖθις ἐκοινώσατο, καὶ ὅτι τοῖς πολλοῖς οὐκ ἤρεσκέ τινα μεταξὺ ἄρχοντα C μηδὲν ἠδικηκότα παυθῆναι. μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Πομπήιος (ἀπῆρε μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἄστεος ὡς καὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν στρατεύσων, οὐ μὴν οὐδὲ τότε ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐξεχώρησεν, ἀλλὰ τοῖς ὑποστρατήγοις πάντα τὰ ἐκεῖ προστάξας, αὐτὸς τῇ πόλει ἐφήδρευε) τὸ μὲν δὴ τὸν Καίσαρα τῆς ἡγεμονίας παραλυθῆναι, οὐδὲ ἑαυτῷ ἀρέσκειν ἐπλάττετο· ἔπραττε δὲ ὅπως ὅταν τὸν δεδομένον οἱ χρόνον διαπράξῃ (τοῦτο δ' οὐκ ἐς μακρὰν, ἀλλ' εὐ- D θὺς ἐν τῷ ὑστέρῳ ἔτει γενήσεσθαι ἔμελλε) τά τε ὅπλα κατάθηται, καὶ ἰδιωτεύσων οἴκαδε ἐπανέλθῃ. καὶ διὰ τοῦτο Γάιόν τε † Μάρκελλον, ἀνεψιόν, ἢ καὶ ἀδελφὸν (λέγεται γὰρ ἑκάτερον) ὑπατεῦσαι, ἐπειδὴ τῷ Καίσαρι, καίπερ ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων, ἐχθρὸς ἦν, καὶ τὸν Κουρίωνα τὸν Γάιον, διὰ ἔχθρας καὶ αὐτὸν ἐκ παλαιοῦ οἱ ὄντα, δημαρχῆσαι ἐποίησεν. ὁ οὖν Καῖσαρ μήτ' ἄλλως ὑπομένων ἐκ τε τηλικαύτης καὶ ἐκ χρονίου ἡγεμονίας ἰδιωτεῦσαι, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γένηται, παρεσκευά- E ζετο ὡς καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἐν τῇ ἀρχῇ ἐμμενῶν· καὶ στρατιώτας προσκατελέγετο, καὶ χρήματα ἤθροιζεν, ὅπλα τε ἐποίει, καὶ καθ' ἡδονὴν πᾶσιν ἦγετο. κἀν τούτῳ καὶ τὰ οἴκοι τρόπον τινὰ, τοῦ μὴ πάντη βίᾳ, ἀλλὰ καὶ πειθοῖ πράττειν δοκεῖν, προδιοικήσασθαι ἐθελήσας, ἔγνω συναλλαγῆναι τῷ Κουρίωνι. τοῦ τε γὰρ τῶν Κουριώνων γένους ἦν, καὶ τὴν γνώμην ὀξὺς, εἰπεῖν τε δεινὸς, τῷ τε πλήθει πιθανώτατος, καὶ χρημάτων ἐς τὰ πάντα ἁπλῶς, ἐξ ὧν ἢ αὐτός τι πλεο-

† Xyl. ἐρέθησαν.

† ὅτι χρήμασιν,

† Μάρκελλον, Μάρκου ἀνεψιόν,

πλεονεκτήσειν, ἢ καὶ ἑτέρῳ διαπράξειν ἤλπιζεν, ἀφειδέστατος ἦν· καὶ αὐτὸν πολλὰ ἐπελπίσας, πάντων τε τῶν ὀφλημάτων, συχνῶν διὰ τὸ πολλὰ δεδαπανῆσθαι ὄντων, ἀπαλλάξας, ἀνηρτήσατο. πρός τε γὰρ τὴν παροῦσαν ὧν ἔπραττε σπουδὴν, οὔτε [γὰρ] ἀργυρίου, ἅτε καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀργυρολογῶν, ἐφείδετο, καὶ προσυπισχνεῖτο πᾶσι παμπληθῆ, ὧν οὐδὲ πολλοστὸν μέρος δώσειν ἔμελλε. καὶ οὐ μόνον γε τοὺς ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ τοὺς δούλους τοὺς τι καὶ ὁπωσοῦν παρὰ τοῖς δεσπόταις σφῶν δυναμένους ἐθεράπευε· καὶ συχνοὶ αὐτῷ καὶ ἐκ τούτου καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν ὑπῆρξαν. ὁ δ' οὖν Κουρίων ἐφρόνησε μὲν τὰ τοῦ Καίσαρος, οὐ μέντοι καὶ παραχρῆμα φανερῶς αὐτὰ πράττειν ἤρξατο. πρόφασίν τε γὰρ εὐπρεπῆ τοῦ μὴ καὶ ἑκὼν, ἀλλ' ἀναγκασθεὶς δὴ μεθεστηκέναι δόξαι, ἐζήτει· καὶ ἐνόμιζεν, ὡς ἂν ἐπὶ πλεῖον τοῖς ἐχθίστοις αὐτοῦ, ὡς καὶ φίλος σφῶν, συγγένηται, καὶ πλείω καὶ μείζω τῶν ἀπορρήτων αὐτῶν μαθήσεσθαι. διὰ οὖν ταῦτα ἐπὶ μακρότατόν τε ἐπεκρύψατο, καὶ ὅπως μηδένα ὑποψίαν ὑπό του ἐσέλθῃ μεταβεβλῆσθαί τι, καὶ σὺν αὐτοῖς πρῶτος καὶ πάντα τὰ ἐναντία τῷ Καίσαρι καὶ τό τι ἔπραττε καὶ ἔλεγε, καὶ ἐδημηγόρει κατ' αὐτοῦ, ἀφ' οὗ γε καὶ δημαρχεῖν ἤρξατο, καὶ ἐσηγεῖτο πολλὰ καὶ ἄτοπα. καί τινα καὶ ἐπὶ τῇ βουλῇ,

| †Xyl. ταῦ

τοῖς τε δυνατωτάτοις σφῶν, οἵπερ που † καὶ τὰ τοῦ Πομπηίου μάλιστα ἔπραττον, ἔγραφεν· οὐχ ὅτι καὶ ἤθελεν, ἢ καὶ ἤλπιζέ τι αὐτῶν γενέσθαι, ἀλλ' ἵνα μὴ προσδεξαμένων, μήτε κατὰ τοῦ Καίσαρος τι ψηφισθείη, (πολλὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ὑπὸ πολλῶν ἐγράφετο) καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ μεταστῇ. συχνὸν οὖν ἐκ τούτου χρόνον ἄλλοτε ἄλλαις σκήψεσιν, ὥστε μηδὲν αὐτῶν κυρωθῆναι, κατατρίψας, ἀγανακτεῖν τε προσεποιεῖτο, καὶ ἠξίου μῆνα ἄλλον πρὸς τὰς [ἀπ'] αὐτῶν δὴ νομοθεσίας ἐπεμβληθῆναι. τοῦτο δὲ ἐγίγνετο μὲν ὁσάκις γε καὶ καθῆκον ἦν, οὐ μέντοι † καὶ ἐκεῖνο συνέβαινεν, ὥσπερ που καὶ αὐτὸς, ἅτε ποντίφιξ ὤν, ἠπίστατο. † ὅμως δ' οὖν, δεῖν τε τοῦτο γενέσθαι ἔλεγε, καὶ τοὺς συνιερέας ὅσον ἀπὸ βοῆς ἐξεβιάζετο· καὶ τέλος, μὴ δυνηθεὶς αὐτοὺς πεῖσαι συγκαταθέσθαι οἱ, (ὥσπερ οὐδὲ ἐβούλετο) οὐδ' ἄλλο τι διὰ τοῦτο ψηφισθῆναι ἐπέτρεψεν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ ἤδη τὰ τοῦ Καίσαρος δικαιοῦν, ἐπειδὴ μηδὲν κατ' αὐτοῦ ἔτι ἐδυνήθη ποιῆσαι, πάνθ' ὅ,τι ποτὲ ἀνεδέχετο οὐ δεχθῆναι

† Xyl. κατ' ἐκεῖνο
† ὅμως δ' οὖν δεῖν τι

A vel ipse primas in aliqua re obtineret, vel alios in simili causa iuuaret, nullis pecuniarum profusionibus pepercerat. Eum ad magnas spes erectum Cæsar, omnique ære alieno, quo ingenti ob magnam prodigalitatem obstrictus erat, liberatum sibi adiunxit. Nulli omnino pecuniæ impensæ, vt quod animo conceperat obtineret, Cæsar parcebat: quippe ex ea re confecta satis ad se argenti rediturum sciens. multisque plurima pollicebatur, quorum ne minimam quidem partem præstare cogitabat. Itaque non ingenuos tantum, sed seruos quoque, si

B quos aliquid apud dominos suos posse intelligebat, demerebatur: eoque modo plurimos equestris senatoriæque dignitatis viros sibi conciliabat. Curio, etsi Cæsaris iam rebus studebat, non tamen confestim id præ se tulit: occasionē quandam † probabilem quærens, vt non vltro, sed coactus ad eum transiuisse videretur. hoc quoque existimabat, quanto diutius Cæsaris inimicis, quorum ipse amicus habebatur, adesset; tanto se & plura & maiora eorum secreta posse per-

C discere. His de causis diutissime sua consilia texit: ac, ne quam de se suspicionem animi immutati præberet, [a] inter eos primas sibi tum quoque vindicauit, qui omnia contra Cæsarem & sentirent & dicerent: ac iam inde ab initio sui tribunatus concionabatur in eum, multasque iniquas rogationes ferebat, nonnullas etiam contra senatum, [b] potentissimosque, qui Pompeio maximè studebant: non quod aut vellet, aut putaret aliquā harum ratam futuram, [c] sed vt ipsis repudiatis, ne

D contra Cæsarem quidem decerneretur quicquam, (multa enim contra eum iam conscripta erant) ipseque hanc transeundi occasionem haberet. Ab eo tempore, quum multum temporis aliis atque aliis obtentis causis, ne quid horum omnium decerneretur, consumpsisset; indigne se id ferre simulans, petiit vt alius mensis ad eas leges tandem perferendas intercalaretur. Ea intercalatio vsurpabatur, quotiescunq; id res exigebat, tum ve-

E rò non competebat: quod Curionem ipsum, quippe pontificem, minime fugiebat: veruntamen opus esse intercalatione contendebat, [d] collegasq; pōtificii clamoribus exagitans, quum vt assentirentur sibi persuadere non posset, (ac ne volebat quidē) ne aliam quidem vllam rem quoq; decerni passus est: iamque aperte Cæsaris causam defendens, quod diu contra eum frustra cōtendisset, omnia ea, quæ appro-

† speciosam

[a] quasiq; nō inter primos omnia Cæsari contraria tunc quoque sentiret ac diceret, tam inde

[b] & in senatu potentissimos,

[c] sed vt ipsis nihil tale exspectantibus, neq; cōtra Cæsarē quicquam decerneretur. (multa enim

[d] collegasq; pontifices

batum iri nequaquam putabat, obtendit: idque præcipue voluit, vt aut omnes, qui in armis essent, iis positis, exercitus dimitterent: aut ne Cæsar quidem suis copiis nudatus, aduersariorum potentiæ obiiceretur. Id non eo animo pronuntiabat, quod vellet Cæsarem ab armis discedere: sed quod satis compertum habebat, Pompeium huic sententiæ non obtemperaturum: vnde Cæsar quoque non dimittendi exercitus [a] causam esset habiturus. Enimuero Pompeius, quum aliis rationib. nihil effecisset, apertè iam exasperatus, omnia palam contra Cæsarem & dixit & fecit: neque tamen obtinuit quicquam, defendentibus Cæsarem cum multis aliis, tum L. Paulo, qui Marcelli in consulatu collega erat, Lucióque Pisone Cæsaris socero, qui tum censuram gerebat. Erant eo tempore censores constituti, Appius Claudius atque Piso: inuitus quidem hic, quem affinitas Cæsari fauere iubebat. Appius Cæsari inimicus, ac Pompeio cupiens, præter animi sui sententiam Cæsari multum profuit. Multos enim equites, senatoresque quum notaret, inuito collega; effecit, vt hi omnes deinceps Cæsarianas partes sequerentur. Etenim Piso, quum alioquin quieti studeret, ac propter generi quoque amicitiã multos obseruaret, ipse notandum sibi neminem duxit: collegæ tamen, omnes libertinos, multos etiam nobilium, atque inter eos Crispum etiam Salustiũ, eum, qui historiã conscripsit, senatu eiicięti non repugnauit: Curionem tamen, cui iam eadem quoque fortuna impendebat, ipse cum Paulo, eius cognato, deprecando eripuit. Cæterum sententiam de Curione Appius ne sic quidem immutauit, sed eam publicè in senatu edidit. [b] Cuius facti indignitate [Paulus] commotus, vestem suam proscidit: Marcellus, arrepto Curione, sperans fore, vt odio cum ipsius tum Cæsaris, senatus graue quippiam in eum statueret, sententias rogauit de eo. Curio primo contendere cœpit, non esse de se sententias ferendas: mox cognito, multos ex senatoribus, qui tum aderant, partim omnino Cæsaris rebus studere, partim eum magnopere timere; vt de se cognosceret, senatui permisit: hoc præfatus, ita se sibi conscium, ea se egisse, quæ optima, atque ex vsu patriæ essent. Proinde vobis (inquit) corpus vitamq; meã dedo: de iis vt visum fuerit, ita statuite. Quũ Marcellus ita eum accu-

[a] causam hi pectam esset

[b] Cuius ille facti indignitate commotus

A προσίετο· καὶ μάλισθ', ὅτι πάντας τοὺς τὰ ὅπλα ἔχοντας, ταῦτά τε καταθέσθαι, καὶ τὰ στρατόπεδα διαλῦσαι χρῆν, ἢ μηδ' ἐκεῖνον ψιλώσαντας † αὐτὸν ταῖς δυνάμεσι ταῖς τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐκδοῦναι. ἔλεγε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι καὶ τὸν Καίσαρα ποιῆσαι αὐτὸ ἤθελεν, ἀλλ' ὅτι τὸν Πομπήιον εὖ ἠπίστατο μὴ πειθαρχήσοντα αὐτῷ. κἀκ τούτου καὶ ἐκείνῳ πρόφασις εὔλογος τοῦ μὴ διεῖναι τοὺς στρατιώτας ἐδίδοτο. ὁ οὖν Πομπήιος, ἐπεὶ μηδὲν ἄλλως πράττων ἤνυτε, πρός τε τὸ τραχὺ ἀπαρακαλύπτως ὥρμησε, καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς πάντα καὶ ἔλεγε καὶ B ἐποίει κατὰ τοῦ Καίσαρος. οὐ μέντοι καὶ κατέπραξέ τι. ἄλλοι τε γὰρ ἐκείνῳ πολλοί, καὶ Λούκιος Παῦλος ὁ τοῦ Μαρκέλλου συνάρχων, ὅ, τε Πίσων ὁ Λούκιος, πενθερὸς αὐτοῦ, τιμητὴς ὤν, συνηγωνίζοντο. καίτοι τιμηταὶ τὸν χρόνον τοῦτον ὅ, τε Κλαύδιος ὁ Ἄππιος καὶ ὁ Πίσων, καίτοι μὴ βουληθείς, ἐγένοντο. καὶ οὗτος μὲν διὰ τὴν συγγένειαν ὑπῆρχε τῷ Καίσαρι· ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ἠναντιοῦτο μὲν αὐτῷ, (τὰ γὰρ τοῦ Πομπηίου ᾑρεῖτο) οὐκ ἐλάχιστα δὲ καὶ ἄκων ὠφέλησε. πλείστους γὰρ καὶ τῶν ἱπ-C πέων καὶ τῶν βουλευτῶν διέγραψεν, ἐκβιασάμενος τὸν συνάρχοντα· κἀκ τούτου πάντας αὐτοὺς τὰ τοῦ Καίσαρος φρονεῖν ἐποίησεν. ὁ γὰρ Πίσων οὔτ' ἄλλως πρᾶγμα ἔχειν ἐθέλων, καὶ πρὸς τὴν τοῦ γαμβροῦ φιλίαν πολλοὺς θεραπεύων, αὐτὸς μὲν οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησεν, ἐκείνῳ δὲ οὐκ ἀντέπραξε, πάντας μὲν τοὺς ἐκ τῶν ἀπελευθέρων, συχνοὺς δὲ καὶ τῶν πάνυ γενναίων, ἄλλους τε καὶ τὸν Κρίσπον τὸν Σαλούστιον, τὸν τὴν ἱστορίαν συγγράψαντα, ἀπελάσαντι ἐκ τοῦ συνεδρίου. τὸν μέντοι Κουρίωνα, μελλήσαντα καὶ αὐτὸν ἀπαλειφθήσεσθαι, D ἐξῃτήσατο μετὰ τοῦ Παύλου, οὗπερ συγγενὴς ἦν. καὶ ὃς οὐ διήλλαξε μὲν αὐτὸν διὰ τοῦτο, τὴν μέντοι γνώμην ἣν περὶ αὐτοῦ εἶχεν, ἐδημοσίευσεν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ· ὥστε ἐκεῖνον ἀγανακτήσαντα τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιρρῆξαι. παραλαβὼν οὖν τοῦτον ὁ Μάρκελλος, καὶ νομίσας ἐπί τε τῷ Κουρίωνι καὶ δι' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῷ Καίσαρι δεινόν τι τὴν γερουσίαν ψηφιεῖσθαι, γνώμας περὶ αὐτοῦ προέθηκεν. ὁ οὖν Κουρίων τὸ μὲν πρῶτον ἠναντιοῦτο, μηδεμίαν περὶ αὐτοῦ γνώμην δοθῆναι· γνοὺς δὲ τὸ πολὺ τῶν βουλευ-E τῶν τῶν τότε παρόντων, τοὺς μὲν καὶ φρονοῦντας ὄντως τὰ τοῦ Καίσαρος, τοὺς δὲ πάνυ αὐτὸν δεδιότας, ἐπέτρεψέ σφισι διαγνῶναι, τοσοῦτον ὑπειπών, ὅτι, " Σύνοιδα μὲν ἐμαυτῷ τά τε ἄριστα καὶ τὰ συμφέροντα τῇ πατρίδι πράττοντι, ὑμῖν μέντοι τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν παραδίδωμι χρήσασθαι ὅ, τι βούλεσθε. κατηγορήσας οὖν αὐτοῦ ὁ Μάρκελλος, ὡς καὶ πάντως ἀ-

† αὐτῷ,

τοὺς ἀλωσομένου, ἔπειτ' ἐπειδὴ πρὸς τῶν πλειόνων ἀφείθη, δεινόν τε ἐποιήσατο, καὶ ἐκπηδήσας ἐκ τοῦ συνεδρίου, πρὸς τὸν Πομπήιον ἐν τῷ προαστείῳ ὄντα ἦλθε· καὶ τήν τε φυλακὴν αὐτῷ τῆς πόλεως, καὶ δύο στρατόπεδα πολιτικὰ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, μηδενὸς ἐψηφισμένου ἔδωκεν. οἱ δὲ δὴ στρατιῶται οὗτοι ὧδέ τε καὶ † ἐπὶ τῷ συνειλεγμένοι, καὶ παρόντες τότε ἦσαν. ὁ Πομπήιος πρότερον μὲν, ἕως ἔτι τὸν Καίσαρα διὰ φιλίας εἶχε, στράτευμα ἓν τῶν ἐκ τοῦ καταλόγου † αὐτῶν στρατευομένων δεδώκει· οὔτε γὰρ αὐτὸς πόλεμόν τινα διεχείριζε, καὶ ἐκείνῳ χρεία στρατιωτῶν ἐγίγνετο. ἐπεὶ δὲ διηνέχθησαν, ἐθελήσας τοῦτό τε ἀπολαβεῖν παρ' αὐτοῦ, καὶ ἔτι καὶ ἄλλο αὐτὸν προσαφελέσθαι, ἐλογοποίησεν ὡς τοῦ Βιβούλου στρατιωτῶν πρὸς τοὺς Πάρθους δεομένου· καὶ ἵνα γε μὴ καινοὶ δή τινες καταλεγῶσι, (τό, τε γὰρ πρᾶγμα κατεπείγειν, καὶ περιουσίαν σφίσι στρατοπέδων εἶναι ἔλεγε) ψηφισθῆναι ἐποίησεν, ὥστε ἑκατέρους σφῶν, ἑαυτόν τε καὶ τὸν Καίσαρα, δεῖν αὐτῷ πέμψαι. κἀκ τούτου τῶν μὲν συστρατευομένων οἱ οὐδένα ἀπέστειλε. τὸ δὲ δὴ στράτευμα ἐκεῖνο, ὅπερ τῷ Καίσαρι ἐδεδώκει, ἐκέλευσε τοῖς ἐπὶ τοῦτο ταχθεῖσιν αἰτῆσαι. καὶ οὕτω τῷ μὲν λόγῳ, ἀμφότεροι, τὸ δὲ ἀληθὲς, ὁ Καῖσαρ μόνος τὰ δύο ἔπεμψεν. ᾔδει μὲν γὰρ τὸ γιγνόμενον, ἐπεθάρχησε δὲ, μὴ βουληθεὶς αἰτίαν ὡς καὶ ἀνηκουστηκὼς λαβεῖν· ἄλλως τε καὶ μέλλων ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ πολλῷ πλείους στρατιώτας αὐτίκα καταλέξειν. ταῦτα οὖν τὰ στρατόπεδα παρεσκευάσθη μὲν, ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς Πάρθους πεμφθησόμενα· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν αὐτῶν ἐδέησεν, (οὐδὲ γὰρ χρεία σφῶν ἦν) ὁ Μάρκελλος, πρότερον μὲν φοβηθεὶς μὴ τῷ Καίσαρι ἀποδοθῇ, ἐν τῇ Ἰταλίᾳ δεῖν εἶναι ἔλεγε· τότε δὲ τῷ Πομπηίῳ, ὥσπερ εἶπον, ἐνεχείρισε, καὶ (ἦν γὰρ ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους τὰ γιγνόμενα, καὶ ἔμελλεν οὐκ ἐπὶ πολὺ, ἅτε μήτε τῇ βουλῇ μήτε τῷ δήμῳ δόξαντα, ἰσχύσειν) † ἠπείγετο πρὸς τὸν Πομπήιον, Κορνήλιόν τε Λέντουλον, καὶ Γάιον Κλαύδιον, τοὺς τῷ ὑστέρῳ ἔτει ὑπατεύσειν μέλλοντας· καὶ ἐποίησε καὶ ἐκείνους τὰ αὐτὰ προστάξαι. ἐπειδὴ γὰρ καὶ γράμματα τοῖς ἀποδεδειγμένοις ἐς τὰς ἀρχὰς ἐκτίθενται, καὶ ἄλλα τινὰ τῶν τῇ ἡγεμονίᾳ σφῶν προσηκόντων, καὶ πρὶν ἐνίστασθαι αὐτὴν, πράττειν ἔτι καὶ τότε ἐξῆν, καὶ τούτου † κύριοι ἐνόμιζον εἶναι. καὶ ὁ Πομπήιος, καίπερ ἐς πάντα τἆλλα ἀκριβὴς ὢν, ὅμως οὐδὲν διὰ † τὴν στρατιωτῶν χρείαν ἐπολυπραγμόνησεν, οὔτε ἀφ' ὧν, οὔθ' ὅπως αὐτοὺς λαμβάνοι, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀσμένως αὐτοὺς ἐδέξατο. οὐ μέντοι καὶ ἐπράχθη τι ὅ τι ἄν τις ἐπὶ τηλικούτῳ τολμήματι γενήσεσθαι προσεδόκησεν· ἀλλὰ τῆς ἔχθρας μόνον τῆς πρὸς τὸν Καίσαρα ἐν-

† ἐπὶ τῷδε
† αὐτῷ
† εἰσήγετο
† κυρίους ἐνόμιζον
† τὴν τῶν

A sasset, vt damnatum iri nihil dubitaret; postquam pluribus sententiis absolutum vidit, rem indignam iudicans, senatu exiluit: & ad Pompeium in suburbium procurrens, eiq; ipse per se, nullo facto decreto, custodiam vrbis mandauit, vtq; † duas vrbanas legiones haberet. Aderāt iā tum milites isti, † incerti cuiusdā negotii causa collecti. [ea res sic habebat.] Pompeius, quum adhuc amicitiam cum Cæsare seruaret, vnam ei legionem ex suis vtendam dederat, quū is militibus indigeret, ac Pōpeius nullum bellum gereret. B Postquam inter se dissidere, Pompeius vt & suam legionem repeteret, & aliam insuper Cæsari adimeret, Bibulo in Parthos militibus opus esse commentus est: ac ne noui delectus haberentur, quod & celeritatē requiri in hac re, & magnam esse copiā exercituum dicebat; effecit, vt decretū fieret, quod iuberet ab vtroq; Pompeio & Cæsare, singulas legiones Bibulo mitti. Pompeius ex iis, quas tum secū habebat, legionibus nullam dedit: sed qui huic negotio erant præfecti, eos iussit legionem, quam Cæsari ipse dederat, à Cæsare petere. C Ita quum vterq; videretur vnam legionem suppeditare, re ipsa Cæsar ambas p̄buit. Quod tametsi Cęsar intellexerat, tamen ne locū crimini daret, quasi non obtemperasset imperatis, paruit: præsertim q̄ hac occasione futurū videbat, vt multo maiorem militum numerum contra deligeret. Hæ igitur duæ legiones, vt in Parthos mittendæ, adornabantur: quū verò nullus eorum ad id bellum vsus esset, veritus iam ante Marcellus, ne Cæsari redderentur, in Italia retineri iussit: tunc aūt D Pompeio (quemadmodum dixi) eas tribuit. Et quia hæc exitu anni agebantur, futurumque videbat Marcellus, vt non diu rata haberentur, quum neque senatus, neque populus iussisset; Cornelium Lentulum, Caiumque Claudium coss. designatos secum ad Pompeium perduxit, iique vt eadem mandarent, effecit. [a] Quia enim literæ designatis consulibus traduntur, atque alia quædam ad magistratum eorum pertinentia, antequā eum ineant, agere licet, huius quoque rei potestatem habere videbantur. E Pompeius, homo in omnib. aliis rebus [b] diligens, legiones animo libenti accepit; nihil neq; à quibus, neq; qua ratione ex offerrentur, solicitus. Nihil tamen, quale quis tam audaci ex facto expectasset, subsecutum est: sed inimicitia tantum in Cæsarē ma-

† duas ciuium legiones

† hoc modo, & hac de causa collecti. Pompeius

a Quia enim & mandata designatis à magistratib. proponebantur, & eisdē alia quoq; nonnulla ipsorum ad imperiū pertinentia, prius quam id inirēt, peragere licebat: etiam hoc in ipsorum potestate positum existimabat.

b accurata diligentia, tamen nec visum militū curiose ad animum reuocauit, nec à quibus, nec quomodo eos acceperet, sed oblatos perlubēter admisit.

nifestatâ, ipsi vim præterea nullam parauerunt: Cæsari autem non absurdum prætextum retinendarum suarum legionum obtulerunt. Etenim Curio, quum multus apud populum in consulibus, ac Pompeio accusandis fuisset, [a] postquam satis sibi id fecisse arbitratus est, rectè ad Cæsarem contendit.

[a] magistratu perfuncto, recta

A διεξάρμενοι, αὐτοὶ μὲν οὐδὲν ἄλλο ἰσχυρὸν παρεσκευάσαντο, ἐκείνῳ δὲ καὶ ἐκ τούτου πρόφασιν εὔλογον ἐς τὸ τὰ στρατόπεδα τὰ συνόντα οἱ κατέχειν παρέσχον. ὁ γὰρ Κουρίων ἐπί τε τούτοις πολλὴν ἐν τῷ πλήθει κατηγορίαν κατά τε τῶν ὑπάτων καὶ κατὰ τοῦ Πομπηίου ἐποιήσατο· καὶ ἐπειδὴ διῆρξε, πρὸς τὸν Καίσαρα εὐθὺς ἀφωρμήθη.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBER QVADRAGESIMUSPRIMUS.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ τὸ τεσσαρακοστὸν πρῶτον βιβλίον.

HÆC INSVNT LIBRO XL. Romanæ historiæ Dionis.

Quomodo Cæsar in Italiam venerit, vtque Pompeius ea relicta in Macedoniam traiecerit.

Vt Cæsar Hispaniam subegerit.

Vt in Macedoniam aduersum Pompeium traiecerit.

Conflictus Cæsaris cum Pompeio apud Dyrrhachium.

Quomodo Pompeium Cæsar ad Pharsalum vicerit.

ΤΑ'ΔΕ Ε'ΝΕΣΤΙΝ Ε'Ν ΤΩ͂ τεσσαρακοστῷ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς Καῖσαρ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἦλθε· καὶ Πομπήϊος ἐκλιπὼν αὐτὴν, ἐς Μακεδονίαν διέπλευσεν.

Ὡς Καῖσαρ Ἰβηρίαν παρεστήσατο.

Ὡς Καῖσαρ ἐς Μακεδονίαν ἐπὶ Πομπήϊον διέπλευσεν.

Ὡς Καῖσαρ καὶ Πομπήϊος περὶ Δυρράχιον ἐπολέμησαν.

Ὡς Καῖσαρ Πομπήϊον περὶ Φάρσαλον ἐνίκησεν.

ΧΡΟ'ΝΟΥ ΠΛΗ͂ΘΟΣ, Ε'ΤΗ Β', Ε'Ν ΟἿΣ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Λ. Κορνήλιος Π. υἱ. Λέντουλος, καὶ Γ. Κλ. Μ. υἱ. Μάρκελλος.
Γ. Ἰούλιος Γ. υἱ. Καῖσαρ, τὸ β, καὶ Π. Σερουΐλιος Π. υἱ. Ισαυρικός.

TEMPORIS SPATIVM, ANNI DVO, *in quibus hi consules recensentur.*

ANNO V. C.
705. L. Cornelius P.F. Lentulus, & C. Claudius M.F. Marcellus.
706. C. Iulius C. F. Cæsar, II. & P. Seruilius P.F. Isauricus.

SECVNDVM [b] hęc Curio literis à Cæsare ad senatum acceptis Romam venit, ad ipsas Kalendas, quib. Cornelius Lentulus & C. Claudius cōsulatum inibant. Eas ne foris acceptas supprimerent consules, non ante ipsis exhibuit, quam in senatum ventum est. Nihilominus [c] diu cunctatos, demum Q. Cassius Longinus, & M. Antonius, tribuniplebis, vt publice recitarent eas, adegerũt.

[b] At tunc quidem hic actis, deinceps Curio litteras

ANNO V. C. 705.

[c] diu cunctatos, quod eas legere nollent, demum

E Ὅτε μὲν δὴ ταῦτ' ἔπραξε· μετὰ δὲ τοῦτο γράμματα παρὰ τοῦ Καίσαρος πρὸς τὴν βουλὴν λαβών, ἦλθέ τε ἐς τὴν Ῥώμην ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ ἐν ᾗ ὅ, τε Λέντουλος ὁ Κορνήλιος καὶ ὁ Κλαύδιος ὁ Γάιος τὴν ἀρχὴν ἐνεστήσαντο· καὶ οὐ πρότερον τοῖς ὑπάτοις αὐτὰ ἀπέδωκε, πρὶν ἐς τὸ συνέδριον σφᾶς ἀφικέσθαι· μὴ καὶ ἔξω που λαβόντες αὐτὰ ἀποκρύψωνται. ἐπὶ πολὺ μὲν γὰρ καὶ ὡς ἐπέσχον, οὐκ ἐθελήσαντες σφᾶς ἀναλέξασθαι· τέλος δὲ ὑπό τε Κυΐντου Κασσίου Λογγίνου καὶ ὑπὸ Μάρκου Ἀντωνίου δημαρχούντων ἠναγκάσθησαν αὐτὰ δημοσιεῦσαι.

Αἰτώ-

Ἀντώνιος μὲν οὖν ἐν τούτῳ τότε τὸν Καίσαρα εὐεργετήσας, ἀντιλήψεσθαί τε πολλά, καὶ ἐπὶ μεγάλων καὶ αὐτὸς αἰωρηθήσεσθαι ἔμελλεν. ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ τά τε ἄλλα, ὅσα ποτὲ καλῶς τὸ κοινὸν ὁ Καῖσαρ ἐπεποιήκει, ἐνεγέγραπτο, καὶ ἀπολογισμὸς ὑπὲρ ὧν ᾐτιάζετο. καταλύσειν τε τὰ στρατόπεδα, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκστήσεσθαι ὑπισχνεῖτο, ἂν καὶ ὁ Πομπήιος τὰ αὐτά οἱ ποιήσῃ. ἐκείνου γὰρ τὰ ὅπλα ἔχοντος, οὐδὲ ἑαυτὸν δίκαιον εἶναι ἀναγκασθῆναι αὐτὰ ἀφεῖναι ἔλεγεν, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐκδοθῇ. διαψηφίσεως δὲ ἐπὶ τούτοις οὐ κατ᾽ ἄνδρα, (μὴ καὶ δι᾽ αἰδῶ ἢ καὶ φόβον τινὰ παρὰ τὰ δοκοῦντα σφίσιν ἀποφήνωνται) ἀλλ᾽ ἐπὶ τάδε καὶ ἐπ᾽ ἐκεῖνα τοῦ βουλευτηρίου μεθισταμένων γενομένης, τὸν μὲν Πομπήιον οὐδεὶς ἀπαλλαγῆναι ἐκ τῶν ὅπλων ἐψηφίσατο (ἐν γὰρ τῷ προαστείῳ τὰς δυνάμεις εἶχε) τὸν δὲ δὴ Καίσαρα πάντες, πλὴν Μάρκου τέ τινος Καιλίου, καὶ τοῦ Κουρίωνος τοῦ τὰ γράμματα αὐτοῦ κομίσαντος. περὶ γὰρ τῶν δημάρχων οὐδὲν λέγω, ὅτι μήτε ἐν ἀνάγκῃ τινὶ μεταστῆναι ἐποιήσαντο, ἅτε καὶ ἐξουσίαν ἔχοντες, εἴτε ἐβούλοντο τινὰ γνώμην συμβαλέσθαι, εἴτε καὶ μή. ἔδοξε μὲν οὖν ταῦτα. οὐ μὴν καὶ κυρωθῆναί τι αὐτῶν οὔτε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὔτε ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ὅ, τε Ἀντώνιος καὶ ὁ Λογγῖνος ἐπέτρεψαν. ἀγανακτησάντων δὲ ἐπὶ τούτῳ τῶν ἄλλων, καὶ ψηφισαμένων τὴν ἐσθῆτα ἀλλάξασθαι, κῦρος μὲν οὐδὲ τοῦθ᾽ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἔλαβεν, ἡ μέντοι γνώμη συνεγράφη, καὶ τὸ ἔργον τὸ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐγένετο. πάντες γὰρ παραχρῆμα ἐξελθόντες ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ τὴν στολὴν μεταβαλόντες, ἐσῆλθον αὖθις, καὶ περὶ τιμωρίας αὐτῶν ἐβουλεύοντο. ἰδόντες δὲ τοῦτ᾽ ἐκεῖνοι, τὰ μὲν πρῶτα ἀντέπραττον, ἔπειτα δὲ φοβηθέντες, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ὁ Λέντουλος ὑπεξελθεῖν σφίσι, πρὶν τὰς ψήφους διενεχθῆναι, παρῄνεσεν, εἶπόν τε πολλὰ καὶ ἐμαρτύραντο. κἀκ τούτου μετὰ τοῦ Κουρίωνος καὶ μετὰ τοῦ Καιλίου ἀπῆραν πρὸς τὸν Καίσαρα, βραχὺ φροντίσαντες ὅτι ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ διεγράφησαν. τότε μὲν οὖν ταῦτ᾽ ἐγνώσθη· καὶ τοῖς ὑπάτοις ταῖς τε ἄλλαις ἀρχαῖς ἡ φυλακὴ τῆς πόλεως (ὥσπερ που εἰώθει γίγνεσθαι) ἐπετράπη. ὕστερον δὲ ἔξω τοῦ πωμηρίου πρὸς αὐτὸν τὸν Πομπήιον ἐλθόντες, ταραχήν τε εἶναι ἔγνωσαν· καὶ ἐκείνῳ μὲν καὶ τὰ χρήματα καὶ στρατιώτας ἔδωκαν. τὸν δὲ δὴ Καίσαρα τήν τε ἀρχὴν τοῖς διαδόχοις παραδοῦναι, καὶ τὰ στρατεύματα ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας ἀφεῖναι, ἢ πολέμιον, ὡς καὶ τἀναντία τῇ πατρίδι ποιοῦντα, εἶναι ἐψηφίσαντο.

A Antonius quidem pro beneficio hoc, quod tum Cæsari præstabat, postea temporis ab ipso magnam gratiam reportauit, & ad summam dignitatem euectus est. In literis Cæsaris cum enumeratio meritorum eius in rempublicam inerat, tum purgatio eorum, quæ obiiciebantur, criminum: promittebatque se exercitus dimissurum, à magistratuque decessurum, si quidem Pompeius idem fecisset. qui dum in armis esset, iniquum fore, se cogi, vt ea deponeret: quippe B qui sic hostibus traderetur. Quum sententiæ essent ferendæ, eæ non a singulis pronuntiatæ sunt: [metuebant enim] ne quis verecundia timoreve compulsus secus, quam sentiret, diceret: sed in diuersas curiæ partes discessum est: ibi qui Pompeium (is tum in suburbanis cum exercitu erat) ab armis iuberet discedere, repertus est nemo: Cæsarem vero vniuersi, præter M. quendam Cæcilium & Curionem, eum, qui literas attulerat. De tribunis enim plebis nihil dico, C [a] quod non vel vi intercesserunt: quippe eam potestatem obtinent, siue quid ita tuere velint, siue infirmare. His ita decretis, tamen per Longinum Antoniumque effectum est, vt neque ea die, neque postridie eius diei quicquam ratum esse iuberetur. Id reliquis indigne ferentibus, [b] lugubremque vestem sumentibus, quum ne sic quidem ratum fieret decretum, tamen ea sententia perscripta est. Confestim ad rem ipsam inde peruentum, quique eius decreti autores fue- D rant, statim curia egressi, mutataque veste reuersi, de suppliciis eorum, qui sese opposuerant, deliberauere. Qui quum re percepta, primo restitissent, post territi, cum aliis de causis, tum quod Lentulus suasisset, vt vrbe exirent priusquam sententiæ perferrentur, multis verbis factis, [c] obtestatique, cum Curione ac Cæcilio ad Cæsarem abiere: non iam magni pendentes, [d] quod essent ex senatorum albo sublati. Secundum hoc decretum, consulibus porro, reliquisque ma- E gistratibus, vrbis custodia de more mandata est: deinde extra pomerium ad ipsum Pompeium progressi, tumultum esse eam rem, quæ tum agebatur, censuerunt; ipsiq; pecunias & milites tribuerunt. Decreuerunt præterea, vti Cæsar imperium successoribus traderet, & ante certam diem exercitus dimitteret: si non fecisset, hostem habendum, [e] ac contra patriam egisse iudicandum.

a quod ii se cogi non sinerent ad huiusmodi discessionem: quippe qui pro arbitrio suo vel approbandi, vel improbandi alicuius decreti potestatem haberent. His igitur ita statutis, tamen.

b & decernentibus, vt vestem mutarent: quumque per eosdem staret, quo minus id quoque ratum esset, tamen

c ac protestatione interposita,

d quod senatu moti fuissent.

e contra rempublicam

Cæsar, quum hæc cognouisset, Ariminum perrexit, tunc primum suæ prouinciæ fines egressus: ibi conductis in vnum locum militibus, Curionem, quique cum eo aduenerant, iussit coram illis, quæ acta essent, narrare. Quo facto, ipse insuper quæ præsens negotium requirebat, adiiciens; adhuc magis suorum animos accendit: motisque castris recta Romam versus exercitum duxit, receptis citra pugnam omnibus, in quæ in itinere incidebat, oppidis; præsidiis, aliis, quod hosti imparia essent, diffugientibus, aliis Cæsari sese coniungentibus. Ea percepta Pompeio terrorem incusserūt, iuxta omnia, quæ animo Cæsar agitarat, ex Labieno discenti. Is enim à Cæsare perfugerat, omniaque eius arcana Pompeio enuntiabat. Mirum videri alicui possit, quid Labieno in mentem venerit, vt à Cæsare deficeret; à quo in summo semper honore habitus, omnibusq́ue, quæ erant trans Alpes copiis ab eo, dum in Italia ipse moraretur, præfectus fuerat: sed in causa fuit, quod Labienus ipse, quum esset diuitiis ac gloria auctus, maiori cum fastu, quam pro imperio, sese gerebat: eumque Cæsar [a] sibi exæquari videns, minus iam diligebat. Eam mutationem voluntatis Cæsaris Labienus non ferens, simulque sibi metuens, defectionem fecerat. Pompeius iis, quæ de Cæsare perceperat, adductus; præterea, quod haud pœnitendam manum ille iam coegisset: adhæc qui in vrbe erant, eosque in primis, qui partibus studebant, memoria Marii Syllæque facinorum territos, bellum reformidare, cupereque ab eo citra periculum liberari videns; sententia mutata, legatos ad Cæsarem, L. Cæsarem eius agnatum, & L. Roscium prætorem, qui vltro eam prouinciam ceperant, mittit; si quà eius impetum effugiens, mediocribus conditionibus pacem componere posset. Quum Cæsar eadem, quæ prius per literas significauerat, respondisset; ac præterea, velle seipsum cum Pompeio colloqui; etsi plerisq; hoc minime acceptum erat, quod timerent, ne contra se aliquid illi componerent: tamen posteaquam legati multas laudes Cæsaris retulerunt, idque adeo, fore, vt nemo quisquam ab eo vllam acciperet iniuriam; vtique exercitus statim dimitterentur, polliciti sunt: permulsi iis promissis, eosdem legatos ad Cæsarem remiserunt: magnaque semper & vbiq; locorum ab iis voce postulauerunt, efficerent, vt vterque simul ab armis discederet.

[a] sibi exæquantem se videns.

A Πυθόμενος οὖν ταῦτ' ἐκεῖνος ἔς τε Ἀρίμινον ἦλθεν, ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς τότε πρῶτον προχωρήσας· καὶ συναγαγὼν τοὺς στρατιώτας, ἐκέλευσε τόν τε Κουρίωνα καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐλθόντας, σφίσι τὰ πραχθέντα διηγήσασθαι. γενομένου δὲ τούτου, προσπαρώξυνεν αὐτοὺς, ἐπειπὼν ὅσα ὁ καιρὸς ἀπῄτει. καὶ μετὰ τοῦτο ἄρας, ἐπ' αὐτὴν ἄντικρυς τὴν Ῥώμην ἤλασε, πάσας τὰς ἐν ποσὶ πόλεις ἀμαχεὶ προσποιούμενος, τῶν φρουρῶν τῶν μὲν,
B ἐκλιπόντων αὐτὰς ἀσθενείᾳ, τῶν δὲ, τὰ ἐκείνου αἱρουμένων. αἰσθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Πομπήϊος, καὶ ἅμα καὶ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ πᾶσαν παρὰ τοῦ Λαβιήνου μαθὼν, ἔδεισεν. οὗτος γὰρ, ἐγκαταλιπὼν τὸν Καίσαρα, ἐξηυτομόλησε, καὶ πάντα οἱ τὰ ἀπόρρητα αὐτοῦ ἐξήγγελλε. θαυμάσειε μὲν οὖν ἄν τις, ὅτι ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἀεί ποτε τιμηθεὶς, ὥστε καὶ πάντων τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις στρατοπέδων, ὁπότε ἐκεῖνος ἐν τῇ Ἰταλίᾳ εἴη, ἄρχειν ἐποίησε τοῦτον. αἴτιον δὲ, ὅτι αὐτός τε καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν περι-
C βαλόμενος, ὀγκηρότερον τῆς ἡγεμονίας διάγειν ἤρξατο. καὶ ὁ Καῖσαρ παρισούμενόν οἱ αὐτὸν ἰδὼν, οὐκέθ' ὁμοίως ἠγάπα. τήν τε οὖν μεταβολὴν μὴ φέρων, καὶ φοβηθεὶς ἅμα μὴ πάθῃ τι, μετέστη. ὁ οὖν Πομπήϊος, ἔκ τε τῶν περὶ τοῦ Καίσαρος αὐτῷ λεχθέντων, καὶ ὅτι ἰσχὺν ἀξιόμαχον αὐτῷ παρεσκεύαστο, καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει, τούς τε ἄλλους καὶ αὐτοὺς μάλιστα τοὺς στασιώτας, τόν τε πόλεμον ὀκνοῦντας, μνήμῃ τῶν τε τοῦ Μαρίου καὶ τῶν τοῦ Σύλλου ἔργων, καὶ ἀπαλλαγῆναι ἀ-
D σφαλῶς αὐτοῦ βουλομένους εἶδε, μετεβάλλετο· καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν Καίσαρα, Λούκιόν τε Καίσαρα, συγγενῆ αὐτῷ ὄντα, καὶ Λούκιον Ῥώσκιον στρατηγοῦντα, αὐτεπαγγέλτους ἀπέστειλεν, εἴπως τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ ἐκφυγὼν, ἔπειτ' ἐπὶ μετρίοις τισὶ συμβαίη. ἀποκριναμένου δὲ ἐκείνου τά τε ἄλλα, ἅπερ ἐπεστάλκει, καὶ ὅτι αὐτὸς τῷ Πομπηΐῳ διαλεχθῆναι ἐθέλει, τοῦτο μὲν οὐχ ἡδέως οἱ πολλοὶ ἤκουσαν, δείσαντες μὴ καὶ κατὰ σφῶν τι συνθῶνται· ἐπεὶ μέντοι οἱ πρέσβεις ἄλλα τε πολλὰ ἐ-
E παινοῦντες τὸν Καίσαρα ἔλεγον, καὶ τέλος οὐ τι κακὸν ὑπ' αὐτοῦ πείσεσθαι τινὰ, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτίκα ἀφεθήσεσθαι προϋπισχνοῦντο, ἥσθησαν, καὶ πρός τε ἐκεῖνον τοὺς αὐτοὺς πρέσβεις ἔπεμψαν, καὶ ἠξίουν, ἐπιβοῶντες ἀεὶ καὶ πανταχοῦ, καὶ ἀμφοτέρους ἅμα αὐτοὺς τὰ ὅπλα κα-

ταθέ-

ταχθῆναι. φοβηθεὶς οὖν διὰ ταῦθ' ὁ Πομπήιος (καὶ γὰρ εὖ ἠπίστατο, ὅτι πολὺ τοῦ Καίσαρος, ἄν γε ἐπὶ τοῦ δήμου κρίνωνται, ἐλαττωθήσεται) αὐτός τε ἐς Καμπανίαν, πρὶν τοὺς πρέσβεις ἐπανελθεῖν, ὡς καὶ ῥᾷον ἐκεῖ πολεμήσων, προαπῆρε, καὶ τὴν βουλὴν ἅπασαν μετὰ τῶν τὰς ἀρχὰς ἐχόντων ἀκολουθῆσαί οἱ ἐκέλευσεν· ἄδειάν τε σφίσι δόγματι τῆς ἐκδημίας δούς, καὶ προειπὼν ὅτι τὸν ὑπομείναντα ἔν τε τῷ ἴσῳ καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ τοῖς τὰ ἐναντία σφίσι πράττουσιν ἕξοι. προσέτι δὲ καὶ τὰ χρήματα τά τε δημόσια, τά τε ἀναθήματα, τὰ ἐν τῇ πόλει πάντα, ἀναιρεθῆναι προσέταξεν αὐτοῖς ψηφίσασθαι· ἐλπίζων παμπληθεῖς ἀπ' αὐτῶν στρατιώτας ἀθροίσειν. τοσαύτην γὰρ εὔνοιαν αὐτοῦ πᾶσαι ὡς εἰπεῖν αἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πόλεις εἶχον, ὥστε ἐπειδὴ ἤκουσαν αὐτὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπικινδύνως νοσοῦντα, ‡ σωτηρια αὐτοῦ δημοσίᾳ θύσειν εὔξασθαι. καὶ ὅτι μὲν μέγα καὶ λαμπρὸν τοῦτ' αὐτῷ ἔδοσαν, οὐδ' ἂν εἷς ἀντιλέξειεν. οὐ γάρ ἐστιν ὅτῳ ποτὲ ἄλλῳ, ἔξω τῶν μετὰ ταῦτα τὸ πᾶν κράτος λαβόντων, τοιοῦτόν τι ἐψηφίσθη. οὐ μὴν καὶ ἀκριβῆ πίστιν τοῦ μὴ οὐκ ἐγκαταλείψειν αὐτὸν πρὸς τὸν ἐκ τοῦ κρείττονος φόβον εἶχον. ἐγνώσθη μὲν δὴ ταῦτα περί τε τῶν χρημάτων καὶ περὶ τῶν ἀναθημάτων, οὐκ ἐκινήθη δὲ οὐδέτερα. πυθόμενοι γὰρ ἐν τούτῳ, τόν τε Καίσαρα ‡ μηκέτι εἰρηναῖον ἐν τοῖς πρέσβεσιν ἀποκεκρίσθαι, καὶ προσεγκαλεῖν σφίσιν, ὡς καὶ καταψευσαμένοις τι αὐτοῦ· καὶ τοὺς στρατιώτας πολλούς τε καὶ θρασεῖς εἶναι, καὶ πάνθ' ὁτιοῦν (οἷα που φιλεῖ περὶ τῶν τοιούτων ἐπὶ τὸ φοβερώτερον ἀγγέλλεσθαι) [καὶ] κακουργήσειν, ἐφοβήθησαν, καὶ σπουδῇ τὴν ἔξοδον, πρὶν ἅψασθαι τινὸς αὐτῶν, ἐποιήσαντο.

‡Xyland. σωτήρια

‡ μηδὲν εἰρηναῖον τοῖς

Κἀκ τούτου καὶ ἐς τὰ ἄλλα ὁμοίως πάντα θορυβώδης σφῶν καὶ ταραχώδης ἡ ἀνάστασις ἐγένετο. οἵ τε γὰρ ἐξιόντες (ἦσαν δὲ πάντες ὡς εἰπεῖν οἱ πρῶτοι καὶ τῆς βουλῆς καὶ τῆς ἱππάδος, καὶ προσέτι καὶ τοῦ ὁμίλου) λόγῳ μὲν, ἐπὶ πολέμῳ ἀφωρμῶντο, ἔργῳ δὲ, τὰ τῶν ἑαλωκότων ἔπασχον. τήν τε γὰρ πατρίδα καὶ τὰς ἐν αὐτῇ διατριβὰς ἐκλιπεῖν, καὶ τὰ ἀλλότρια τείχη οἰκειότερα τῶν σφετέρων νομίζειν ἀναγκαζόμενοι, δεινῶς ἐλυποῦντο. οἵ τε γὰρ πανοικησίᾳ ἀνιστάμενοι, τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς οἴκους τό, τε ἔδαφος τὸ πατρῷον, ὡς καὶ τῶν ἀντιστασιωτῶν εὐθὺς ἐσόμενα, ἀπέλειπον. καὶ αὐτοὶ οὕτω τῇ γνώμῃ, ἄν γε καὶ περισωθῶσιν, εἶχον, ‡ ὡς καὶ τῇ Μακεδονίᾳ τῇ τε Θρᾴκῃ

‡Xyland. ὡς ἐν τῇ

A cederet. Metum ea res Pompeio iniecit, satis certo, se apud populum Cæsare longe inferiorem futurum, [quando vtrique priuato viuendum esset.] Itaque priusquã legati redirent, in Campaniam abiit, ibi se facilius bellum administrare posse ratus: iussitque, vt vniuersus senatus, omnesque se magistratus sequerentur: proposito senatusconsulto, quo impunitatem eius demigrationis ostendebat: prædictoque, se eum, qui ad vrbem remansisset, eodem cum hostibus habiturum loco. Iussit etiam decerni, vt secum pecunias publicas, omniaque, quæ ad vrbem erant diuis dedicata dona, auferrent: sperans inde se magnam vim militum posse conducere. Tanta erat vniuersis propemodum Italiæ vrbibus beneuolentia in Pompeium, vt haud multo ante, quũ audiuissent eũ periculoso morbo conflictari, pro incolumitate eius publica sacra vouerint. Quod sanè magnum fuisse, ac splendidum munus, nemo hominum negauerit; nimirum nulli vnquã alii, præter eos, qui post ea tempora summam in omnia potestatem obtinuere, decretum. non tamen id satis firmum argumentum fuit, nunquam eos Pompeium metu potentioris derelicturos. Porro etsi de pecuniis donariisque factum fuit decretum, neutra tamen loco mota sunt. Vbi enim acceperunt,[a] Cæsarem legatis iam nihil pacati respondisse, sed insuper vitio eis dedisse, quod de se mendacia retulissent: tum milites ei multos esse, eosque audaces, &[b] ad maleficium [omnibus rebus] inferendum [animo] paratos: (quemadmodum ferè in id genus negotiis omnia magis terribilia referri solent, quam res ipsa ferat) his nuntiis perterriti, priusquam pecuniam donariave attingerent, magna cum celeritate Romam reliquerunt.

a Cæsarem neq; legatis pacati quicquam respondisse, atq; ipsos etiam accusare, quasi de se falsa quædam prodiderint: tum milites b ad quoduis maleficium

Fuit omnino ea fuga alioquin etiam turbarum ac tumultuum plena. Qui enim vrbe exibant, (ii erant ordinis senatorii equestrisque fere primarii omnes, itemque permulti de plebe) etsi videbãtur ad bellum proficisci, tamen re vera ea patiebantur, quæ captiuis vsu veniunt. Summum ipsis afferebat dolorem, quod patriam relinquere, vitamque alibi locorum ducere; murosque extraneos suis[c] magis sibi aptos habere cogebantur. Nam qui cum tota familia emigrabant, ita delubra, ædes suas, solumque patriæ relinquebãt, vt ea statim aduersariorum futura scirent: satisque ipsis constabat, Macedoniam, Thraciamve sibi, si

c suis magis caros habere

belli periculum euasissent, habitandam fore, non ignaris sententiæ Pompeii. Qui vero ad vrbem liberos vxoresque suas, & pretiosissima quæque reliquissent, videbantur quidem illi spem redeundi in patriam habere aliquam: verum longe, quàm cæteris, difficilior ipsis discessus erat, ab iis, quæ homines charissima habent, diuulsis; duplicique, & inter se quammaxime contrariæ fortunæ expositis. Quia enim cōiunctissimos suos in potestatem hostis dedissent, videbāt se, si in bello parum strenuos sese gessissent, in periculo vitæ futuros: sin strenui fuissent, illis priuatum iri: adhæc neutrum se amicum, vtrumque infensum habituros: Cæsarem, quod non ipsi quoque Romæ mansissent: Pompeium, quod non omnia sua secum adduxissent. Ita hi sententiis votisque & spe alternantes, corporibus à suis summè necessariis diuulsi, animis in duas partes distrahebantur. ᵃ Qui Romæ remanebant, diuersis ab iis, sed tamen & ipsis inuicem pugnantibus affectibus percellebantur. quippe à suis seiuncti, ac quasi patronis orbati, quum ad sese defendendos satis virium nequaquam haberent, bello expositi, futurique in potestate eius, qui vrbem obtinuisset; ipsi quoque metu iniuriarū ac cædium, quas iam tum ante oculos suos repræsentabant, affligebantur: illisque ii, qui discedebant, [alii] tanquam desertoribus † ea imprecabantur; alii, veniam necessitati dantes, euentura tamen hæc verebantur. Reliqua omnis multitudo, vt maxime discedentibus genere propinqui non essent, tamen eorum causa dolebant: alius vicinos, alius socios procul à se profecturos, multaque & facturos & perpessuros indigna existimantes. Suam vero ipsorum sortem longe maxime lugebant. quum enim viderent, à magistratibus senatuque, & omnibus aliis, quorum aliqua esset potentia, (neque vero constabat, vllusne eorum esset Romę perseueraturus) & patriam & se deseri, quos nequaquam excessuros vrbe censerent, nisi multa ei horrendaque mala imminerent; iam magistratibus † sociisque destituti, plane orborum parentibus puerorum, viduarumque mulierum similes erant. Iam quum iras cupiditatesq; eorum, qui Romam petebant, | secum expendebant, memoriaque repetebant mala superiorū temporum quæ partim ipsi senserant, partim ex aliis † audiuerant [cogitantes] † quæ & quanta Marius ac Sylla edidissent facinora, nihil de Cæsare moderati sibi

a Et hæc quidem accidebant iis, qui domo proficiscebantur. Qui vero remanebant,

† eadem illa

† & omnibus destituti,

sintuebātur, memoriaq;

† audiebāt. † qua nimirum & quāta

A καλοικήσοντες· τὴν γὰρ τοῦ Πομπηίου διάνοιαν οὐκ ἠγνόουν. καὶ οἱ κατὰ χώραν τούς τε παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας, τά τε ἄλλα τὰ τιμιώτατα καταλιπόντες, ἔχειν μέν τινα ἐλπίδα τῆς πατρίδος ἐδόκουν, πολὺ δὲ δὴ τῶν ἑτέρων, ἅτε καὶ ἀπὸ τῶν φιλτάτων ἀπαρτώμενοι, διττῇ τε τῇ τύχῃ καὶ ἐναντιωτάτῃ περιβαλλόμενοι, χαλεπωτέρως ἀπηλλάσσοντο. τὰ γὰρ οἰκειότατα τῷ πολεμιωτάτῳ σφῶν ἐκδόντες, ἔμελλον ἐθελοκακοῦντες μὲν αὐτοὶ κινδυνεύσειν, προθυμούμενοι δὲ, ἐκείνων στερηθήσεσθαι· καὶ προσέτι φίλον μὲν μηδέτερον, ἐχθροὺς δὲ ἀμφοτέρους ἕξειν· Καίσαρα μὲν, ὅτι μὴ καὶ αὐτοὶ κατέμειναν· Πομπήιον δὲ, ὅτι μὴ καὶ ἐκεῖνα συνεπηγάγοντο. ὥστε καὶ ἐς ἀμφίβολον καὶ ταῖς γνώμαις καὶ ταῖς εὐχαῖς ταῖς τε ἐλπίσι καθιστάμενοι, τοῖς τε σώμασιν ἅμα ἀπὸ τῶν οἰκειοτάτων σφίσιν ἀπεσπῶντο, καὶ τὰς ψυχὰς δίχα διῃροῦντο. ταῦτα μὲν οὕτως οἱ ἐξορμώμενοι ἔπασχον. οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι, διαφόροις μὲν, ἀντιπάλοις δέ τισι καὶ αὐτοὶ παθήμασι συνεφέροντο. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῶν προσηκόντων σφίσιν ἀποζευγνύμενοι, οἷα τῶν τε προστατῶν στερισκόμενοι, καὶ ἐπαμῦναι † αὐτοῖς ἥκιστα δυνάμενοι, τῷ τε πολέμῳ ἐκδιδόμενοι, καὶ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ τῆς πόλεως κρατήσοντος ἐσόμενοι, αὐτοί τε ὑπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς ὕβρεως καὶ τῶν σφαγῶν, ὡς καὶ γιγνομένων ἤδη, ἐταλαιπώρουν· καὶ περὶ ἐκείνων οἱ τε ὀργὴν σφίσιν ὅτι ἐγκατελείφθησαν ἔχοντες, τὰ αὐτὰ ἐπηρῶντο· καὶ οἱ συγγνώμην τῆς ἀνάγκης ποιούμενοι, τὰ αὐτὰ ἐδεδίεσαν. καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος σύμπαν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μηδεμία αὐτοῖς συγγένεια πρὸς τοὺς ἀφορμωμένους ἦν, ὅμως ἐλυποῦντο μὲν καὶ ἐπ' ἐκείνους, οἱ μὲν γείτονας, οἱ δὲ ἑταίρους πολύ τε ἀπὸ σφῶν ἀφήξειν, καὶ πολλὰ καὶ ἄτοπα καὶ δράσειν καὶ πείσεσθαι ἐλπίζοντες. πολλῷ δὲ μάλιστα ἑαυτοὺς ὠλοφύροντο· τάς τε γὰρ ἀρχὰς καὶ τὴν βουλὴν τούς τε ἄλλους τοὺς τι δυναμένους πάντας (οὐ γάρ που εἴ γε τις αὐτῶν ὑπολειφθήσεται ᾔδεσαν) τῆς τε πατρίδος ἅμα καὶ σφᾶς ἐξισταμένους ὁρῶντες, καὶ μήτ' ἂν ἐκείνους, εἰ μὴ πάνυ πολλὰ καὶ δεινὰ αὐτῇ ἐπήρτητο, φυγεῖν ποτε ἐθελῆσαι λογιζόμενοι, καὶ αὐτοὶ ἔρημοι μὲν ἀρχόντων, ἔρημοι δὲ συμμάχων γιγνόμενοι, πρός τε τὰ ἄλλα πάντα παισί τισιν ὀρφανοῖς καὶ γυναιξὶ χήραις ἐῴκεσαν. καὶ τὰς ὀργὰς τάς τε ἐπιθυμίας † τῶν ἐπιόντων. καὶ προσέτι τῆς τῶν προτέρων παθημάτων μνήμης οἱ μὲν αὐτοὶ πειραθέντες, οἱ δὲ καὶ ἐκείνων ἀκούοντες, ὅσα καὶ οἷα ὅ, τε Μάριος καὶ ὁ Σύλλας ἐξειργάσαντο, μέτριον οὐδὲν οὐδὲ ἐς τὸν Καίσαρα ὑπώ-

† αὐτοῖς

† τῶν ἐπιόντων καθορῶντες τῆς τῶν προτέρων

ὑπώπτευον· ἀλλὰ καὶ πολὺ πλείω καὶ δεινότερα, ἅτε βαρβαρικοῦ τὸ πλεῖστον τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ ὄντος, πείσεσθαι προσεδόκων. οὕτως οὖν δὴ πάντων αὐτῶν διακειμένων, καὶ μηδενός, ἔξω τῶν προσφιλῶν πῃ τῷ Καίσαρι δοκούντων εἶ), ἐν ἐλαφρῷ τὸ πρᾶγμα † ποιουμένων, καὶ ἐκείνων δὲ πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν τρόπων (ἃς οἱ πλείους πρὸς τὰ παρόντα σφῶν λαμβάνουσιν) οὐ φερεγγύῳ πίστει θαρσούντων· οὔτ᾿ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον ὅση μὲν ταραχή, ὅσον δὲ καὶ πένθος ἐν τῇ τῶν τε ὑπάτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνεξορμωμένων σφίσιν ἐξόδῳ ἐγένετο. τήν τε γὰρ νύκτα πᾶσαν † ἀναγκαζόμενοι καὶ περιφοιτῶντες ἐθορύβουν· καὶ ἐπὶ τὴν ἕω πολὺς μὲν οἶκτος (καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἑκασταχόθι περιιόντες εὐχὰς ἐποιοῦντο) πάντας αὐτοὺς ἐλάμβανε. τούς τε γὰρ θεοὺς ἀνεκάλουν, καὶ τὰ δάπεδα κατεφίλουν· ὁσάκις τε ἐξ οἵων περιεγένοντο ἀναριθμούμενοι, καὶ ὅτι τὴν πατρίδα (ὃ μὴ πώποτε ἐτετόλμητο σφίσιν) ἐξελίποιεν, ὠδύροντο. πολὺς δὲ καὶ περὶ τὰς πύλας θρῆνος ἦν. οἱ μὲν γὰρ ἀλλήλους τε ἅμα καὶ ἐκείνην, ὡς καὶ τελευταῖον ὁρῶντες, ἠσπάζοντο· οἱ δὲ ἑαυτούς τε ἐθρήνουν, καὶ τοῖς ἐξιοῦσι συνηύχοντο· καὶ οἵ γε πλείους ὡς καὶ προδιδόμενοι κατηρῶντο. πάντες γὰρ καὶ οἱ ὑπομένοντες πανπαιδὶ καὶ πανγυναικὶ παρῆσαν. καὶ μετὰ τοῦτο οἱ μὲν ἐξωρμῶντο, οἱ δὲ προέπεμπον σφᾶς· ἔνιοι τε ἐχρόνιζον, καὶ πρὸς τῶν γνωρίμων κατείχοντο· καί τινες περιβάλλοντες ἀλλήλους ἐπὶ πλεῖστον συνηρτῶντο. ἀκολουθοῦντές τε τοῖς ἐξορμωμένοις οἱ ὑπομένοντες ἐπὶ μακρότατον, ἐπεβοῶντό τε ἅμα αὐτοὺς καὶ κατῴκτιζον, ἄγειν τε σφᾶς ἢ καὶ ἐκείνους οἴκοι μένειν ἀξιοῦντες, ἐπεθείαζον. κἀν τούτῳ ὀλολυγὴ ἐφ᾿ ἑκάστῳ αὐτῶν πολλὴ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, καὶ δάκρυα ἄπλετα ἐγίγνετο. τὴν μὲν γὰρ τοῦ κρείττονος ἐλπίδα ἥκιστα, ἅτε ἐν τοῖς τοιούτοις, τὰ δὲ δὴ πάθη πρότερον μὲν οἱ καταλειπόμενοι, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἀφορμώμενοι προσεδέχοντο. εἴκασε δ᾿ ἄν τις, αὐτοὺς ἰδών, δύο τε δήμους καὶ δύο πόλεις ἐκ μιᾶς γίγνεσθαι· καὶ τὴν μὲν ἀνίστασθαί τε καὶ φεύγειν, τὴν δὲ ἐγκαταλείπεσθαί τε καὶ ἁλίσκεσθαι. Πομπήιος μὲν οὖν οὕτω τὸ ἄστυ ἐξέλιπε συχνοὺς τῶν βουλευτῶν ἐπαγόμενος. ὑπελείφθησαν γάρ τινες, οἱ μέν, τὰ τοῦ Καίσαρος φρονοῦντες, οἱ δέ, καὶ ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἱστάμενοι. καὶ καταλόγους τε ἐκ τῶν πόλεων σπουδῇ ἐποιεῖτο, καὶ χρήματα ἐξέλεγε, φρουράς τε ὡς ἑκασταχόσε ἔπεμπε.

† τιθεμένων

† ἀνακαζόμενοι

A sibi pollicebantur: sed longe plura atque atrociora metuebant, quod eius milites maiori ex parte barbari erant. Eo modo affectis, omnib. nemineque ᵃrē hāc securo animo accipiente, exceptis iis, qui Cæsari amicitia iuncti videbantur, ᵇcametsi iis quoque ipsis non firma fiducia aderat, sed mutatione morum, quos plerique pro rerum statu conuertunt, fidebant) ne cogitari quidem facile potest, quantum in profectione consulum, reliquorumque, qui eos comitabantur, turbæ atque luctus extiterit. † Totam noctē obambulantes, tumultum excitauere. sub diluculum, quum circumeuntes ad singula fana, vota concepissent, deos inuocassent, solum exosculati essent, quib. B & quot ex periculis erepti, nunc (quod nunquam ante tentatum ab ipsis esset) patriam relinquerent, deplorassent, ingens omnium commiseratio coorta est: Iam ad portas vrbis eiulatus plurimus extitit: ibi alius alium, tanquam postremum hoc & ipsum & vrbem visurus, salutare: alii suam ipsorum sortem lugere, abeuntibus bene optare, plurimi tanquam a suis proditi, eis imprecari. aderant enim omnes, quotquot in vrbe remanere statuerant, cum omnibus liberis C vxoribusque suis. Post hæc illi quidem vrbe excesserunt; hi vero eos deduxerunt: ac nonnulli dum à † notis [suis] detinentur, moras fecerunt; alii in mutuis complexibus diutius hæserunt. Qui in vrbe permanere decreuerant, abeuntes quam longissime comitantes, clamore & commiseratione prosequuti sunt: ac quasi furore diuino conciti, vt aut se vna abducerent, aut ipsi quoque in patria remanerent, D obtestati sunt. Ad horum vnumquodque vlulatus magnus, lacrymæque adstantium immensæ erumpebant. In hoc enim statu spes melioris conditionis menti minime accidebat, sed miseriæ primo ad vrbem manentium, deinde etiam proficiscentium animis obuersabantur. Poterat tota res [haud iniuria] si quis eam coram inspexisset, comparari duobus populis, duabusque ciuitatibus, quæ ex vno populo vnaque ciuitate E existerent; quarum altera in exilium abiret, altera deserta caperetur. Ad hunc igitur modum Pompeius, plurimis secum abductis senatorum, (nonnulli enim ibi permāserunt, quorum alii Cæsaris reb. alii neutri studebāt) vrbe excessit, delectᶜ mihtū ᶜex oppidis instituit, pecunias coegit, & præsidia in omnes partes misit.

a rem hanc pro leui ducente, præter eos, qui Cæsare

b atque etiam hos ipsis nihil sibi certa fiducia de morum mutationibus, qua in plerisque pro ratione rerū præsentium existere solent, spondere audentib. ne cogitari quidem

† Totam noctem quiritantes & discurrentes,

† à notis sibi

c ex oppidis celeriter instituit,

Cæsar, posteaquam hoc comperit, Romam quidem non contendit (nam eam in præmium victori propositam nouerat, dicebatque se bello non Romam, *a* tanquam hostem, sed propter eam aduersarios impetere) cæterum literas per totam Italiam circummisit, quibus & Pompeium ad disceptationem causæ prouocabat; & alios, vt bono essent animo, seque domi continerent, multis annexis pollicitationibus, cohortabatur. Ipse Corfinium, quod oppidum à L. Domitio tenebatur, & necdum deditionem fecerat, profectus est: obuiaque sibi manu prælio superata, reliquos obsidione cinxit. Igitur Pompeius, vbi eos obsideri, reliquorum vero complures ad Cæsarem transire sensit, quod iam Italiæ obtinendæ nulla spes restaret, in Macedoniam, Græciáque, & Asiam traiicere statuit. nam & in memoria rerum ibi à se gestarum, & in populorum regumque amicitia multum fiduciæ collocabat. Et quamuis omnem Hispaniam sub se habebat, tamen tuto proficisci eò non poterat, Cæsare Gallias obtinente. Præterea reputabat, si abnauigasset, neminem futurum, qui se persequeretur, cum ob nauium defectum, tum ob anni tempus. iam enim autumnus exierat. interim se ex regionibus populi Romani imperio subditis, atque è sociorum ditionibus, magnam & pecuniæ & militum vim *b* cogere posse. His consiliis adductus, † Brundusium perrexit: Domitioque mãdauit, vt Corfinio relicto, eodem se conferret. Domitius, etsi virium nonnihil habebat, speque bona vtebatur, (nam cum aliis rebus milites, tum promissione agrorum sibi deuinxerat: ipse enim Syllanas partes ante secutus, ad magnas opes inde peruenerat) tamen Pompeio parendum ratus, qua ratione tuto Corfinio excedere posset, circumspiciebat. Quod vbi qui cum eo erant, animaduertêre; discessionem eam, quæ à fuga nihil differret, aspernati, Cæsari se coniunxerunt, eiusque signa secuti sunt. Domitius, cæterique senatores à Cæsare verbis increpati, quod sese ei opposuissent, dimissique, ad Pompeium se receperunt. Magnopere cupiebat Cæsar cum Pompeio congredi antequem enauigaret, bellumque in ipsa Italia conficere, atque ipsum Brundusii adhuc morantem comprehendere: (quia enim ad transportandum exercitum naues non sufficiebant, Pompeius consules cum aliis quibusdam præmiserat, ne in Italia subsistentes noui quid

a Velut infestam sibi, sed Roma tuendæ causa seditiosos impetere)

b cogere per eam posse.

† Brundisium

littus legionariis militibus, ipse intro nauigauit: sicque & naues omnes, & magnam vrbis partem incendio consumpsit. Quod nisi vulnus accepisset, ac AEgyptiis metum, ne ex eo decederet, intulisset: reliquam etiam vrbis partem cepisset. Postquam vulnus sanatum est, oppugnatione Orici in posterum abstinens, reliquas regionis partes circumuagando vastauit. Ipsum quoque Brundusium aliquando aggressus est, sed frustra is ei, sicut & aliis quibusdam, conatus fuit. His[a] rebus intentus, postquam pater eius pugna superatus est, AEgyptiique re comperta domum auecti sunt; ad Catonem ipse concessit. Huius factũ C. quoq; Cassius imitatus est, qui multas Siciliæ Italiæq; partes vexarat, multa mari ac terra secũda prælia fecerat. complures præterea alii ad Catonem perfugerũt, quem virtute cæteris præstare animaduertebant. His Cato belli consiliorumque sociis vbique vsus, in Peloponnesum, spe eius occupandæ regionis, traiecit; quia de morte Pompeii nondum resciuerat. Ibi Patris receptis, multos alios sibi adiunxerunt, atque inter eos Petreium Faustumque, Cn. Pompeii generum. Cæterum post Q. Fusio Caleno exercitum aduersus eos ducente, naues soluerunt: Cyrenenque delati, vbi de Pompeii morte certiores facti sunt, [b] sententiis variatum inter ipsos est. Catonem, qui Cæsaris dominationem ferre nullo modo poterat, alii quidam, quibus spes veniæ consequendæ nulla supererat, in Africam cum exercitu[c] secuti, ibique aduersus Cæsarem omnia conati sunt. Reliqui autem dissipati plerique, alii quò quemque casus deferebat, discessione facta se contulerunt: alii recta ad Cæsarem profecti, impunitatem adepti sunt, atque inter hos C. quoque Cassius.

a His rebus hactenus intentus,

b sententiis inter se variarunt.

c secuti adiuncto sibi Scipione, aduersus

Calenus ante pugnam Pharsalicam à Cæsare in Græciam missus fuerat. quũq; Piræeum, nullo muro munitum, cepisset; Athenis tamen, quamquam omnis generis maleficiis eorum agros infestasset, ante cladem Pompeii potiri non potuit: ea audita, vltro ea ciuitas in deditionem venit, eique Cæsar nulla mulcta imposita, omnes iniurias remisit: id modo dicens, ipsos, qui magnopere deliquissẽt, à mortuis seruari. Id vero hac oratione innuebat, parcere se ipsis[d] propter maiorum gloriam virtutemque.[e] Ad eundem modum pleraq; Græciæ oppida cũ Cæsare in gratiam redierunt. Megarẽses autem etiamnum restiterunt, ac mul-

d propter maiores. vel maiorum

e Et Athenæ quidem, aliaq; complura Græciæ oppida, tunc statim cum Cæsare.

to pòst partim vi, partim proditione in potestatem Cæsaris venerunt, eorum Fufius, quo meritum de eis supplicium sumpsisse existimaretur, magna cæde edita, reliquos vendidit: veritus tamen, ne id interitu totius vrbis staret, ciues cum necessariis eorũ, tũ minimo pretio vendidit, vt libertati restituerentur. His confectis, Patras bellum conuertit, eamque vrbem sine prælio, terrore iam ante Catoni, iisque, qui cum eo erant, incusso recepit.

Dum hæc singula geruntur, interim in Hispania, quæ tum pacata fuerat, motus coorti sunt. Nam quum in ipsa pace Q. Cassius Longinus prouinciam diuexaret, primo pauci quidam coitionem eius interficiendi causa fecerũt: sed quum saucius eorum manus effugisset, atque exinde longe maiores iniurias exerceret, permulti Cordubenses, compluresque milites, qui ante sub Pompeio militauerant, duce sibi electo M. Marcello Æsernino, quæstore, contra eum seditionem mouerunt. Marcellus, instabilitate rerum considerata, & ad euentum in vtranque partem sese accommodare studens, non toto animo id munus in se recipiebat, sed in vtranque partem inclinabat, atque in omnibus dictis factisque medium obseruabat; vt siue Cæsar, siue Pompeius vicisset, [a] victori suam operam nauasse videri posset. Pompeii quidem gratiã eo captabat, quod milites ad eum deficientes suscipiebat, quodq; Lõgino qui Cæsaris partes se tueri dicebat, bellum faciebat: contra Cæsari inseruiebat, quod Cassio nouas res affectante, ipse milites acceptos Cæsari conseruabat, nec eum bello peti permittebat: quodque nomen Pompeii scutis suis quum inscriberent milites, id ipse delebat. Ita † quum alteri vsum armorum, alteri nomen obtenderet, quumq; ea, quæ pro victore gesta essent, sibi assignaret, contraria vero necessitati aliisque adscriberet, tutum se fore sperabat. Igitur quanquam propter suorum multitudinem Longinum facilè poterat superare, tamẽ satius ei visum est, rem eo deducere; vt, quemadmodum animo agitarat, talem se ostenderet, atq; ad eum, quem dixi, modum sese cõpararet, † remq; dubiã certas ob causas relinqueret. ita & sicubi succubuisset, & sicubi superior factus fuisset, facultatẽ vel ad se, vel ad alios ea, quę acta fuerant, referendi habebat. [b] Hac ratione rem vsque ad victoriæ tempus extraxit: quumq; Cęsar ei succensuisset, eumque relegasset, post reuocatum

a Vtrique, suã operam

† quum alteri arma reabse, alteri in speciem opponeret, quumq; ea,

† Et in alios ambigua facta cõferret.
b Et hic quidem hoc modo vsq; ad tempus victoriæ Cæsarianæ cõtinuo se gessit. quumque tandem Cæsar ei

A χρόνῳ, τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δὲ καὶ προδοσίᾳ ἥλωσαν· ὅθεν περ φόνος τε αὐτῶν πολὺς ἐγένετο, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπεράθησαν. ὁ μέντοι Καλῆνος, τοῦτο μὲν, ἵνα δὴ καὶ ἀξίαν αὐτοὺς τετιμωρῆσθαι δόξῃ, ἐποίησε· φοβηθεὶς δὲ μὴ καὶ παντελῶς ἡ πόλις ἀπόληται, πρῶτα μὲν τοῖς ἐπιτηδείοις σφᾶς, ἔπειτα δὲ καὶ ἐλαχίστου ἀπέδοτο, ἵν᾽ ἐλευθερωθῶσι. καὶ ὁ μὲν ταῦτα πράξας, ἐπί τε τὰς Πάτρας ἐπεστράτευσε, καὶ ἀμαχεὶ αὐτὰς, τόν τε Κάτωνα καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ † προεκφοβήσας, κατέσχεν.

† συμφοβήσας,

Ἐν ᾧ δὲ ταῦτά τε ὡς ἕκαστα ἐπράττετο, καὶ ἡ

B Ἰβηρία, καίπερ εἰρηνεύσασα, ἐκινήθη. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Λογγῖνος ὁ Κύϊντος πολλὰ καὶ τότε αὐτοὺς ἐλυμαίνετο, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι τινὲς συνέστησαν, ὡς ἀποκτενοῦντες αὐτόν· ἐπεὶ δὲ δὴ τρωθεὶς διέφυγε, κἀκ τούτου πολλῷ μείζω σφᾶς ἠδίκει, συχνοὶ μὲν † Κορδουκήσιοι, συχνοὶ δὲ καὶ στρατιῶται, ἅτε καὶ τοῦ Πομπηΐου γεγονότες, ἐπανέστησαν αὐτῷ, Μάρκον Μάρκελλον Αἰσερνῖνον τὸν ταμίαν προστησάμενοι. οὐ μὴν καὶ ὅλῃ τῇ γνώμῃ αὐτοὺς προσεδέξατο, ἀλλὰ τό, τε ἀστάθμητον τῶν πραγμάτων ὁρῶν, καὶ τὴν ἔκβασιν σφῶν ἐφ᾽ ἑκάτερα προσδεχόμενος, ἐπημφοτέριζε,

† Κορδουβήσιοι

C καὶ διὰ μέσου πάντα καὶ ἔλεγε καὶ ἔπραττεν· ὥστε, ἄν τε ὁ Καῖσαρ, ἄν τε καὶ ὁ Πομπήϊος κρατήσῃ, ἀμφοτέροις σφίσι συνηγωνίσθαι δόξαι. Πομπηΐῳ μὲν γὰρ, ὅτι τοὺς μεταστάντας πρὸς αὐτὸν ἐδέξατο, καὶ τῷ Λογγίνῳ τὰ τοῦ Καίσαρος πράττειν λέγοντι ἀντεπολέμησεν, ἐχαρίσατο· Καίσαρι δὲ, ὅτι καὶ τοὺς στρατιώτας, ὡς καὶ τοῦ Λογγίνου νεωτερίζοντός τι, παραλαβὼν, τούτους τε αὐτῷ ἐτήρησε, καὶ ἐκεῖνον οὐκ εἴασε πολεμωθῆναι· καὶ

D τό γε ὄνομα τὸ τοῦ Πομπηΐου τῶν στρατιωτῶν ταῖς ἀσπίσιν ἐπιγραψάντων, ἀπήλειψεν· ὅπως καὶ ἐκ τούτου τῷ μὲν, τὰ ἔργα τῶν ὅπλων, τῷ δὲ, τὴν δόκησιν προβάλλων, καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τοῦ κρατήσαντος γενομένων προσποιούμενος, τὰ δὲ ἐναντία ἔς τε τὴν ἀνάγκην καὶ ἐς ἄλλους τινὰς ἀναφέρων, ἀσφαλὴς εἴη. καὶ διὰ τοῦτο, καίτοι προσὸν αὐτῷ παντελῶς τοῦ Λογγίνου τῷ πλήθει κρατῆσαι, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ᾽ ἔς τε ἔνδειξιν καὶ ἐς παρασκευὴν ὧν ἐβούλετο, προάγων τὰ πράγματα, ἐπ᾽ ἄλλοις τισὶ τὰ ἀμφίλογα αὐτοῦ ἐποιήσατο. ὥστε καὶ ἐν οἷς ἠλαττώθη, καὶ ἐν οἷς ἐπλεονέκ-

E τησέ τι, ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως, τὰ μὲν ὡς αὐτὸς καὶ ἐποίησε καὶ οὐκ ἐποίησε, τὰ δὲ ὡς ἕτεροι, προστείνασθαι δυνηθῆναι. καὶ ὁ μὲν οὕτω διαγαγὼν μέχρις οὗ καὶ ὁ Καῖσαρ ἐνίκησε, παραχρῆμα μὲν ἐς ὀργὴν † αὐτῷ ἦλθε, καὶ ὑπερωρίσθη, ἔπειτα δὲ † αὐτοῦ

κατηλ-

κατῆλθε καὶ ἐτιμήθη. Λογγῖνος δέ, καταβοησάντων αὐτοῦ διὰ πρεσβείας τῶν Ἰβήρων, τῆς τε ἀρχῆς ἐξέπεσε, καὶ οἴκαδε ἀνακομιζόμενος, ἐφθάρη πρὸς ταῖς τοῦ Ἴβηρος ἐκβολαῖς. ταῦτα μὲν ἔξω ἐγίγνετο.

Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ, τέως μὲν ἐν τῷ ἀμφιλόγῳ καὶ ἐν μετεώρῳ τά τε τοῦ Καίσαρος καὶ τὰ τοῦ Πομπηίου πράγματα ἦν, ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς πάντες τὰ τοῦ Καίσαρος, ὑπό τε τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τῆς συνούσης σφίσι, καὶ ὑπὸ τοῦ Σερουιλίου τοῦ συνάρχοντος, ἐσπούδαζον· καὶ εἴ τί που κρατήσας ἠγγέλθη, ἔχαιρον· εἴτε καὶ πταίσας, ἐλυποῦντο· οἱ μέν, ἀληθῶς, οἱ δέ, πλαστῶς. καὶ γὰρ κατάσκοποι σφῶν καὶ κατήκοοι πάνθ᾽ ὅσα ἐπ᾽ αὐτοῖς καὶ ἐλέγετο καὶ ἐγίγνετο, παρατηροῦντες πολλοὶ περιενόστουν. ἰδίᾳ δὲ τὰ ἐναντιώτατα τῶν φανερῶν, οἱ τῷ τε Καίσαρι ἀχθόμενοι, καὶ τὰ τοῦ Πομπηίου προαιρούμενοι, καὶ ἔλεγον καὶ ἐποίουν. κἀκ τούτου τά τε † ἀπολελεγμένα κατὰ τὸ πρόσφορον σφίσιν ἀμφότεροι λαμβάνοντες, τοῖς μὲν ‡ δεδιότες, τοῖς δὲ θαρσούντως ἐχρῶντο· καί, οἷα πολλῶν καὶ ποικίλων ἔν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ πολλάκις λογοποιουμένων, χαλεπώτατα διετίθεντο. καὶ γὰρ ἥδοντο καὶ ἐλυποῦντο, καὶ ἐθάρσουν καὶ ἐφοβοῦντο διὰ βραχυτάτου. ἀγγελθείσης δὲ τῆς περὶ Φάρσαλα μάχης, ἐπὶ πολὺ μὲν ἠπίστουν. οὔτε γὰρ ὁ Καῖσαρ τῷ κοινῷ τι ἐπεστάλκει, ὀκνήσας δημοσίᾳ χαίρων ἐπὶ τοιαύτῃ νίκῃ φανῆναι, (διόπερ οὐδὲ ἐπινίκια αὐτῆς ἔπεμψε,) καὶ ὁ παράλογος πρός τε τὴν παρασκευὴν αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα πολὺς ἐφαίνετο. ὡς δ᾽ οὖν ἐπίστευσάν ποτε, τὰς μὲν εἰκόνας τοῦ τε Πομπηίου καὶ τοῦ Σύλλου τὰς ἐπὶ τῷ βήματι ἑστώσας αἶρον, ἄλλο δ᾽ οὐδὲν τότε ἔπραξαν· συχνοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τοῦτο βουλόμενοι ποιῆσαι, συχνοὶ δὲ καὶ τὸν Πομπήιον, μήπως ἀναμαχέσηται, φοβούμενοι, τῷ τε Καίσαρι καὶ ∴ ἐκείνῳ ἱκανῶς ἔχειν ἐνόμιζον, καὶ τὸν Πομπήιον ἀπαραίτητον σφίσι προσεδόκων. ἐπεὶ μέντοι καὶ ἀπέθανεν, ὀψὲ μὲν καὶ τοῦτο, καὶ οὐ πρότερον, πρὶν τὸν δακτύλιον αὐτοῦ πεμφθέντα ἰδεῖν, ἐπίστευσαν. ἐνεγέγλυπτο δὲ ἐν αὐτῷ τρόπαια τρία, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ τοῦ Σύλλου. ὡς δ᾽ οὖν ἐτεθνήκει, φανερῶς τε ἤδη τὸν μὲν ἐπῄνουν, τὸν δὲ ἐλοιδόρουν, καὶ πᾶν ὅ,τι ποτὲ ἐξευρεῖν ἐδύναντο, ἐσηγοῦντο δοθῆναι τῷ Καίσαρι. καὶ ἔν τε τούτῳ πολλὴ παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν πρώτων ἅμιλλα, ὑπερβαλεῖν σφῶν ἀλλήλους τῇ κολακείᾳ σπουδαζόντων, καὶ ἐν τῇ ἐπιχει-

† ἀγγελλόμενα

‡ Steph. δεδιότως,

∴ Xyland. [illegible]

A catum honoribus affecit. Longinus autem à legatis Hispanorum delatus, magistratu excidit, domumque reuertens, in ostiis Iberi fluuii periit. Hęc extra Italiam gesta sunt.

Romæ autem quamdiu res Cæsaris Pompeiique ambiguæ erant, incertoque euentu pendebant, nemo erat, qui nō palam Cæsaris rebus cuperet; metu copiarum, quas is Romæ habebat, collegæque eius Seruilii, impendente. Proinde siue is vicisse nuntiabatur, gaudebant: siue aduersam fortunam sensisse, dolebant. idque alii ex animo faciebant, alii simulabant: (multi enim oberrabant B inspectores, auscultatoresque, quorum erat omnia, quę de his rebus vel dicebantur vel agebantur, obseruare) contra qui Cæsari infensi, Pompeianas partes potiores habebant, diuersissima ab iis, quæ palam fiebant, [a] & loquebantur & agebant. Itaque pro vt noui nuntii acciderant, vtrique eos suis commodis metientes, vel concidebant animis, vel efferebātur: quumque (vt fieri assolet) multi ac varii rumores sæpius vna die, ac non rarò vnius horæ spatio afferrentur, animi eorum maxima affectuum vicissitudine laborabant, minimo momento ex lætitia C in mœstitiam, ex spe in metum conie-cti. Vbi de Pharsalica pugna fama aduenit, diu ei fides habita non est: nam neque Cæsar de eo (quod lætari de huiusmodi victoria videri nolebat: quapropter triumphum quoque eius omisit) ad rempublicā literas dederat: & incredibilem admodū rem eam apparatus vtriusque, spesque de eis conceptæ, efficiebant. Posteaquam tandem creditum est, id tantum egerunt, quod imagines D Pompeii Syllæque, quæ pro rostris stabant, deiecêre. nam erant complures, qui ne hoc quidem faciendum putarent: nec deerant, qui ne Pompeius acceptam cladem sarciret, verentes, satisfactum eo modo Cæsari putarent, Pompeium vero implacabilem sibi fore metuerent. Ne mortem quidem eius crediderunt ante, quam missum Romam annulum eius (in quo tria erant trophæa insculpta: quod Sylla quoque vsurpauerat) viderent. tum vero iam aper-E te Pompeio conuitiis exagitato, Cæsarem laudarunt; ac quæcunque excogitare ad honorem eius potuere, decreuerūt. Qua in re magnum erat inter primos vrbis homines certamen, inuicem se adulando Cæsare superare laborantium; [b] magnaq; à populo suffragia contentione fereban-

a & loquebantur priuatim, & agebant.

b itemque quum suffragia de his o-rant ferenda. Nam & in acclamationibus & gestibus oēs, veluti præsente & inspiciente Cæsare, studium longe maximum declarabāt: putabantq; pro se, quasi aliquid ipsi

tur, quum singuli tanquam præsente atque inspiciente Cæsare acclamationes & gestus omnes magno studio composuissent, sperãtes pro iis (quasi vero aliquid ipsi largirẽtur, ac nõ necessariò id agerẽt) alii se magistratũ, alii sacerdotiũ, [a] alii pecuniã ab eo recepturos. Atq; ego sane eos honores Cæsari tũ decretos, qui vel aliis quoque iam ante concessi fuerant, vt statuas, coronas, primum in consessibus locum, quæque id genus sunt alia; tum eos quoque, quos nouos, ac tum primũ delatos ipse Cæsar repudiauit, omittere statui: ‡ ne negotium mihi ab aliis exhibeatur, non singulos percensenti. Quod idem in sequentibus etiam faciam, idque tanto magis, quanto & plures subinde, & absurdiores sunt honores constituti: ex quibus eos tantum cõmemorabo, qui quum peculiare atq; eximium quiddam haberent, [ab ipso Cæsare] sunt * approbati. Tunc igitur potestatem Cæsari dederunt, (non quod is eam nõ sibi ipse parasset, sed vt iã nunc secundũ leges agere videri posset) de Pompeianis arbitratu suo statuendi: [b] deinde, vt belli pacisque dominus in omnes homines esset, etsi neque ad senatum, neque ad populum de iis retulisset, [c] cuius rei species erat bellum quod aduersus ipsum in Africa parabatur. Hoc ipsum quoque iam ante Cæsari aderat, [d] tantis copiis instructo, quique bella [quidem] quæ gesserat omnia, fere suo iudicio † confecerat. Enimuero Romani, vt adhuc ciues, suiq; iuris esse viderentur, [e] hæc Cæsari decernebant, quæ vel inuitis ipsis obtinere poterat. Quippe hoc etiam accepit, vt quinque continuis annis consulatum gereret: vt dictator non ad semestre tantum spatium, sed in integrum annum diceretur: ad hæc tribunitiam potestatem per omnem vitam suam haberet. Inter eos enim [f] assidere, atque omnia eorum officia gerere reperiebatur: quod permissum alias erat nemini. Itaque omnibus comitiis (præter ea quæ plebis sunt) ipse præfuit: atque ob hanc causam in aduentum eius dilata comitia sub finem anni habita sunt. Iidem [g] quum prouincias sorte consulibus tradidissent, decretum fecerunt, vt extra sortem Cæsar eas prætoribus assignaret. ita cõtra quam statutũ ab ipsis fuerat, iterũ ad consules ac prætores redierant. Aliud quoque fuit, quod Cæsari decernerent, ‡ vsu quidẽ illud receptũ, † sed ob tẽporis anticipationem inuidiæ reprehensionibusq; obnoxium. Triumphare enim eũ de Iuba, Romanisque

a alii opes ab eo

‡ ne molestus sim. recensendis singulis.

* rati sunt habiti.

b deinde decreuerunt, vt es belli pacisq; ius in omnes

c Et decreto præbita occasio ab iis, qui se in Africa contrahebant. Ac licet hoc ipsũ

d qui tantã potestatem habebat,

† susceperat: tamen, vt adhuc ciues

e & hæc, & alia Cæsari omnia decernebant,

f vt iisdem in sellis adsideret, deque rebus vna cum ipsis statueret, quod alioqui nemini licebat, adeptus est. Itaque

g quum prouincias quas dam imperio subditas consulibus, ipsi sortito ne interueniente darent, decreto sanxerunt, vt prætorias Cæsar absq; sorte prætoribus tribueret. Quippe contra, quã

‡ vsu iam quidem

† sed in illa corruptela temporis, & inuidia, & odiis hominum obnoxium.

A ἐρωτονίαν αὐτῶν. πάντες τε γὰρ ἐπιβοήσεσι καὶ τοῖς σχήμασι πάντες, ὡς καὶ παρόντος καὶ ὁρῶντος τοῦ Καίσαρος, πολὺ πλείστην σπουδὴν ἐνεδείκνυντο, καὶ ἐνόμιζον εὐθὺς αὐτ' αὐτοῦ, (ὥσπερ τι αὐτοὶ χαριζόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης αὐτὸ ποιοῦντες) ὁ μὲν ἀρχὴν, ὁ δὲ ἱερωσύνην, ὁ δὲ καὶ χρήματα ἀπολήψεσθαι. ἐγὼ οὖν τὰ μὲν ἄλλα, ὅσα ἤδη καὶ ἑτέροις τισὶ πρότερον ἐψήφισται, εἰκόνας τε καὶ στεφάνους καὶ προεδρίας, τά τε τοιουτότροπα, ἢ καινὰ μὲν, ‡ καὶ τότε ἐσηνέχθη τὰ πρῶτον, οὐ μέντοι καὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐβεβαιώθη, παραλείψω μὴ καὶ δι' ὄχλου γένωμαι, ‡ εἰ μὴ πάντα αὐτὰ ἐπεξίοιμι. ὃ δὴ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα, καὶ μᾶλλόν γε ὅσῳ καὶ πλείω καὶ ἀτοπώτερα ἀεὶ εἰσήγετο, ποιήσω· μόνα δὲ ὅσα ἴδιόν τέ τι καὶ ἐξαίρετον ἔχοντα ἐκυρώθη, καταλέξω. τούς τε γὰρ τὰ τοῦ Πομπηίου φρονήσαντας ἐπέτρεψαν αὐτῷ πλὴν ὅ,τι ποτ' ἂν ἐθελήσῃ δρᾶσαι· (οὐχ ὅτι καὶ αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ οὐ τοῦτο λαβὼν εἶχεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν νόμῳ ἤδη τινὶ αὐτὸ ποιεῖν δόξῃ) καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κύριον, προφάσει τῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνισταμένων, πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ἀπέδειξαν αὐτὸν, κἂν μηδὲν μήτε τῷ δήμῳ μήτε τῇ βουλῇ περὶ αὐτῶν κοινώσηται. καὶ ἦν μέν που καὶ τοῦτο καὶ πρὶν ἐπ' ἐκείνῳ, ἅτε καὶ δύναμιν τηλικαύτην ἔχοντι· (τοὺς γοῦν πολέμους οὓς ἐπολέμησε πάντας, ὀλίγου καθ' ἑαυτὸν ἀνείλετο) ὅμως δ' οὖν αὐτοί (πολῖταί τε γὰρ καὶ αὐτοτελεῖς ἔτι δοκεῖν εἶναι ἤθελον) ταῦτά τε οὕτως ἐψηφίσαντο, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἔχειν ἐδύνατο. ὕπατός τε γὰρ ἔτη πέντε ἐφεξῆς γενέσθαι, καὶ δικτάτωρ οὐκ εἰς † ἕκμηνον, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον λεχθῆναι ἔλαβε· τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου, ὡς εἰπεῖν, προσέθετο. συγκαθίζεσθαί τε γὰρ ἐπὶ τῶν αὐτῶν βάθρων, καὶ ἐς τἆλλα συνεξετάζεσθαί σφισιν (ὃ μηδενὶ ἐξῆν) εὕρετο. αἵ τε γὰρ ἀρχαιρεσίαι πᾶσαι, πλὴν τῶν τοῦ πλήθους, ἐπ' αὐτῷ ἐγίγνοντο. καὶ διὰ τοῦτο ἐς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀναβληθεῖσαι, ἐπ' ἐξόδῳ τοῦ ἔτους ἐπετελέσθησαν. τάς τε ἡγεμονίας τὰς ἐν τῷ ὑπηκόῳ τοῖς μὲν ὑπάτοις αὐτοὶ δῆθεν ἐκλήρωσαν, τοῖς δὲ δὴ στρατηγοῖς τὸν Καίσαρα ἀκληρωτὶ δοῦναι ἐψηφίσαντο· ἔς τε γὰρ τοὺς ὑπάτους καὶ ἐς τοὺς στρατηγοὺς αὖθις παρὰ τὰ δεδογμένα σφίσιν ἐπανῆλθον. καὶ ἕτερον δέ τι, εἰθισμένον μὲν γίγνεσθαι, ἐν δὲ δὴ τῇ τοῦ καιροῦ διαφορᾷ καὶ ἐπίφθονον καὶ νεμεσητὸν ὂν, ἔγνωσαν. τοῦ γὰρ πολέμου τοῦ πρός τε τὸν Ἰόβαν καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους

‡ ἢ ἃ ἐ τῶν

‡ εἰ μὴ ταῦτα

† ἑξάμηνον

μαχίοις τοὺς μετ' αὐτοῦ πολεμήσαντας, ὃν ὁ Καῖσαρ οὐδέπω τότε, οὐδ' ὅτι γενήσοιτο, ἠπίστατο, πέμψαι τινὰ αὐτῷ νικητήρια, ὡς κεκρατηκότι, προσέταξαν. ταῦτ' οὖν οὕτω καὶ ἐψηφίσθη καὶ ἐκυρώθη· καὶ ὅ τε Καῖσαρ τὴν δικτατωρείαν παραχρῆμα (καίπερ ἔξω τῆς Ἰταλίας ὢν) ὑπέστη, καὶ τὸν Ἀντώνιον, μηδὲ ἐστρατηγηκότα, ἵππαρχον προσειλόμενος. καὶ εἵπετο τούτῳ † ὁ ὕπατος, καίτοι τῶν οἰωνιστῶν σφοδρότατα ἀντειπόντων μηδενὶ ἐξεῖναι πλείω τοῦ ἑξαμήνου χρόνον ἱππαρχῆσαι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν γέλωτα ἐπὶ τούτῳ πολὺν ὠφλίσκανον, αὐτὸν μὲν τὸν δικτάτωρα εἰς ἐνιαυτὸν παρὰ πάντα τὰ πάτρια λεχθῆναι γνόντες, περὶ δὲ δὴ τοῦ ἱππάρχου ἀκριβολογούμενοι.

† ἢ ὕπατος,

Ὁ δὲ δὴ † Κεκίλιος ὁ Μάρκος καὶ ἀπώλετο, τολμήσας τὰ περὶ τῶν δανεισμάτων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ὁρισθέντα, καθάπερ ἡττημένου τε αὐτοῦ καὶ ἐφθαρμένου, λῦσαι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Καμπανίαν ἐκταράξαι. οὗτος γὰρ ἀντέπραξε πρῶτος τοῖς τοῦ Καίσαρος, δι' ἃ καὶ στρατηγὸς ἀπεδείχθη. ὀργισθεὶς δὲ ὅτι τε μὴ ἀστυνόμησε, καὶ ὅτι καὶ ὁ Τρεβώνιος ὁ συνάρχων αὐτοῦ οὐ κληρωτὸς, (ὥσπερ εἴθιστο) ἀλλ' αἱρετὸς ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὴν ἀστυνομίαν προεκρίθη, ἠναντιοῦτο πρὸς πάντα τῷ συνάρχοντι· καὶ οὔτ' ἄλλο τι τῶν ἐπιβαλλόντων οἱ ποιῆσαι ἐπέτρεπεν, οὔτε τὰς δίκας κατὰ τοὺς τοῦ Καίσαρος νόμους τελέσαι συνεχώρει· καὶ προσέτι τοῖς ὀφείλουσί τι βοηθήσειν ἐπὶ τοὺς δεδανεικότας καὶ τοῖς ἐν ἀλλοτρείων οἰκοῦσι τὸ ἐνοίκιον ἀφήσειν ἐπηγγέλλετο. προσθέμενος δὲ ἐκ τούτου συχνοὺς, ἐπῆλθε μετ' αὐτῶν τῷ Τρεβωνίῳ· καὶ ἀπέκτεινεν ἂν αὐτὸν, εἰ μὴ τὴν ἐσθῆτα ἠλλάξατο, καὶ διέφυγε σφᾶς ἐν τῷ ὄχλῳ. διαμαρτὼν δὲ τούτου, νόμον ἰδίᾳ ἐξέθηκε, προῖκά τε τὰς οἰκήσεις διδοὺς, καὶ τὰ χρέα ἀποκόπτων. ὁ οὖν Σερουίλιος στρατιώτας τέ τινας ἐς Γαλατίαν κατὰ τύχην παριόντας μετεπέμψατο, καὶ τὴν βουλὴν τῇ παρ' αὐτῶν φρουρᾷ συναγαγὼν, προέθηκε γνώμην περὶ τῶν παρόντων· καὶ κυρωθέντος μὲν μηδενὸς (οἱ δήμαρχοι γὰρ ἐκώλυσαν) συγγραφέντος δὲ τοῦ δόξαντος, ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις καθελεῖν τὰ πινάκια· ἐπειδή τε ὁ Κεκίλιος ἐκείνους τε ἀπήλασε, καὶ αὐτὸν τὸν ὕπατον ἐς θόρυβον κατέστησε, συνῆλθον αὖθις φραξάμενοι τοῖς στρατιώταις, καὶ τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως τῷ Σερουιλίῳ (ὥσπερ ἄνω μοι πολλάκις εἴρηται) παρέδοσαν. καὶ ὁ μὲν οὐδὲν ἐκ τούτου τῷ Κεκιλίῳ, ὡς καὶ στρατηγοῦντι, πρᾶξαι ἐφῆκεν, ἀλλὰ τά τε προσήκοντα τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ ἄλλῳ τῷ τῶν στρατηγῶν προσέταξε, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνόν τε τοῦ συνεδρίου εἶρξε, καὶ ἀπὸ τοῦ βήματος καταβοῶντά τι κατέσπασε, τόν τε δίφρον αὐτοῦ συνέτρι-

† Κίλιος, aut Καίλιος

A manisq; , qui cum eo militabant, iusserũt quasi iam parta victoria: quum ne futurum quidem tunc id bellum sciret Cæsar. His ita decretis approbatisq; , Cæsar, quãuis extra Italiam erat, statim dictaturam occepit, magistro equitum assumpto Antonio, qui prætor nondum fuerat. Isq; ab hoc magistratu consul deinde factus est, summopere reclamantibus auguribus, non licere magistro equitum vltra sextum mẽsem magistratum tenere. Verum hi multo risu excepti sunt, quod quũ contra omnia maiorũ instituta dictatori B annuum imperium statuissent, de magistro equitum accuratam rationem inire vellent.

At M. ‡ Cæcilius, ausus ea, quæ de pecuniis creditis Cæsar constituerat, tanquam eo victo atque mortuo, rescindere, huiusque rei ergò Roma Campaniaque concitata, periit. Is primus Cæsaris actionib. ‡ resistere ausus est, eratq; ob id prætor creatus. Indigne autem ferens, præturam vrbanam sibi [a] non obtigisse, sed C collegam Trebonium (qui nõ electus de more, sed à Cæsare constitutus erat) sibi prælatum esse, omnibus ei se in rebus opposuit: [b] & cum alia eius officia impediuit, tum non passus est, vt secundum Cæsaris leges ius diceret. Ipse præterea auxilia debitorib. aduersum creditores, mercedesq; habitationum annuas se conductoribus ‡ donaturũ pollicebatur. Ita magna sibi multitudine adiuncta, impetũ in Treboniũ fecit: sed is mutata veste inter turbã elapsus, vitæ periculũ euitauit. Vbi D is conatus irritus fuit, legẽ per se promulgauit, qua merces habitationũ omnis cõductoribus remittebatur, tabulæq; nouæ proponebantur. Forte tũ milites in Galliã ibant, eos Seruilius cõsul ad se vocauit, senatumq; hoc præsidio circũfuso habens, de re præsenti retulit. Quũ tribunis plebis intercedentibus senatusconsultũ non fieret, tamen autoritas senatus perscripta est: iussitq; , lictores vt legis tabulas tollerent. Eos Cæcilius quũ repulisset, ac cõtra ipsũ consulem tumultum concitasset; iterũ seE natus militib. septus conuenit, Seruilioq; custodiã vrbis (quod qua ratione fieret, supra non semel demonstrauimus) mandauit. Itaq; consul, secundũ hoc mandatum, omni prætoria administratione Cæcilium prohibuit, eiusque munus alii prætori attribuit, ipsum senatu exclusit, concionarique intendentem de rostris detraxit, eiusque sellam confregit.

‡ Cælius

‡ restitit, eratq;

a non obtigisse, collegamque Trebonium non sorte promo-re prisco, sed electione Cæsaris in præturam sibi prælatum Vrbanam, omnib. ei

b & cum alia ipsius ad officium spectantia impediuit,

‡ remissurũ

Quæ singula etsi magnã Cęcilio iram mo-
uebant, tamen quod satis virium in vrbe
non habebat, veritus ne pœnas insuper
daret, in Campaniã ad Milonẽ proficisci
instituit, ipsum quoque nouas res co-
nantem. Quum enim Milo solus exu-
lum à Cæsare in patriam reductus non
esset, in Italiam aduenit: ibi magna ho-
minum vi coacta, qui vel egestate, vel
metu supplicii tenebantur, regionem ma-
leficiis vrgebat, vrbesque cum alias, tum
Capuam ipsam tentabat. [a] Cum eo se
coniungendi consilium, eiusque auxilio
Cæsarem quibuscunque posset modis lę-
dendi Cæcilius vbi cœpit, quum nec pa-
lam ab vrbe proficisci posset, (obserua-
batur enim) [b] & consilium non videretur
vt clam profugeret, præsertim quia sub
habitu & nomine prætoris longe plura,
quam sine his, consequi se posse sperabat;
ad consulem accessit, ab eoque commea-
tum ad Cæsarem proficiscendi orauit.
Seruilius, etsi suspicabatur, quid ei in ani-
mo esset, tamẽ vehementius instanti, no-
menq; Cæsaris inuocanti, & ad purgatio-
nem sui properare simulãti, profectionis
facultatem dedit: adiuncto tribuno ple-
bis, qui eum, si quid noui moliri vellet,
coerceret. Cæcilius postquam in Campa-
niam aduenien offendit, Milonẽ re infe-
liciter ad Capuam gesta, in Tifata (montis
id Capuæ imminentis nomen est) confu-
gisse, substitit. Itaq; [c] veritus tribunus ple-
bis [nequid mali agitaret,] domũ eum re-
ducere voluit. At Seruilius re mature co-
gnita, contra Milonem bello in senatu
decreto, Cæcilium in suburbio manere
iussit, ne quid turbæ daret: accurata tamẽ
custodia, vt qui prætor esset, non obserua-
uit. [Qua occasione vsus] Cæcilius aufu-
git, ad Milonemq; magnis itineribus cõ-
tendit: quẽ si superstitem inuenisset, haud
dubie aliquos tumultus concitasset: nunc
Milone Campania eiecto, atque in Apu-
lia perempto, in Brutios se contulit, quód
uel in iis locis se consequi quicquam pos-
se speraret. Cęterum ab iis, qui Cæsarianis
rebus studebãt, coitione facta, priusq̃ vllã
rẽ cõmemoratu dignam conficeret, cæsus
est. Hic Miloni ac Cæcilio fuit vitæ finis.

Cæterum ne sic quidem Roma quie-
ta fuit, sed multa ac magna mala ei eue-
nerunt, quemadmodum id prodigia por-
tenderant. [d] Circumacto enim iam eo
anno, inter alia ostenta, apes quoque in
Capitolio iuxta Herculis statuam sedem
occupauere, quum Isidi sacra fierent. Ita-
que [e] aruspices omnia templa Isidis Sera-
pidisq; demoliri iusserunt: quod dum fit,
Bello-

a Ad eum excurrendi consilium,

b & clã profugere non auderet,

c metu correptus,

d Nam in eius anni fine

e aruspices iterũ omnia

A ψεν. ὁ δὲ ὀργὴν μὲν πολλὴν καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐ-
ποιεῖτο, δεδιὼς δὲ μὴ καὶ κολασθῇ (δύναμιν γὰρ ἀξιό-
μαχον ἐν τῇ πόλει οὐκ εἶχεν) ἐς Καμπανίαν
πρὸς Μίλωνα νεωτερίζοντά τι ἀπαίρειν ἔγνω.
ἐκεῖνος γὰρ, ἐπειδὴ μόνος τῶν φυγάδων οὐ κατή-
χθη πρὸς τοῦ Καίσαρος, ἔς τε τὴν Ἰταλίαν ἀφίκε-
το, καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους, τοὺς μὲν, βίου δεομένους,
τοὺς δὲ, καὶ τιμωρίαν τινὰ δεδιότας, συλλέξας, τήν τε
χώραν ἐκακούργει, καὶ ταῖς πόλεσι ταῖς τε ἄλλαις καὶ τῇ
Καπύῃ προσέβαλε. πρὸς οὖν τοῦτον ὁ Κεκίλι-
ος ἀφορμῆσαι θελήσας, ὥστε μετ' αὐτοῦ πᾶν ὅ, τι
B δύναιτο τὸν Καίσαρα λυπῆσαι, ἐπειδὴ μήτε ἐκ
τοῦ προφανοῦς ἐκδημῆσαι ἐδύνατο, (παρετηρεῖτο
γὰρ) μήτ' αὖ ἐκδρᾶναι ἐτόλμα, διά τε τἆλλα, καὶ
ὅτι πολλῷ πλείω ἔν τε τῷ σχήματι καὶ ἐν τῷ ὀνόματι
τῷ τῆς στρατηγίας ὢν καταπράξειν ἤλπιζε, τῷ τε
ὑπάτῳ προσῆλθε, καὶ παρῃτεῖτο αὐτὸν, λέγων
πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπελθεῖν βούλεσθαι. ὑποτοπή-
σας οὖν ἐκεῖνος τὴν διάνοιαν αὐτοῦ, ἐπέτρεψε μὲν
οἱ τοῦτο ποιῆσαι, ἄλλως τε καὶ ὅτι πολὺ ἐνέκειτο
τό, τε τοῦ Καίσαρος ὄνομα ἐπικαλούμενος, καὶ πρὸς
C τὴν ἀπολογίαν δὴ ἐπείγεσθαι σκηπτόμενος. συνέπεμ-
ψε δὲ αὐτῷ δήμαρχόν τινα, ἵν' εἴ τι νεοχμῶσαι τολ-
μήσειε, κωλυθείη. ὡς δ' ἐν τῇ Καμπανίᾳ ἐγένον-
το, καὶ ὅ, τε Μίλων πταίσας πρὸς τῇ Καπύῃ ἐς τὰ
† Τιφατῖνα ὄρη κατεπεφεύγει, καὶ ὁ Κεκίλιος
οὐκέτι περαιτέρω προεχώρει, δείσας ὁ δήμαρ-
χος οἴκαδε ἐπαναγαγεῖν αὐτὸν ἠθέλησε. προπυ-
θόμενος οὖν ταῦθ' ὁ Σερουΐλιος, τῷ μὲν Μίλωνι
πόλεμον ἐν τῇ βουλῇ ἐπήγγειλε, τὸν δὲ δὴ Κεκί-
λιον ὑπομεῖναι μὲν ἐν τῷ προαστείῳ, μὴ καὶ τα-
D ράξῃ τι, ἐκέλευσεν, οὐ μέντοι διὰ φυλακῆς ἀ-
κριβοῦς, ἅτε καὶ στρατηγοῦντα, ἐποιήσατο· ἀπέδρα
τε οὖν, καὶ πρὸς τὸν Μίλωνα ἠπείγετο. κἂν ἐτάρα-
ξέ τι ταραχῶδες, εἰ ζῶντα αὐτὸν εὑρήκει· νῦν δ',
ἐκ τῆς Καμπανίας ἐκπεσόντος αὐτοῦ, καὶ ἐν Ἀπυ-
λίᾳ φθαρέντος, ἔς τε τὴν † Βρεττανίαν ἦλθεν, ὡς ἐν-
ταῦθά γέ τι συστήσων, καὶ ἐκεῖ, πρὶν ποιῆσαι λόγου
τι ἄξιον, ἀπώλετο. συστραφέντες γὰρ οἱ τὰ τοῦ Καί-
σαρος πράττοντες ἀπέκτειναν αὐτόν· καὶ οἱ μὲν οὕ-
τως ἀπέθανον.

Οὐ μέντοι καὶ ἡσυχία παρὰ τοῦτο ἐν τῇ Ῥώμῃ
ἐγένετο, ἀλλὰ πολλὰ καὶ δεινὰ συνηνέχθη, ὥσπερ που
καὶ τὰ τέρατα προεδήλωσεν. ἐκείνῳ τε γὰρ τῷ ἔτει
E τελευτῶντι ἄλλα, τε συνέβη, καὶ μέλισσαι ἐν τῷ
Καπιτωλίῳ παρὰ τὸν Ἡρακλέα ἱδρύθησαν. ἐτύγχα-
νε γὰρ ἱερὰ Ἴσιδι τότε γιγνόμενα. ἔδοξε γνώμη τῶν
μάντεων πάντα αὖθις τά τε ἐκείνης καὶ τὰ τοῦ Σαράπι-
δος τεμενίσματα κατασκάψαι. γιγνομένου δὲ τούτου, καὶ

† Xyl. φατινά

† Βρετίαν

Ἐνυοῦς τι λαθὸν σφᾶς προσκαθῃρέθη· καὶ ἐν αὐτῷ κεράμια ἀνθρωπείων σαρκῶν μεστὰ εὑρέθη. τῷ τε ἐχομένῳ σεισμὸς ἰσχυρὸς ἐγένετο· καὶ βύας ὤφθη· κεραυνοί τε ἔς τε τὸ Καπιτώλιον καὶ ἐς τὸν Τύχης τῆς δημοσίας καλουμένης ναόν, ἔς τε τοὺς τοῦ Καίσαρος κήπους κατέσκηψαν. κἀνταῦθα ἵππος τις τῶν οὐκ ἠμελημένων ἀπέθανεν ὑπ᾽ αὐτῶν, καὶ τὸ Τυχαῖον αὐτόματον ἀνεῴχθη. πρὸς δὲ τούτοις, αἷμά τε ἐξ ἐργαστηρίου σιτοποιοῦ προχυθὲν ἀφίκετο πρὸς νεὼν ἕτερον Τύχης, ἣν ἐκ τοῦ πάντα τά τε ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τὰ κατόπιν καὶ ἐφορᾶν καὶ ἐκλογίζεσθαι χρῆναί τινα, μηδὲ ἐπιλανθάνεσθαι ἐξ οἵων οἷος ἐγένετο, καὶ ἱδρύσαντο καὶ ἐπεκάλεσαν, τρόπον τινὰ οὐκ εὐδιαφήγητον Ἕλλησι. καὶ βρέφη τινὰ τὰς ἀριστερὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χεῖρας ἔχοντα ἐγεννήθη. ὥστε ἔκ τε τῶν ἄλλων μηδὲν ὑγιὲς ὑποπτεύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων μάλιστα τὴν τῶν ὑποδεεστέρων κατὰ τῶν προτετιμημένων ἐπανάστασιν, τούς τε μάντεις προειπεῖν, καὶ τὸν δῆμον προσδέχεσθαι. ταῦτα μὲν οὕτως ὑπὸ τοῦ δαιμονίου προδειχθέντα ἐτάραττεν αὖθις· συνεπελάβετο δὲ σφίσι τοῦ φόβου καὶ ἡ ὄψις αὐτὴ τῆς πόλεως δεινὴ καὶ ἀήθης, ἔν τε τῇ νουμηνίᾳ, καὶ ἔπειτα ἐπὶ πολὺ γενομένη. ὕπατος μὲν γὰρ οὐδείς, οὐδὲ στρατηγὸς οὐδέπω ἦν. ὁ δὲ δὴ Ἀντώνιος † οὐδέπω μέν, ἐσθῆτος εἵνεκα, (τῇ γὰρ περιπορφύρῳ ἐχρῆτο) καὶ ῥαβδούχων, (τοὺς γὰρ ἓξ μόνους εἶχε) τοῦ τε τὴν βουλὴν ἀθροίζειν, εἰκόνα τινὰ τῆς δημοκρατίας παρείχετο· τῷ δὲ δὴ ξίφει ᾧ παρέζωστο, καὶ τῷ πλήθει τῶν συνόντων οἱ στρατιωτῶν, τοῖς τε ἔργοις αὐτοῖς ὅτι μάλιστα τὴν μοναρχίαν ἐνεδείκνυτο. καὶ ἦν οὐ τὸ παρὸν μόνον τοῖς Ῥωμαίοις χαλεπώτατον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἐς τὸν Καίσαρα πολὺ πλείω καὶ δεινότερα ὑπωπτεύετο. ὅπου γὰρ ὁ ἵππαρχος οὐδὲ ἐν ταῖς πανηγύρεσι τὸ ξίφος κατετίθετο, (τὰς γὰρ πλείους ταῖς τοῦ Καίσαρος παρασκευαῖς ἐπετέλεσεν. ὀλίγας γάρ τινας καὶ οἱ δήμαρχοι ἐποίησαν) τίς οὐκ ἂν αὐτὸν τὸν δικτάτορα ὑπετόπησεν; εἰ γάρ τις καὶ τὴν χρηστότητα αὐτοῦ, ὑφ᾽ ἧς πολλῶν καὶ ἀντιπολεμησάντων οἱ ἐπεφείσατο, ἐνενόει, ἀλλ᾽ οὔτοι καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων τοὺς περιελθόντας ἀρχῆς καὶ τοὺς κατακρατήσαντας αὐτῆς, μένοντας ἰδόντες, καὶ ἐκεῖνον ἀλλοιωθήσεσθαι προσεδόκων. ἐλυποῦντό τε οὖν, καὶ πολλὰ πρὸς ἀλλήλους, οἷς γε καὶ ἀσφάλειά τις ἦν, διελάλουν. οὐ γάρ που καὶ πᾶσιν ἀδεῶς συγγενέσθαι ἐδύναντο. κἂν γὰρ πάνυ φίλοι ἐδόκουν τισὶν εἶναι, συγγενεῖς τε

† οὐκ ὕπατος ὤν, ἐσθῆτος ἕνεκα

A Bellonæ quoque ædes inscientibus illis deiecta est, in eaque vasa figulina carnibus humanis plena reperta sunt. Anno † insequenti terræmotus ingens accidit, buboq; visus est, fulminibusq; Capitoliũ & fanum Fortunæ publicæ, hortiq; Cæsaris tacti: equus inter pretiosos habitus iis exanimatus: delubrum Fortunæ sponte sua apertum est. Præterea sanguis ex pistrino effusus ad alterius Fortunæ templum profluxit, [a] quam (quod omnia quæ ante oculos ac post se posita sint, cernat, atque expendat, moneatque debere vnũ B quemque meminisse à quibus maioribus ortus, qualisque ipse sit) nomine Græcis explicatu difficili [Primigeniam] Latini vocant, infantes etiam nonnulli, sinistras capitib. impositas habentes, nati sunt. Quum alia prodigia metum rerum parum faustarũ obtulissent, tũ præsertim [postremo] † hoc significari, inferioris gradus homines contra nobiliores insurrecturos, & vates prædixerunt, & populus opinatus est. Ita animos Romanorum quum dii his ostentis conturbassent, auxit metum ipsa forma vrbis, quæ C misera ac insolens cum ipsis kalendis Ianuariis, tum multo post etiam tempore videbatur. Neq; enim vel consul vllus, vel prætor aderat. [b] Antonius quidẽ veste (eam purpura prætextam habebat) & lictoribus, (quibus sex tantum vtebatur) & quia senatum conuocabat, speciem quandam popularis reipublicæ status exhibebat: gladio autem, quo accingebatur, multitudineque stipantium ipsum militum, ipsisque præcipue actionibus, penes vnum esse totam summam rerum demonstrabat. Ac non præsens modo conditio Romanis erat molestissima, sed D longe plura atque atrociora à Cæsare ipso expectabant. Quum enim magister equitum ne ludis quidem (quos plerosque ipse Cæsaris sumptibus curabat, paucos vero nonnullos tribuni plebis administrabant) gladium deponeret, quid facturum ipsum dictatorem existimarent? Atque si quibus in mentem de eius clementia veniebat, qua multis, qui contra ipsum arma tulerant, pepercerat: [c] tamen quod diuersos esse animi sensus eorum, qui imperium affectant, & E eorum, qui eo iam potiti sunt, ipsum quoque immutatum iri censebant. [d] Itaque ægre rem ferentes, varios inter sese, si qui tuto id poterant, sermones conferebant. Neque vero tutum erat cum omnibus communicare. nam qui vel amicissimi esse videbantur, aut etiam genere

† proximo

a quam ea de causa, quod omnia & ante oculos & retro posita, tum respicere, tũ expendere quisq; deberet, atque obliuisci, ex qua lib. qualis ortus ipse sit, & consecrarunt Romani, & ab [eo] nominarunt, modo quodam Græcis inexplicabili;

† hic

b Antonius licet consul non esset, veste

c tamẽ quod eos, qui adfectant imperium, & qui tam eo potiti sunt, non iisdem manere moribus viderent, ipsum quoq;

d Itaq; mœstiebant, & variae

propinqui, iis suos deferebant, vt male deroitis eorum dictis, vel mendaciis omnino in eos confictis. Quod plerisque mœstitiam augebat, quum neque luctum suum, neque sensum animi sui aliis communicandi facultatem habentes, ea liberari nullo modo possent. Nam ipsa conuersatio cum iis, qui in iisdem erant malis, alleuationem quandam afferebat: quumque quis tuto & quæ ipse pateretur, retulisset, & alterius miserias vicissim exaudisset, sui oneris partem abiecisse sibi videbatur: contra infidelitas eorum, quibuscum erat viuendum, vt mœror pectore conclusus teneretur, idque magis magisque vreret, efficiebat: vbi nec arcanum proferre, neque vllam eius requiem inuenire dabatur. Huc accedebat, quod non [a]affectus tantum suos occultos in corde suo quisque seruare cogebatur, sed præsentem insuper conditionem laudare, admirationi ducere, dies festos agere, sacra facere hilaremque, sese [b] ostendere opus habebat.

[Ac] perinde vero atque si non satis malorum ab Antonio haberent, L. præterea Trebellius, & P. Cornelius † Dolobella tribuniplebis, seditione vrbē agitarunt: hic debitoribus opitulabatur, (nam ipse quoque in eorum numero erat, ac ea de causa, vt posset tribunusplebis fieri, à patriciis ad plebem transiuerat) [c]Trebellius auxilio se nobilitati fore præ se ferebat: cæterum leges promulgare, cædesque exercere, ambobus erat commune. Hinc tumultus ingens existebat, armaque omnibus locis frequentia conspiciebantur: quanquam senatusconsultum factum fuerat, nequis nouam vllam rem ante Cæsaris aduentum tentaret: Antoniusque priuatis gestatione armorum in vrbe interdixerat. Quum nemo obtemperaret, sed seditiosi omnia & aduersum se mutuo, & contra senatum Antoniumque molirentur? tertia factio contra vtrumque Antonii ac senatus fuit, quum Antonio, vt arma potestatemque eam, qua ante occupata vtebatur, à senatu videretur accepisse, patres permitterent; vt intra vrbem exercitum haberet, ipseque cum reliquis tribunisplebis custodiam vrbis susciperet. Itaque Antonius ex lege omnia, quæ vellet, agebat: Dolobella autem, Trebelliusque, quum per vim agere dicerentur, freti tamen audacia sua, apparatuq;, & se inuicem & Antonium oppugnabant, tanquā ipsi quoq; imperiū aliquod à senatu accepissent.

a dolores

b ostendere cogebatur. Et hoc quidem modo adfecti erant Romani, qui tunc in vrbe degebant. Ferunde vero, atque

† Dolabella

c Trebellius optimatum partes tueri se ferebat, praeterque vt alter vitae, & libellos publice proponebat, & cædes exercebat. Hinc tumultus

A ἑτέροις διέβαλλον σφᾶς, τὰ μὲν παραφέροντες, τὰ δὲ καὶ παντάπασι καταψευδόμενοι. ὅθεν οἱ λοιποὶ καὶ κατὰ τοῦτο οὐχ ἥκιστα ἐκακοπάθουν, ὅτι μήτε προσολοφύρασθαι μήτ' ἐπικοινώσασθαί τινι ἔχοντες, οὔτ' ἀπαλλαγῆναί ποτε αὐτοῦ ἐδύναντο. ἡ μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοιοπαθεῖς συνουσία ἔφερέ τινα αὐτοῖς κούφισιν. καί τις ἀσφαλῶς ἐκλαλήσας τέ τι, καὶ ἀντακούσας οἷα ἔπαθον, ῥᾴων ἐγίγνετο. ἡ δὲ πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπιστία καθεῖργνυ τε ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τὴν ἀνίαν, καὶ ἐπὶ πλεῖον αὐτὰς ἐξέκαε, μήτε τὰ ἀπόρρητα λεγούσας, μήτ' B ἀνάπαυσίν τινα λαμβανούσας. πρὸς γὰρ τῷ κατέχοντα ἔνδον τὰ παθήματα σφᾶς τηρεῖν, καὶ εὐλογεῖν αὐτὰ καὶ θαυμάζειν, ἑορτάζειν τε καὶ βουθυτεῖν, † ἐνθυμεῖσθαί τε ἐπ' αὐτοῖς ἠναγκάζοντο. οὕτω μὲν οἱ Ῥωμαῖοι οἱ ἐν τῇ πόλει τότε ὄντες διετέθειντο.

† εὐθυμεῖσθαί τε

Ὥσπερ δὲ οὐκ ἀποχρῶν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου κακοῦσθαι, Λούκιός τέ τις Τρεβέλλιος καὶ Πούπλιος Κορνήλιος † Δολοβέλλας δήμαρχοι ἐστασίαζον. ὁ μὲν γὰρ τοῖς ὀφείλουσιν (ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ διὰ καὶ ἐκ τῶν εὐπατριδῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπὶ τῇ δημαρχίᾳ μετέστη) C συνηγωνίζετο· ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε μὲν τῶν ἀμεινόνων προΐστασθαι, ἐκ δὲ δὴ τοῦ ὁμοίου αὐτῷ καὶ γράμματα ἐξετίθει, καὶ σφαγαὶ ἐγίγνοντο. ταραχή τε οὖν καὶ ἐκ τούτων πολλὴ ἐγίγνετο, καὶ ὅπλα πολλὰ καὶ πανταχοῦ ἑωρᾶτο· καίτοι τῶν βουλευτῶν ἀπαγορευσάντων μηδὲν πρὸ τῆς τοῦ Καίσαρος ἀφίξεως νεοχμωθῆναι, καὶ τοῦ Ἀντωνίου, μηδένα ἐν τῷ ἄστει ἰδιώτην ὁπλοφορεῖν. καὶ (οὐ γὰρ ἐσήκουον, ἀλλὰ πάντα D δὴ πάντως καὶ ἐπ' ἀλλήλοις καὶ ἐπ' ἐκείνοις ἔπραττον) τρίτη στάσις τοῦ τε Ἀντωνίου καὶ τῆς γερουσίας ἐγένετο. ἵνα γὰρ καὶ παρ' αὐτῆς τὰ ὅπλα καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν ἐπ' αὐτοῖς, ᾗ φθάσας ἐχρῆτο, προστεθεῖσθαι νομισθείη, στρατιώτας τε ἐντὸς τοῦ τείχους τρέφειν, καὶ τὴν πόλιν διὰ φυλακῆς μετὰ τῶν ἄλλων δημάρχων ποιεῖσθαι ἔλαβε. κἀκ τούτου Ἀντώνιος μὲν ἐννόμως δή τινι πάνθ' ὅσα ἐπεθύμει ἔδρα· Δολοβέλλας δὲ καὶ Τρεβέλλιος ὄνομα μὲν βιαίου πράξεως εἶχον, E ἀντηγωνίζοντο δέ, ὑπό τε τῆς θρασύτητος καὶ ὑπὸ τῆς παρασκευῆς, καὶ ἀλλήλοις καὶ ἐκείνῳ, ὥσπερ τινὰ καὶ αὐτοὶ ἡγεμονίαν παρὰ τῆς βουλῆς εἰληφότες. κἀν τούτῳ Ἀντώνιος, πυθό-

† Δολαβέλλας

Interim

μενος, τὰ στρατόπεδα ἃ μετὰ τὴν μάχην ὁ Καῖσαρ ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὡς καὶ ἐφεψόμενος σφίσι, προεπεπόμφει μηδὲν ὑγιὲς δρᾶν, καὶ φοβηθεὶς μὴ νεωτερίσωσι, τὸ μὲν ἄστυ τῷ Καίσαρι τῷ Λουκίῳ ἐπέτρεψε, πολίαρχον αὐτὸν ἀποδείξας, (ὃ μὴ πώποτε τῷ ἱππάρχῳ ἐξουσία ποιῆσαι ἦν) αὐτὸς δὲ πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐξώρμησεν. οἱ οὖν δήμαρχοι οἱ διαστασιάζοντες σφίσι, τοῦ τε Λουκίου διὰ τὸ γῆρας καταφρονήσαντες, καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ, μέχρις οὗ τὸν Καίσαρα τά τε ἐν τῇ Αἰγύπτῳ διαπεπραχότα καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ὡρμηκότα ἐπύθοντο, καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ἐξειργάσαντο. ὡς γὰρ οὐκέτ' αὐτοῦ ἐπανήξοντος, ἀλλ' ἐκεῖ που πρὸς τῶν Αἰγυπτίων, ὥσπερ που ἤκουον, ἀπολωλότος διεφέροντο. τότε δὲ χρόνον μέν τινα ἐμετρίαζον, ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τὸν Φαρνάκην ἐκεῖνος πρότερον ἐπεστράτευσεν, ἐστασίασαν αὖθις. ὁ οὖν Ἀντώνιος μήτ' ἐπισχεῖν αὐτοὺς δυνάμενος, καὶ τῷ πλήθει διὰ τὴν πρὸς τὸν Δολοβέλλαν ἐναντίωσιν προσκεκρουκὼς, τὰ μὲν πρῶτα τούτῳ προσέθετο, καὶ τὸν Τρεβέλλιον ἄλλα τε ἐπῃτιᾶτο, καὶ ὅτι τοὺς στρατιώτας σφετερίζοιτο· ἔπειτα δὲ αἰσθόμενος τὸν ὅμιλον αὐτοῦ μὲν μηδὲν προτιμῶντα, τῷ δὲ δὴ Δολοβέλλᾳ μόνῳ προσκείμενον, ἤχθετο, καὶ μετεβάλλετο, ἄλλως τε καὶ ὅτι τῆς μὲν παρὰ τοῦ πλήθους χάριτος ἐκοινώνει, τῆς δὲ παρὰ τῆς βουλῆς αἰτίας τὸ πλεῖστον μετελάμβανε· καὶ τῷ μὲν λόγῳ, μέσον ἀμφοῖν ἕστηκε· τῷ δὲ ἔργῳ, τὸν Τρεβέλλιον κρύφα ἀνθείλετο, καὶ τά τε ἄλλα αὐτῷ συνηγωνίζετο, καὶ στρατιώτας λαβεῖν ἐπέτρεψε. καὶ ὁ μὲν, θεατὴς ἐκ τούτου καὶ ἀγωνοθέτης αὐτῶν ἐγίγνετο· ἐκεῖνοι δὲ ἐμάχοντο, καὶ τῆς τε πόλεως τὰ ἐπικαιρότατα ἀντικατελάμβανον, καὶ φόνους καὶ ἐμπρήσεις ἐποίουν· ὥστε καὶ τὰ ἱερά ποτε ἐκ τοῦ Ἑστιαίου ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων ἐκκομισθῆναι. αὖθίς τε οὖν φυλακὴν οἱ βουλευταὶ τῆς πόλεως ἀκριβεστέραν τῷ ἱππάρχῳ ἐψηφίσαντο, καὶ στρατιωτῶν ἅπασα, ὡς εἰπεῖν, ἡ πόλις ἐπληρώθη. οὐ μέντοι καὶ παῦλά τις ἐγένετο. ὁ γὰρ Δολοβέλλας ἀπογνοὺς συγγνώμης τινὸς παρὰ τοῦ Καίσαρος τεύξεσθαι, μέγα τι κακὸν ἐπεθύμει δράσας ἀπολέσθαι, ὡς καὶ ὄνομα ἐκ τούτου ἀεὶ σχήσων, (ἤδη γάρ τινες καὶ τῶν κακίστων ἔργων ἐρασταὶ ἐπὶ τῇ φήμῃ γίγνονται) ὑφ' οὗπερ καὶ ἐκεῖνος τά τε ἄλλα ἔπραττε, καὶ τοὺς νόμους,

A Interim Antonius, quum audiuisset, milites, quos à pugna Pharsalica Cæsar in Italiam præmiserat, ipse statim subsequi in animo habens, mala consilia agitare: vereretur que, ne quos nouos motus hi excitarent: vrbis cura L. Cæsari mandata, eoque (quam potestatem nemo vnquam magister equitum habuerat) præfecto vrbis relicto, ipse ad eum exercitum contendit. Tribuni plebis, qui factionum duces erant, contempto ob senectutem L. Cæsare, multa atrocia facinora & contra se inuicem, & in alios perpetrauerunt. idque tantisper, dum Cæsarem rebus in Ægypto confectis Romam aduentare fama attulit. Ante enim, eum nunquam rediturum, B sed in Ægypto (is enim rumor fuerat) periisse credentes, factionibus vrbem agitarant: aduentus eius fama audita, aliquandiu sese continuere. Sed quum Cæsar, antequam Romam rediret, in Pharnacem expeditionem susciperet, seditiones renouarunt. Antonius quum neque compescere eos valeret, & in Dolobella plebem offendisset, primum Dolobellæ se adiunxit; Trebelliumque, cum aliis nominibus, tum quod milites ad se pertraheret, criminatus est. Sed quum C deinde se apud multitudinem nullo eximio honore affici, eamque soli Dolobellæ intentam esse sentiret; ægre id ferens, sententiam mutauit. quo accedebat, quod fauorem populi sibi cum Dolobella communem esse videbat, culpam vero à senatu maiori ex parte sibi attribui. Itaque post, quum neutri se cupere videri vellet, † clam Trebellium fouit; eumq; cum aliis rebus iuuit, tum militem ad se accipiendi copiam fecit. atque ita quasi [a] inspector certaminis huius, iudexque D sedit: illi vero pugnauere, ac loca vrbis opportunissima, alter alterius profligandi causa, occupauerunt. inde cædibus ac incendiis eo modo grassatum est, vt sacra aliquando à Vestalibus [b] templo efferrentur. Quibus incommodis permotus senatus, iterum Antonio custodiam vrbis, idque accuratius, quam ante, mandauerunt. Quum iam tota fere vrbs militibus esset referta, non tamen hi motus conciderunt. Dolobella enim, despera- E tione veniæ à Cæsare impetrandæ adductus, id iam agebat, vt magno quodam facinore exhibito periret, ex quo sempiternam sui memoriam relinqueret. quippe reperti sunt nonnulli, qui famæ cupiditate pessimas res agere animum inducerent. [c] Is igitur, quemadmodum nominis sui illustrandi causa omnia ante egerat, ita

† re absit Trebellium clā prætulit;

a spectator

b è templo Vestæ

c Eadem ipse causa impulsus, quum alias turbaret, tum diem constituebat, qua desse pollicebatur se leges

nunc quoque diem constituit, qua die pollicitus est leges de tabulis nouis, mercedeque, quæ conductionis nomine solui solet, [abroganda] perlaturum. Quæ quum recepisset, plebsque aditibus fori obstructis, nonnullisque in locis ligneis turribus erectis, parata esset ad profligandos eos, qui iis legibus resistere vellent: Antonius, vt primum illuxit, magna militum manu de Capitolio deducta, tabulas legum discidit: nonnullosque, ne sic quidem tumultuandi finem facientes, de Capitolio præcipitauit. Neque tamen ita seditionibus modus factus est, sed quo plures ex seditiosis perierunt, tāto maiori contentione reliqui tumultuati sunt, Cæsarem maximo difficillimoque bello distineri arbitrātes. Neque ante destiterunt, quam is ex improuiso Romam peruenit. tum demum vel inuiti conquieuerunt, ita quidem, vt extrema supplicia sibi ab eo impendere putarent: deque ipsis per totam vrbem plurimus sermo haberetur, aliis aliter de causa eorum statuentibus. Verum Cæsar hîc quoque suum morem obtinuit, contentusque in præsentia omnia esse sedata, nullam de præteritis inquisitionem instituit: sed omnibus pepercit; aliquosque ex iis honoribus insuper affecit, Dolobellam in primis. Quoniam enim merito eius obstrictus: eius memoriam sibi abiiciendam; aut, quia læsus ab eodem esset, ideo acceptum quoque beneficium paruipendendum esse non existimauit: sed eius habita ratione, peccati gratiam Dolobellæ fecit, eumque cum alias in honore habuit, tum paulo post consulem creauit, quamuis præturā is nunquā gessisset.

Atque hæc Romæ acta sunt per absentiam Cæsaris; inter cuius ad vrbem reditum, mortemque Pompeii, vt aliquantum temporis intercederet, hæ causæ fuerunt. Ægyptii exactionem pecuniæ moleste ferentes, idque adeo indignum ducentes, † quod nec à sacris [Cæsar] abstineret. (ipsi enim multitudine eorum, quę venerantur numinum, omnibus mortalibus præpollent: ac, quia non vna est ipsis religio vniuersis, sed inter se diuersissimi cultus, bellis quoque eius rei causa mutuis se impetunt) ad hæc metuentes, ne Cleopatræ, quæ plurimum apud Cæsarē poterat, traderentur, tumultū concitauere. Nam Cleopatra, quū hactenus per alios causam suam contra fratrem apud Cæsarem egisset, simulatque naturam eius cognouit, (erat autem Cæsar amoribus quā maxime obnoxius, remque cum multis a-

† quod nec ab illa re sacra abstineret.

A τόν τε περὶ τῶν χρεῶν καὶ τὸν περὶ τῶν ἐνοικίων, ἐν ῥητῇ τινὶ ἡμέρᾳ θήσειν ὑπέσχετο. ὡς δ' οὖν τοῦτό τε προεπηγγέλλετο, καὶ ὁ ὄχλος τάς τε περὶ τὴν ἀγορὰν ἀποφράξας, καὶ πύργους ἔς τινα ξυλίνους ἀποκαταστήσας, ἕτοιμος πρὸς τὸ τῷ ἐναντιωθησομένῳ σφίσι ἐγένετο, ἐνταῦθ' ὁ Ἀντώνιος στρατιώτας ἅμα τῇ ἡμέρᾳ πολλοὺς ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καταγαγὼν, τάς τε σανίδας τῶν νόμων κατέκοψε, καί τινας καὶ μετὰ τοῦτο ταραχώδεις ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισε.

B οὐ μέντοι καὶ ἐπαύσαντο διὰ τοῦτο στασιάζοντες, ἀλλ' ὅσῳ πλείους ἀπώλλυντο τούτων, τόσῳ μᾶλλον οἱ περιλιπεῖς ἐθορύβουν, νομίζοντες τὸν Καίσαρα μεγίστῳ καὶ δυσχερεστάτῳ πολέμῳ συμπεπλέχθαι. οὐδ' ἐπέσχον, πρὶν αὐτὸν ἐκεῖνον ἐξαπιναίως σφίσιν ὀφθῆναι. οὕτω δὲ καὶ ἄκοντες ἡσύχασαν. καὶ οἱ μὲν πρὸς ὅ, τι ποτὲ ἐνεδέχετο, πείσεσθαι προσεδόκων· λόγοι τε ἐπ' αὐτοῖς κατὰ πᾶσαν ὁμοίως τὴν † πόλιν, τῶν μὲν τὰ, τῶν δὲ, τὰ δικαιούντων. ὁ δὲ δὴ

† εἶχοι

C Καῖσαρ, τῷ συνήθει οἱ τρόπῳ καὶ τότε ἐχρήσατο. τῇ τε γὰρ παρούσῃ αὐτῶν καταστάσει ἠρκέσθη, καὶ οὐδὲν τῶν προγενομένων ἐπολυπραγμόνησεν, ἀλλὰ πάντων, τε ἐφείσατο, καί τινας αὐτῶν ἐτίμησεν, ἄλλους τε καὶ τὸν Δολοβέλλαν. εὐεργεσίαν γάρ τινα αὐτῷ ὀφείλων, οὐκ ἠξίωσεν αὐτῆς ἐκλαθέσθαι. οὐ γὰρ ὅτι ἠδικήθη, διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνης ὠλιγώρησεν, ἀλλ' ἐξ ὧν εὖ ἐπεπόνθει, καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ συνέγνω· καὶ τά τε ἄλλα αὐτὸν ἐν τιμῇ ἦγαγε, καὶ ὕπατον οὐ πολλῷ ὕστερον, μηδὲ στρατηγήσαντα, ἀπέδειξε.

D Ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ παρὰ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀπουσίαν ἐγένετο. χρόνιος δὲ ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐκ εὐθὺς ἐπὶ τῷ τοῦ Πομπηΐου θανάτῳ, ἦλθε, διὰ τάδε· οἱ Αἰγύπτιοι, ταῖς τῶν χρημάτων εἰσπράξεσι βαρυνόμενοι, καὶ δεινῶς φέροντες, ὅτι μηδὲ τῶν ἱερῶν † τις ἀπείχετο· (θρησκεύουσί τε γὰρ πολλὰ, περισσότατα ἀνθρώπων, καὶ πολέμους ὑπὲρ αὐτῶν καὶ πρὸς ἀλλήλους, ἅτε μὴ καθ' ἓν ἀλλὰ καὶ ἐκ

† τῶν

E τοῦ ἐναντιωτάτου καὶ αὐτοῖς τιμῶντες τινὰ, αἱροῦνται.) τούτοις τε οὖν ἀγανακτήσαντες, καὶ προσέτι φοβηθέντες, μὴ τῇ Κλεοπάτρᾳ, ἅτε μέγα παρὰ τῷ Καίσαρι δυναμένῃ, παραδοθῶσιν, ἐταράχθησαν. ἐκείνη τε γὰρ τέως μὲν δι' ἑτέρων παρ' αὐτῷ διὰ τὸν ἀδελφὸν ἐδικάζετο· ἐπεὶ δὲ ὡς τάχιστα τὴν φύσιν αὐτοῦ κατέμαθεν, (ἦν γὰρ ἐρωτικώτατος, καὶ πλείσταις καὶ ἄλλαις,

ἄλλαις, ὅσαις που προσετύχοι, συνεγίγνετο) πέμψασα πρὸς αὐτὸν, [καὶ] προδίδοσθαί τε ὑπὸ τῶν φίλων λέγουσα, καὶ ἀξιοῦσα αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἀγωνίσασθαι. ἄλλως τε γὰρ περικαλλεστάτη γυναικῶν ἐγένετο, καὶ τότε τῇ ὥρας ἀκμῇ πολὺ διέπρεπε· τό, τε φθέγμα ἀστειότατον εἶχε, προσομιλῆσαι παντί τῳ διὰ χαρίτων ἠπίστατο· ὥστε λαμπρά τε ἰδεῖν καὶ ἀκουσθῆναι οὖσα, κἂν τοῦτον πάντα τινὰ καὶ δυσέρωτα καὶ ἀφηλικέστερον ἐξεργάσασθαι δυναμένη, πρὸς τρόπου τι ἐνόμισε τῷ Καίσαρι ἐντεύξεσθαι, καὶ πάντα ἐν τῷ κάλλει τὰ δικαιώματα ἔθετο. ᾐτήσατό τε οὖν ἐς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν· καὶ τυχοῦσα, κατεκόσμησέ τε ἑαυτὴν καὶ ἐξήσκησεν, ὥστε σεμνοπρεπεστάτη καὶ οἰκτροτάτη αὐτῷ ὀφθῆναι. καὶ ἡ μὲν, ταῦτα μηχανησαμένη, ἔς τε τὴν πόλιν ἅμα, (ἔξω γὰρ ἐκείνη ἦν) καὶ ἐς τὰ βασίλεια λάθρα τοῦ Πτολεμαίου νυκτὸς ἐσῆλθεν. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, ἰδών τε αὐτὴν, καί τι φθεγξαμένης ἀκούσας, οὕτως εὐθὺς ἐδουλώθη, ὥστε αὐτίκα ὑπό τε τὴν ἕω τόν τε Πτολεμαῖον μεταπέμψασθαι, καὶ συναλλάξαι σφᾶς ἐπιχειρῆσαι. ἧς γὰρ δικαστὴς πρότερον ἠξιοῦτο εἶναι, τότε ταύτῃ συνεδίκει. ὁ οὖν παῖς, διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι τὴν ἀδελφὴν αἰφνιδίως εἶδεν ἔνδον οὖσαν, ὀργῆς τε ἐπληρώθη, καὶ ἐκπηδήσας ἐς τὸ πλῆθος, ἐβόα, λέγων προδεδόσθαι· καὶ τέλος τὸ διάδημα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς περισπάσας ἔρριψε. θορύβου δὲ ἐπὶ τούτῳ μεγάλου συμβάντος, ἐκεῖνον μὲν οἱ Καισάρειοι στρατιῶται συνήρπασαν· τὸ δὲ δὴ Αἰγύπτιον ἐταράσσετο· κἂν αὐτοβοεὶ τὰ βασίλεια, καὶ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης ἅμα προσβάλλοντες, εἷλον (τοῖς γὰρ Ῥωμαίοις οὐδὲν ἀξιόμαχον, ἅτε καὶ φίλων σφίσι δοκούντων εἶναι, παρῆν) εἰ μὴ φοβηθεὶς ὁ Καῖσαρ προσῆλθέ τε ἐς αὐτοὺς, καὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ στὰς, πάντα σφίσιν ὅσα ἂν ἐθελήσωσι, πράξειν ὑπέσχετο. καὶ μετὰ τοῦτο ἐς ἐκκλησίαν ἐσελθὼν, τόν τε Πτολεμαῖον καὶ τὴν Κλεοπάτραν παρεστήσατο. καὶ τὰς διαθήκας τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἀνέγνω, ἐν αἷς ἐκείνοις μὲν συνοικῆσαι ἀλλήλοις, κατὰ τῶν Αἰγυπτίων τὰ πάτρια, καὶ βασιλεύειν, ἀλλὰ τοῖσδε δὴ τῶν Ῥωμαίων δῆμον τὴν ἐπιτροπείαν σφῶν ἔχειν ἐγέγραπτο. προσάξας δὲ τοῦτο, καὶ ἐπειπὼν ὅτι ἑαυτῷ, δικτάτωρι ὄντι, καὶ πᾶν τὸ τοῦ δήμου κράτος ἔχοντι, τήν τε ἐπιμέλειαν τῶν παίδων ποιεῖσθαι, καὶ τὰ δόξαντα τῷ πατρὶ αὐτῶν ἐπιτελεῖν προσήκει, ἐκείνοις τε τὴν βασιλείαν ἀμφοτέροις ἔδωκε, καὶ τῇ Ἀρσινόῃ τῷ τε Πτολεμαίῳ τῷ νεω-

A tis aliis feminis, vt ei fortuitò eæ oblatæ fuerāt, habuerat) per internuntios Cæsari questa est, † se proiectam ab amicis, cupereque ipsam per se apud eum litem suam prosequi. Ipsa vero alias omnibus mulieribus formæ elegantia præstabat, tum flore ætatis admodum erat conspicua: ineratque ei in voce summus lepos, ita vt, cum quocunque homine colloqueretur, gratia eum demulceret: denique tanta eius aspectum orationemque vis comitabatur, vt allicere etiam ab a-
B more vel natura vel ætate alienissimum quenque hominem ad sui amorem valeret. Quibus rebus instructa, in rem suam existimabat fore, si ad Cæsaris colloquiū admitteretur: inque sua venustate præsidium causæ omne reponebat. Impetrato à Cæsare, vt sub eius aspectum veniret, ita sese exornauit ac composuit; vt simul quam maximam dignitatem præ se ferret, simul misericordiam Cæsari † moueret. His adornatis, noctu in vrbem, (degebat enim tum foris) atque [a] in regiā Pto-
C lemæi clam peruenit. Quam vbi Cæsar vidit, loquentemq; nonnihil audiuit, ita confestim mancipium eius factus est; vt statim sub auroram Ptolemæum accersierit, pacificationemque tentauerit. Cleopatræ enim, cuius ante iudex esse voluerat, tunc aduocatum agebat. Quæ res, quodque improuiso suam sororem intus esse videbat, ita pueri animū ira inflammauit, vt prosiliēs ad populum, proditum se clamaret, ac denique diadema capite detractum abiiceret. Magno in-
D de tumultu coorto, Ptolemęum Cæsariani milites intro abripuerunt. Ægyptii autem commoti sunt: ac, nisi Cæsar metu perculsus ad eos prodiisset, deque loco tuto omnia se, quę vellent, facturum promisisset; ipso primo impetu regiam, quam terra marique iam inuadebant, occupassent. neque enim Romanis, qui se apud amicos versari credebant, vllæ ad resistendum aderant vires. Posthæc Cæsar in concionem cum Ptolemæo & Cleopatra progressus, patris eorum testamentum de scripto recitauit. quo præcipie-
prompte acciperetur: rebusque breui temporis spatio ibi compositis, inde Romam peteret, ipsi vero vna in Italiam classe adueherentur. Iniecerat eorum consiliis moram ab initio Vari cum Scipione de imperio disceptatio, [a] quum Varus propterea, quod diutius iis regionibus præfuisset, Iubæ insuper victoria elatus, summam sibi rerum vendicaret. Sed Catonis ac Scipionis eadem erat sententia: quorum hic dignitate, ille sapientia reliquis longe anteibant: quorum autoritatem reliqui etiam secuti, Scipioni imperium detulerunt. Cato enim, quũ posset aut æquata cum Scipione potestate, aut etiam solus rem administrare, vtrunq; recusauit: quia & illud summo in bellis incommodo cedere existimabat, & hoc plurimum in re militari valere nouerat, vt dux reliquis legum quoque autoritate præstaret: ipse vero in republica ad tantam, quantam Scipio, dignitatem nũquam peruenerat. Igitur Cato sponte sua de summa rerum Scipioni cessit, & ei exercitum, quem secum adduxerat, attribuit. deinde quum Vtica in suspicionem venisset, quod Cæsaris rebus cuperet, parumque abesset, quin reliqui eam ob id euerterent; Cato vrbem precibus suis ab interitu liberauit, eiusque ac præterea omnis circum regionis marisque custodiam sibi iniunctam suscepit. Reliquorum dux fuit Scipio: ipsumque Scipionis nomen animos eorũ, qui in eadem erant causa, magnopere confirmabat, absurda quadam persuasione, nullum Scipionem in Africa infeliciter rem gerere posse opinantium. Eo animaduerso Cæsar quum suos etiam milites id pro certo habere, ob idque sibi metuere intelligeret, quendam ex Scipionum genere ortum, idque nomen ferentem (cognomentum verò Salattonis habebat) secum accepit, atque ita, ignorantibus hostibus (neq; enim eius aduentum hyeme expectabant) ad Adrumetũ mari transmisso peruenit: quũ Vticã (quæ firmo præsidio asseruabatur) appellere naues non liceret. E naui egredienti Cæsari huiusmodi casus obtigit, vt quamuis aduersam fortunam dii portenderent, tamẽ ipse id omẽ lætum reddiderit. Quum enim simulatque pedibus terram attigit, † corruisset, eumque in faciem prolapsum vidẽtes milites mœrore ac solicitudine caperentur; ipse nihil hæsitans, manu extensa terram, quasi dedita opera ad eam concidisset, attrectauit, exosculatusque est, inclamans; Teneo te Africa.

[a] quũ Varus diutius iis in locis imperasset: itemque Iuba ob victoriam elatus, qui propter hanc sibi rerũ summam vindicaret.

† impegisset,

Indo

A διαβεβρεχέων καταστήσων, καὶ πρὸς τὸ ἄστυ ἐκεῖθεν ὁρμήσων· οἱ δὲ, ὡς τὸν πλοῦν ἅμα τὸν ἐς τὴν Ἰταλίαν ποιησόμενοι. κατ' ἀρχὰς μὲν γὰρ διατριβή τις αὐτοῖς ἐγένετο, τοῦ τε Οὐάρου † τῷ τε Σκιπίωνι τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητήσαντος, ἐπειδὴ αὐτὸς ἐκ πλείονος ἐν τοῖς ταύτῃ χωρίοις ἦρχε, καὶ τοῦ Ἰόβου τῇ νίκῃ † ἐπαιρομένου, καὶ τὰ πρῶτα δι' αὐτὴν ἀξιοῦντος φέρεσθαι. συμφρονήσαντες † γὰρ ὅ, τε Σκιπίων καὶ ὁ Κάτων, οἷα ὁ μὲν, τῇ ἀξιώσει, ὁ δὲ, τῇ συνέσει πολὺ πάντων σφῶν προήκοντες, τούς τε ἄλλους προσεποιήσαντο, καὶ ἐκείνους ἔπεισαν τῷ Σκιπίωνι πάντα ἐπιτρέψαι. B ὁ γὰρ Κάτων δυνηθεὶς ἂν ἐξ ἴσου αὐτῷ ἢ καὶ μόνος ἄρξαι, οὐκ ἠθέλησε· τὸ μὲν, ὅτι βλαβερώτατον τοῖς τοιούτοις ἡγεῖτο εἶναι· τὸ δὲ, ὅτι ἐν πολιτικῷ ἀξιώματι ἠλαττοῦτο αὐτοῦ. πολὺ γὰρ ἄλλως τε καὶ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς ἑώρα δυνάμενον τὸ, τὸν ἄρχοντα καὶ νόμῳ δή τινι τῶν ἄλλων προκεκρίσθαι· καὶ διὰ τοῦτο τῆς τε ἀρχῆς ἑκὼν αὐτῷ παρεχώρησε, καὶ προσέτι καὶ τὰ στρατεύματα, ἃ ἐπηγάγετο, παρέδωκε· καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου τήν τε Οὐτικὴν, ὑποπτευθεῖσαν τὰ τοῦ Καίσαρος φρονεῖν, καὶ ὀλίγου καὶ ἀνάστατον C ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τούτῳ γενομένην, ἐξαιτησάμενος, ἐς φυλακὴν ὑπεδέξατο, καὶ τὴν χώραν τήν τε θάλασσαν τὴν ταύτῃ παρὰ φρουρὰν ἐπετράπη. τῶν δὲ ἄλλων ὁ Σκιπίων αὐτοκράτωρ ἦρχε· καὶ αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα πολὺ πάντας τοὺς ὁμογνωμονοῦντάς οἱ ἐπερρώννυε, νομίζοντας οὐκ εἶναι ὅπως ἀλόγῳ τινὶ πίστει, μηδένα ἂν Σκιπίωνα ἐν τῇ Ἀφρικῇ κακῶς πρᾶξαι. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Καῖσαρ, καὶ ἰδὼν ὅτι καὶ οἱ μεθ' ἑαυτοῦ στρατευόμενοι πεπεισμένοι τε αὐτὸ οὕτως D ἔχειν εἰσὶ, καὶ φοβοῦνται, προσπαρέλαβέ τινα ἔκ τε τοῦ γένους τοῦ τῶν Σκιπιώνων ὄντα, καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην φέροντα, (ἐπεκαλεῖτο δὲ Σαλάττων) καὶ οὕτω τόν τε πλοῦν πρὸς Ἀδρύμητον ἐποιήσατο, (τὰ γὰρ ἐν τῇ Οὐτικῇ ἰσχυρῶς ἐφρουρεῖτο) καὶ ἔλαθεν αὐτοὺς ἀνελπίστως ὑπὸ τοῦ χειμῶνος περαιωθείς. ἐκβάντι δὲ αὐτῷ τῆς νεὼς συντυχία τοιάδε ἐγένετο, ὑφ' ἧς εἰ καί τι φοβερὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου σφίσιν ἐσημαίνετο, ἀλλὰ καὶ αὐτό γε ἐκεῖνο ἐς ἀγαθὸν ἔτρεψεν. ἐπει- E δὴ γὰρ ἅμα τῷ τῆς γῆς ἐπιβῆναι, προσέπταισε, καὶ αὐτὸν πεσόντα ἐπὶ στόμα οἱ στρατιῶται ἰδόντες ἠθύμησαν, καὶ δυσαναχετήσαντες ἐθορύβησαν· οὐ διηπορήθη, ἀλλ' ἐκτείνας τὴν χεῖρα, τήν τε γῆν, ὡς καὶ ἑκὼν δὴ πεσὼν, περιέλαβε καὶ κατεφίλησε· καὶ ἀναβοήσας εἶπεν, ἔχω σε Ἀφρική.

† τῷ Σκιπίωνι

† ἐπαιρομένου,

† γοῦν ὅ, τε

ἐκ δὲ

ἐκ δὲ τούτου προσέβαλε μὲν τῷ Ἀδρυμήτῳ· ἀποκρουσθεὶς δὲ, καὶ προσέτι καὶ ἐκ τοῦ στρατοπέδου βιαίως ἐκβληθεὶς, μετέστη πρὸς πόλιν ἑτέραν Ῥούσπινα. καὶ δεχθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν, χειμάδιόν τε ἐν αὐτῇ κατεσκευάσατο, καὶ ἐκεῖθεν ὁρμώμενος ἐπολέμει. τότε μὲν ταῦτ᾽ ἔπραξεν.

A

Inde Adrumetum oppugnatione tentauit, repulsusque, & castris exutus per vim hostium, ad oppidum aliud, Ruspina dictum, se contulit. Hic intromissus, hyberna parauit, ex eaque vrbe ad bellum deinde exiuit. Quæ priori anno Cæsar gesserit, exposuimus.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
τὸ τεσσαρακοστὸν τρίτον βιβλίον.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBER QVADRAgesimustertius.

ΤΑ͂ΔΕ ἘΝΕΣΤΙΝ ἘΝ Τῼ͂ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

Ὡς Καῖσαρ Σκιπίωνα καὶ Ἰόβαν ἐνίκησεν.

Ὡς Νουμιδίαν οἱ Ῥωμαῖοι ἔσχον.

Ὡς Κάτων ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν.

Ὡς Καῖσαρ ἐς Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὰ ἐπινίκια ἔπεμψε, καὶ τἆλλα κατεστήσατο.

Ὡς ἡ ἀγορὰ Καίσαρος καὶ ὁ ναὸς τῆς Ἀφροδίτης καθιερώθη.

Ὡς Καῖσαρ τὸν ἐνιαυτὸν ἐς τὸν νῦν τρόπον κατεστήσατο.

Ὡς Καῖσαρ Γναῖον Πομπήϊον τὸν τοῦ Πομπηΐου υἱὸν ἐν Ἰβηρίᾳ ἐνίκησεν.

Ὡς πρῶτον ὕπατοι εἰς οὐχ ὅλον τὸ ἔτος ἀπεδείχθησαν.

Ὡς Καρχηδὼν καὶ Κόρινθος ἀπῳκίσθη.

Ὡς οἱ Κερεάλιοι ἀγορανόμοι κατεστάθησαν.

HÆC INSVNT LIBRO XLIII. Romanæ historiæ Dionis.

Quomodo Cæsar Scipionem & Iubam vicerit.

Vt Numidiam Romani occupauerint.

Quemadmodum Cato mortem sibi consciuerit.

De Cæsaris reditu ad vrbem, triumphoque: & quomodo reliquas res composuerit.

De dedicatione fori Cæsaris, ac templi Veneris.

Vt Cæsar annum ad hunc modum, quo nunc vtimur, constituerit.

De victoria Cæsaris in Hispania aduersus Cn. Pompeium Magni F.

Quomodo primum consules non ad integrum annum creati sint.

De coloniis Carthaginem Corinthumque deductis.

Quemadmodum ædiles Cereales instituti sint.

ΧΡΟ͂ΝΟΥ ΜΗ͂ΚΟΣ ἜΤΗ ΤΡΙ͂Α, ἘΝ ΟἿΣ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο,

Ἰούλιος Γ. υἱ. Καῖσαρ δικτάτωρ, μετὰ Αἰμιλίου Λεπίδου ἱππάρχου, καὶ ὕπατος τὸ γ᾽, μετὰ τοῦ αὐτοῦ.
Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ δικτάτωρ τὸ δ᾽, μετὰ Αἰμιλίου ἱππάρχου, καὶ ὕπατος τὸ δ᾽, μόνος.
Ἰούλιος Καῖσαρ δικτάτωρ τὸ ε᾽, μετὰ Αἰμιλίου Λεπίδου ἱππάρχου, καὶ ὕπατος τὸ ε᾽, μετὰ Ἀντωνίου,

TEMPORIS SPATIVM, ANNI TRES, in quibus hi magistratus recensentur.

ANNO V.C.

708. Iulius C. F. Cæsar, dictator, Æmilio Lepido magistro equitum, & consul III. cum eodem.
709. C. Iulius Cæsar dictator IIII, Æmilio Lepido magistro equitum, & consul IIII, solus.
710. Iulius Cæsar dictator V, Æmilio Lepido magistro equitum, & consul V, cum Antonio.

SEQVENTI anno dictaturam consulatumque, tertio vtrūque magistratū, collegaq; † Lepido, gessit. Vt enim primum ab eo dictator proditus fuit, statim eum ex praetura in Hispaniam citeriorem misit: reuersoque triumphum, quum neque vicisset quemquam, neque omnino signis collatis dimicasset, concessit: ª ea praescriptione vsus, quod is Longini & Marcelli actionibus interfuisset. Caeterum in triumpho suo nihil intulit, praeter eas pecunias, quibus socios despoliauerat. His rebus Lepido quum gratiam retulisset, collegam eūdem sibi vtriusque magistratus adsciuit. Qui quum iam iniuissent magistratum, haec prodigia Romanos perturbauerunt: lupus in vrbe visus, sus foetum elephanti praeter [quam] pedes caetera similem edidit. In Africa Petreius & Labienus, quū Caesarem frumentariae rei explicandae causa in pagos digressum animaduertissent, equitatumque eius nondum à iactatione maris satis reualuisse, Numidis peditatum eius aggressi sunt: ordinibusque legionum conturbatis, multos eorum in praelio interfecerunt: ac reliquos etiam, qui in orbem se recipiētes, in locum editum euaserant, expugnassent; nisi vulneribus, quae plurima acceperant, impediti fuissent. Quū tamen nihilominus in obsidendis iis perseuerarent, Caesar in magnum metum deuenit: qui cogitans, q̃ à paucis incommodum accepisset, quum annuntiatum esset, Scipionē etiam ac Iubam cum omnibus copiis appropinquare, in magna consilii inopia haerebat; nec quid ageret, [pensi quicquam] habebat. Videbat .n. se neq; diutius bellum id trahere posse, omnemq; eius morā, vt ab hostibus etiam non inuaderetur, tamen ob penuriam victus difficilē fore: porro autē discedere se nullo modo posse hostib. terra marique sibi imminentibus. In hac anxietate constituto Caesari P. quidem Sittius (si modo id ei, non † Fortunae potius adscribendum est) & salutem & victoriā attulit. Is Italia pulsus, exulibus quibusdā sibi adiunctis, quum in Mauritaniam ᵇ traiecisset, manu militum à Boccho rege impetrata, Caesarem in hoc bello conficiendo adiuuare statuit: quū neque beneficio eius ante affectus, neque ei ᶜ notus fuisset. Quia vero Caesarem longe abesse à se

† collega in vtroq; Lepido,

a ea causa praetexta, quod is & à Longino, & à Marcello gestis adfuisset.

† nō numini

b traiecisset, imperiumq; militare apud Bocchū obtinuisset; manum militum ab eo petiit, & Caesarem in hoc c notus fuisset. Non tamen ei statim auxilio venit, quod ipsum abesse longius audiebat, parumq; suis copiis, quas non magnas habebat, iuuari posse existimabat; sed obseruato

Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει καὶ ἐδικτατόρευσεν ἅμα καὶ ὑπάτευσε, τρίτον ἑκάτερον, τοῦ Λεπίδου οἱ ἀμφοτέροις συνάρξαντος. ἐπεὶ γὰρ Δικτάτωρ ὑπ' αὐτοῦ τὸ πρῶτον ἐλέχθη, παραχρῆμά τε αὐτὸν μετὰ τὴν στρατηγίαν ἐς τὴν Ἰβηρίαν τὴν πλησιαιτέραν ἔστειλε, καὶ ἐπανελθόντα, ἐπινικίοις, μήτε τινὰς νικήσαντα, μήτ' ἀρχὴν μαχεσάμενον ποιν, ἐτίμησε· * πρόφασιν, ὅτι τοῖς ὑπό τε τοῦ Λογγίνου καὶ ὑπὸ τοῦ Μαρκέλλου πραχθεῖσι παρεγένετο. οὔκουν οὐδὲ ἔπεμψέ τι ἐπ' ἀληθείας, πλὴν τῶν χρημάτων, ἃ τοὺς συμμάχους ἐσεσυλήκει. τούτοις τε οὖν αὐτὸν † ἤγγελε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ συνάρχοντα ἑκατέρωθι προσείλετο. καὶ αὐτῶν ἀρχόντων ἤδη, οἵ τε ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐταράχθησαν ὑπὸ σημείων. λύκος τε γὰρ ἐν αὐτῇ ὤφθη, καὶ χοῖρος ἐλέφαντι, πλὴν τῶν ποδῶν, ὅμοιος ἐγεννήθη. καὶ τῇ Ἀφρικῇ ὅ, τε Πετρέιος καὶ ὁ Λαβιῆνος, τηρήσαντες τὸν Καίσαρα πρὸς κώμας ἐπὶ σῖτον ἐξεληλυθότα, τήν τε ἵππον αὐτοῦ, μηδέπω καλῶς ἐκ τῆς θαλάσσης ἐρρωμένην, ἐς τοὺς πεζοὺς τοῖς Νομάσι κατῆξαν· καὶ ταραχθείσης πρὸς τοῦτο τῆς ἀσπίδος, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἐν χερσὶν ἀπέκτειναν· πάντας δ' ἂν καὶ τοὺς λοιπούς, ἀναληφθέντας ἐπὶ μετέωρόν τι, ἐξέκοψαν, εἰ μὴ ἰσχυρῶς ἐτρώθησαν. ἐπὶ πλεῖον δ' οὖν καὶ ὡς τούτου συμβεβηκότος, τὸν Καίσαρα κατέπληξαν. λογιζόμενος μὲν γὰρ ὡς ὑπὸ ὀλίγων ἔπταισε, προσδεχόμενος δὲ καὶ τὸν Σκιπίωνα τόν τε Ἰόβαν πάσαις (ὥσπερ ἠγγέλλοντο) ταῖς δυνάμεσιν εὐθὺς ἀφίξεσθαι, διηπόρει, καὶ οὐκ εἶχεν ὅ,τι πράξει. τόν τε γὰρ πόλεμον μηδέπω καλῶς διενεγκεῖν δυνάμενος, καὶ τὴν ἐν ταὐτῷ μονὴν χαλεπὴν (κἂν οἱ πολέμιοι σφῶν ἀπέχωσι) διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἀπορίαν, τήν τε ἀνάστασιν ἀδύνατον, (τῶν πολεμίων καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης ἐπικειμένων οἱ) ὁρῶν οὖσαν, ἠθύμει. ἐν τούτῳ οὖν αὐτῷ ὄντι Πούπλιός τις Σίττιος (εἴγε ἐκεῖνον, ἀλλὰ μὴ τὸ δαιμόνιον δεῖ λέγειν) τήν τε σωτηρίαν ἅμα καὶ τὴν ἐπικράτησιν ἔδωκεν. οὗτος γὰρ ἐξέπεσε μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας, παραλαβὼν δὲ συμφυγάδας τινάς, καὶ περαιωθεὶς † ἐς Μαυριτανίαν, χεῖρά τε ἤθροισε, καὶ παρὰ τῷ Βόκχῳ στρατηγήσας, ἐπεχείρησε τῷ Καίσαρι, μήτε τινὰ εὐεργεσίαν προέχων, μήτ' ἄλλως οἱ γνώριμος ὤν, τόν τε πόλεμον συνάρασθαι, καὶ τὰ παρόντα συγκατεργάσασθαι. κἀκ τούτου αὐτῷ μὲν ἐκείνῳ οὐκ ἐπήμυνε. πόρρω τε γὰρ αὐτοῦ ἤκουεν ὄντα,

* προφάσει,

† ἤγαγε

† ἐς Μαυριτανίαν, θ παρὰ τῷ Βόκχῳ στρατηγήσας, χεῖρά τ' ἤθροισε, θ ἐπιχείρησε

ὅτι καὶ βραχύ τι ἐφ' ἑαυτοῦ (οὐ γάρ που μεγάλην ἰσχὺν εἶχε) ὠφελήσειν ἐνόμιζε. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰόβας ἐκστρατεύσαντα αὐτὸν ἐπιτηρήσας, ἔς τε τὴν Νουμιδίαν ἐνέβαλε, καὶ ταύτην καὶ τὴν Γαιτουλίαν, μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ οὖσαν, ἐλυμήνατο· ὥστε τὸν βασιλέα τήν τε ἐν χερσὶν ἀφεῖναι, καὶ ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ μετὰ τοῦ πλείονος στρατοῦ ἀναστρέψαι. †ἔστι γὰρ ὅτι καὶ τὸ Σκιπίωνι ἀπ' αὐτοῦ συχνὸν ἔπεμψεν ἐξ οὗ ἂν καὶ μάλιστα διεφάνη, ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνος ἐληλύθει, οὐκ ἄν ποτε αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἀντῆρκεν. οὔκουν οὐδὲ μόνῳ τῷ Σκιπίωνι συμβαλεῖν αὖθις ἐτόλμησε. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοὺς ἐλέφαντας, τὸ μέν τι καὶ ἐπὶ τῇ μάχῃ, τὸ δὲ δὴ πλεῖον, ὅτι τὸ ἱππικὸν αὐτοῦ ἐταράσσοντο, δεινῶς ἐδεδίει. ἐν φυλακῇ οὖν τὸ στρατόπεδον ἐς ὅσον ἐδύνατο ποιῶν ὁ Καῖσαρ, στρατιώτας τε ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ ἐλέφαντας μετεπέμπετο, οὐχ ὡς καὶ ἀξιόμαχόν τι δι' αὐτῶν δράσων (οὐδὲ γὰρ πολλοὶ ἦσαν) ἀλλ' ἵνα οἱ ἵπποι πρός τε τὴν ὄψιν καὶ πρὸς τὴν φωνὴν αὐτῶν ἐκμελετήσωσιν οὐδὲν ἔτι τοὺς τῶν πολεμίων φοβεῖσθαι. κἀν τούτῳ οἵ τε Γαιτουλοί που προσεχώρησαν αὐτῷ, καὶ ἕτεροί τινες τῶν πλησιοχώρων, τὰ μὲν δι' ἐκείνους, ἐπειδὴ σφᾶς μεγάλως τιμηθέντας ἠκούσαντο, τὰ δὲ καὶ τῇ τοῦ Μαρίου μνήμῃ, ὅτι προσήκων αὐτῷ ἦν. ὡς δὲ ταῦτά τε ἐγένετο, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας βραδέως μὲν καὶ ἐπικινδύνως, ὑπό τε τοῦ χειμῶνος καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων, ταλαιπωρηθέντες, ὅμως δ' οὖν ἦλθόν ποτε, οὐκέτ' ἡσύχαζεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο ἠπείχθη πρὸς τὴν μάχην ὅπως πρὶν τὸν Ἰόβαν ἐπελθεῖν, φθάσῃ τὸν Σκιπίωνα προκατεργασάμενος. καὶ προχωρήσας ἐπ' αὐτὸν πρὸς πόλιν Οὔζιττα, ἐπὶ λόφου τινός, ὑπέρ τε ἐκείνης καὶ ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου ἅμα αὐτῶν ὄντος, ἱδρύθη, προεκκρούσας τοὺς κατέχοντας αὐτόν. καὶ μετὰ τοῦτο προσπεσόντας οἱ τὸν Σκιπίωνα ἀπό τε τοῦ μετεώρου ἀπεδίωξε, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐπικαταδραμὼν ἐκάκωσε. τοῦτό τε οὖν τὸ χωρίον κατέσχε καὶ ἐνετειχίσατο, καὶ ἕτερον ἐπὶ θάτερα τῆς πόλεως, τὸν Λαβιηνὸν ἀπ' αὐτοῦ κρατήσας. ἔλαβε δὲ κἀκ τούτου καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἀπετείχισε. ὁ γὰρ Σκιπίων, δείσας μὴ προκαταληφθῇ, ἐς μάχην μὲν οὐκέτ' αὐτῷ ᾔει· τὸν δὲ δὴ Ἰόβαν μετεπέμπετο, καὶ αὐτῷ, ἐπὶ τῷ μὴ ὑπακούειν οἱ, πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀφρικῇ τοῖς Ῥωμαίοις ὄντα χαρίσασθαι ὑπέσχετο. καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου τῷ μὲν Σιττίῳ ἄλλους ἀντιτάξεν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Καίσαρα αὖθις ὥρμησεν. ἐν ᾧ δὲ ταῦτ' ἐγίγνετο, ὁ Καῖσαρ ἐπειρᾶτο μὲν πάντα τρόπον ἐς τὰς χεῖρας τὸν Σκιπίωνα ὑπαγαγέσθαι, μὴ δυνηθεὶς δὲ λόγους τε φιλίους ἐς τοὺς στρατιώτας καθῆκε, καὶ βιβλία βραχέα διέρριψεν, ὑπισχνούμενος δι' αὐτῶν, τοῖς μὲν ἐπιχωρίοις τά τε οἰκεῖα ἀκέραια

† ἴσως ὅτι τὸ εἶ.

A à se audiuerat, neq; magnopere suis copiis (quas non magnas habebat) iuuari posse existimabat: obseruato tempore, quo Iuba regno suo exercitum eduxisset, in Numidiam irrupit, eamque, & Gætuliam, quæ pars regni Iubæ est, vastauit: qua re Iuba, vt instituto suo omisso, medio ex itinere cum maiori parte exercitus reuerteretur, motus est. [a] Nā partem suarū copiarum Iuba Scipioni aliquando miserat: vt satis vel hinc constaret, si se ei cōiunxisset, Cæsarem eos sustinere nequaquam potuisse. Quanquam ne quidem solum Scipionem Cæsar aggredi ausus fuit, B in primis metu elephantorum, quos non tam pugnæ causa, quam quod ab iis equitatus suus conturbabatur, summopere timebat. Itaque milites, quantum eius fieri poterat, castris cōtinens, ex Italia, milites elephantosq; euocabat, [b] nō quod his magnopere in prælio fideret, (erat enim non magnus eorum numerus) sed vt equi sui eorum visui atque voci assuefacti, hostium quoque elephantos timere desinerent. Interea & Gætuli ad Cæsaris amicitiam accesserunt, & nonnulli alii finitimi populi, partim propter Gætulos, quos magnis honoribus ab eo affectos audierant, C partim Marii memoria adducti, cui Cæsar genere propinquus erat. Iam & ex Italia euocati, quamuis tarde, multaque pericula à tempestatibus ac hostibus passi, [c] aduenerant. Itaque Cæsar, non amplius cessandum ratus, [d] in Scipionem exercitum duxit, vt eum ante aduentum Iubæ prælio opprimeret. Vbi ad oppidum Vzitta peruenit, in colle, qui oppido hostiumque castris imminebat, deiecto eius præsidio, castra posuit, Scipionemque D oppugnandi sui causa venientem ab alto repulit, immissisque equitibus damnum ei intulit. Eum collem Cæsar postquam communiuit, alium quoque ex altera oppidi parte, pulso inde Labieno, occupauit: atque ita totam vrbem munitionib. clausit. Etenim Scipio in prælium aduersus Cæsarem non educebat, veritus ne ante Iubæ aduentum, [e] cladem acciperet: qui quum euocatus tamen non pareret, omnē Africam, quæ Romanis subdita esset, se ei dono daturū Scipio pollicitus est. Ea pollicitatione adductus Iuba, alios Sittio opposuit, ipse recta aduersus Cæsarem E cōtendit. Interim Cæsar, vt ad pugnā Scipionē eliceret, nihil intētatū reliquerat. quum non succederet, amicos sermones inter milites ei[*] vulgauit, [f] literasq; sparsit, quib. [g] promittebat Afris, qui ad se transiissent, omnē rem familiarem integram

[a] Nihilo enim minus etiam quoque Scipioni copiarum suarum partem misit. Vnde liquido constitit, si se hic ei coniunxisset,

[b] non quasi magnum aliquid eo pacto per eos effecturus: (erat enim

[c] mari traiecti aduenerant.

[d] sed e contrario potius ad pugnā properans, in Scipionem.

[e] absumeretur.

[f] litterasque minutas sparsit.

[g] promittebat indigenarum res suas integras se conseruaturum ipsosque liberos relicturum.

se conseruaturum, seque ipsos libertati confirmaturum: Romanis autem impunitatem, præmiaque, & alia, quæ suis debebat, stipulabatur: eaque ratione multos ad se pertrahebat. Idem Scipio etiam [a] conatus efficere, etsi non deerāt, qui res eius Cæsaris rebus prætulissent: (si quidem similia promissa eius fuissent) tamen, quia præmium nullum pollicebatur, libertatem tantum S. P. Q. Romani vt defenderent, eos hortabatur; dum honestiora, quam præsenti negotio commodiora, proponit; neminem Cæsarianorum sibi adiecit. Hæc Scipio, tantisper dum Iuba veniret, agebat: eius aduentu institutum mutauit. nam tum [coniunctis viribus] hostem ad pugnā prouocabant, detrectantemque dimicationē lædebant, equitatuque suo palantes ab eius exercitu [b] intercipiebant. Cæsar neque in aciem [c] exire decreuerat, & munitiones omittens, commeatus si rapere posset, satis habebat; aliumque exercitum ex Italia euocabat. Qui quum ægre tandem aduenisset, (quippe non confertim sed † paulatim conscriptus erat, neque satis nauium erat, vt simul omnes traiicerent) recepto eo animum cōfirmauit, extraque vallum copiis eductis, aciem instruxit. Hostes, eo perspecto, ipsi quoq; in acie suos locarunt: neque tamen signa contulerunt: idque aliquot diebus factitatum est. [d] ita vt post leue equitum prælium, vtrique nulla re magna tentata in castra reducerent. Cæsar vbi intellexit, non posse se eo hostem adigere, vt relictis locis munitis manus consereret, ad Thapsum se conuertit: vt vel cum hoste, vrbi ei auxilio veniente, facultatem confligendi adipisceretur, vel etiā destitutam caperet. [e] Thapsus sita est in [eo] loco, qui ab altera parte mari, ab altera, palude alluitur, peninsulæque similis est. [e] cæterū inter mare ac paludē arctus admodū isthmus ad vrbē ptinet, in eoq; lacus est: ita vt ex vtraq; eius lacus parte propter ipsū littus angustus omnino transitus pateat. Ad eā vrbē Cæsar intra angustias pgressus, fossā ac munitiones circunduxit, nō obstantib. Thapsitanis: neq;.n. ad dimicationē satis erat eis roboris. Scipio aūt ac Iuba, conati sunt fauces ei⁹ isthmi, quà is in continentē terrā desinit, cōtra vallo fossaq; [f] clausas cōmunire. In eo opere quū versarentur, ac singulis dieb. magnā eius partē absoluerēt, quoq; celerius munitiones perficerēt, † iis in locis, q nondū ob-

a conatus spargendis in aduersos libellis & promissis efficere,

b grauibus damnis adficiebant.

c lubens exibat, & ne circumdaretur impediebat, & commeatu rapiendo contentus erat,

† minutim

d præterquā enim, quod equitatu paulū inter se commisso, pedem referebant: nihil admodū magni cum periculo neutri tentabant.

e Thapsus sita est in peninsula quodam modo, propter quā hinc mare, illinc lacus se se protendit. Angustum vero, palustremq; isthmum sic habet in medio, vt duplici quidem via, sed perexigua, ex vtraque parte paludis propter ipsum litus vtrimque transitus pateat.

f geminis operibus clausas

† ante locu, qua nondū erant obiiru ... [illegible]

A τηρήσειν, καὶ αὐτοῖς ἐλευθερίαν ἀφήσειν· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις, τήν τε ἄδειαν, καὶ τὰ γέρα, καὶ τἆλλα, ἃ καὶ τοῖς συνοῦσίν οἱ ὤφειλε, δώσειν· καὶ συχνούς γε ἐκ τούτου προσεποιήσατο. Σκιπίων δὲ ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς καὶ βιβλία καὶ λόγους ἐς τοὺς ἐναντίους ἐσβαλεῖν, ὥστε καὶ σφετερισάμενός τινας, οὐ μέντοι καὶ μεταστῆσαι αὐτοὺς ἠδυνήθη· οὐχ ὅτι οὐκ ἂν καὶ τὰ ἐκείνου τι ἐς αἰεὶ εἵλοντο, εἴπερ τι τῶν ὁμοίων ἐπηγγέλλετο· ἀλλ' ὅτι ἆθλον μὲν σφίσιν οὐδὲν ὑπισχνεῖτο, τὸν δὲ δὴ δῆμον τὸν Ῥωμαίων τήν τε γερουσίαν ἄλλως ἐλευθερῶσαι αὐτοὺς παρεκάλει· καὶ οὕτως ἐν ᾧ δὴ τὰ B εὐπρεπέστερα τῷ λόγῳ μᾶλλον, ἢ τὰ χρησιμώτερα τοῖς παροῦσιν ᾑρεῖτο, οὐδένα αὐτῶν ᾠκειώσατο. μέχρι μὲν οὖν μόνος ὁ Σκιπίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἦν, ταῦθ' οὕτως ἐγίγνετο· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Ἰόβας ἐπῆλθεν, ἠλλοιώθη. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ προεκαλοῦντο τοὺς ἐναντίους ἐς μάχην, καὶ μὴ βουλομένους συμβαλεῖν ἐκάκουν, τῷ τε ἱππικῷ τοὺς ἀποσκεδαννυμένους σφῶν ἰσχυρῶς ἔβλαπτον· ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ οὐδὲ ἐς χεῖρας αὐτοῖς ἑκὼν ᾔει, καὶ τοῦ περιτειχισμοῦ ἐπέσχε, καὶ τὴν τροφὴν ἀγαπητῶς ἥρπαζε, καὶ δυνάμεις ἄλλας οἴκοθεν προσμετεπέμπετο. καὶ ὀψὲ μὲν καὶ χαλεπῶς ἐλθούσας αὐτὰς, (οὔτε γὰρ ἀθρόαι ἦσαν, ἀλλὰ C καὶ κατὰ βραχὺ συνελέγοντο, καὶ πλοίων ὥσθ' ἅμα περαιωθῆναι ἠπόρουν) ἐλθούσας δ' οὖν ποτὲ προσλαβὼν, ἀνεθάρσησέ τε αὖθις, καὶ ἐπεξαγαγὼν παρετάξατο πρὸ τῆς ταφρείας. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ ἐναντίοι ἀντιπαρετάξαντο μὲν, οὐ μὴν καὶ συνέβαλον σφίσι. καὶ τοῦτο ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἐγίγνετο. πλὴν γὰρ ὅτι τοῖς ἱππεῦσιν ἐπὶ βραχὺ συμμιγνύντες ἀνεχώρουν, οὐδὲν οὐδέτεροι μέγα παρέβαλον. ὁ οὖν Καῖσαρ, ἐννοήσας ὅτι οὐκ ἂν δύναιτο D ἄκοντας αὐτοὺς † ἀπὸ τῶν χωρίων ἐς χεῖρας † καὶ τῶν ἐλθεῖν ἀναγκάσαι, πρὸς Θάψον ὥρμησεν, ἵν' ἢ προσβοηθησάντων αὐτῶν τῇ πόλει, συμβάλῃ σφίσιν, ἢ περιιδόντων, ἐκείνην γε ἕλῃ. ἡ δὲ δὴ Θάψος κεῖται μὲν ἐν χερρονήσῳ τρόπον τινὰ, ἔνθεν μὲν τῆς θαλάσσης, ἔνθεν δὲ λίμνης παρηκούσης· στενὸν δὲ δὴ τὸν ἰσθμὸν καὶ ἑλώδη διὰ μέσου οὕτως ἔχει, ὥστε διχῇ μὲν, δι' ἐλαχίστου δὲ, ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ἕλους παρ' αὐτοῦ τοῦ ῥαχίας ἀμφοτέρωθεν παριέναι. πρὸς ταύτην οὖν τὴν πόλιν ὁ Καῖσαρ εἴσω τῶν στενῶν χωρήσας, ἐτάφρευε καὶ ἐσταύρου. καὶ ἐκεῖνοι μὲν οὐδὲν πρᾶγμα αὐ-E τῷ παρεῖχον, (οὐ γὰρ ἦσαν ἀξιόμαχοι) ὁ δὲ δὴ Σκιπίων καὶ ὁ Ἰόβας ἐπεχείρησαν τὸ στόμα τοῦ ἰσθμοῦ, καθ' ὃ πρὸς τὴν ἤπειρον τελευτᾷ, σταυρώμασι καὶ ταφρεύμασι διχῇ διαλαβόντες ἀποτειχίσαι. ἐν ἔργῳ δὲ αὐτῶν ὄντων, καὶ πολὺ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνυόντων, (ὅπως γάρ τι θᾶσσον δια-

τειχί-

τειχίσωσι, τούς τε ἐλέφαντας καθ' ὃ μηδέπω διεπέφρακτο, ἀλλ' εὐέφοδόν τι τοῖς πολεμίοις ἦν, † προσέταξαν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντες εἰργάζοντο) ἐπέθετο ὁ Καῖσαρ αἰφνιδίως τοῖς ἑτέροις περὶ τὸν Σκιπίωνα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας πόῤῥωθεν σφενδόναις καὶ τοξεύμασιν ἐκταράξας, ἐφέπετό τε αὐτοῖς ἀναχωρήσασι· καὶ παρὰ δόξαν τοῖς ἐργαζομένοις προσμίξας, καὶ ἐκείνους ἐτρέψατο, καὶ σφίσι φυγοῦσιν ἐς τὸ ἔρυμα συνεσπεσὼν, αὐτοβοεὶ εἷλεν. ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ Ἰόβας, οὕτως ἐξεπλάγη, καὶ ἔδεισεν, ὡς μήτε ἐς χεῖρας τινὶ ὑπομεῖναι ἐλθεῖν, μήτε τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς ποιήσασθαι. ἐκεῖνος μὲν οὖν, φυγὼν, καὶ οἴκαδε ἐπειχθεὶς, ἔπειτ' ἐπειδὴ μηδεὶς αὐτὸν, ἄλλως τε καὶ τοῦ Σιττίου τοὺς ἀντικαταστάντας οἱ προνενικηκότος, ἐδέξατο, ἀπέγνω τε τὴν σωτηρίαν, καὶ τῷ Πετρείῳ, μηδεμίαν μηδ' αὐτῷ ἐλπίδα ἀδείας ἔχοντι, ἐμονομάχησε καὶ συναπέθανε.

† προσέταξαν,

Καῖσαρ δὲ τό, τε σταύρωμα εὐθὺς μετὰ τὴν φυγὴν αὐτοῦ ἔλαβε, καὶ φόνον πλεῖστον τῶν προστυχόντων ἀπαραίτητον σφίσιν ἐποίησεν· οὐδὲ γὰρ τῶν μεθισταμένων ἐφείσατο· κἀκ τούτου τάς τε ἄλλας πόλεις, μηδενὸς αὐθις ἀντιστάντος, παρεστήσατο, καὶ τοὺς Νομάδας λαβὼν, ἔς τε τὸ ὑπήκοον ἐπήγαγε, καὶ τῷ Σαλουστίῳ, λόγῳ μὲν ἄρχειν, ἔργῳ δὲ, ἄγειν τε καὶ φέρειν ἐπέτρεψε. ἀμέλει καὶ ἐδωροδόκησε πολλὰ, καὶ ἥρπασεν· ὥστε καὶ κατηγορηθῆναι † αἰσχύνην αἰσχίστην ὀφλῆσαι, ὅτι τοιαῦτα συγγράμματα συγγράψας, καὶ πολλὰ καὶ πικρὰ περὶ τῶν ἐκκαρπουμένων τινὰς εἰπὼν, οὐκ ἐμιμήσατο τῷ ἔργῳ τοὺς λόγους. ὅθεν εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀφείθη ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ἀλλ' αὐτός γε τῇ γραφῇ ἑαυτοῦ καὶ πάνυ ἐστηλοκόπησε. τοῦτό τε οὖν οὕτως ἐγένετο, καὶ τὰ ἐν τῇ Λιβύῃ ἔθνη ταῦτα, τὸ μὲν περὶ τὴν Καρχηδόνα, (ὃ δὴ καὶ Ἀφρικὴν καλοῦμεν) παλαιὸν, ὅτι οὐκ πολλοῦ κατείργαστο· τὸ δὲ δὴ τῶν Νομάδων, νέον, ὅτι νεωστὶ εἴληπτο, ἐπωνομάσθη. Σκιπίων δὲ ἐκ μὲν τῆς μάχης ἔφυγε, καὶ πλοίου ἐπιτυχὼν, ἐς τὴν Ἰβηρίαν πρός τε τὸν Πομπήιον ἀπῇρε· ἐκπεσὼν δὲ ἐς τὴν Μαυριτανίαν, καὶ τὸν Σίττιον φοβηθεὶς, ἑαυτὸν διεχρήσατο.

† αἰσχύνην.

Ὁ, τε Κάτων, τὸ μὲν πρῶτον συγκαταφυγόντων πρὸς αὐτὸν πολλῶν, παρεσκευάζετο τῶν τε πραγμάτων ἀντιλαβέσθαι, καὶ τὸν Καίσαρα τρόπον τινὰ ἀμύνεσθαι. ὡς δὲ οἵ τε Οὐτικήσιοι, ἅτε μηδὲ ἐν τῷ πρὶν ἐχθρωδῶς τῷ Καίσαρι ἔχοντες, καὶ τότε νενικηκότα αὐτὸν ὁρῶντες, οὐκ ἐπείθοντο αὐτῷ· καὶ οἱ ἐκ τῆς γερουσίας τῶν τε ἱππέων παρόντες, ἐφοβήθησαν μὴ συλληφθῶσιν

A structi erant, quaque hostibus aditus patebat, elephantos constituerent, reliqui omnes labori intenti essent; Cæsar subito eos, qui sub Scipione erant, adortus est: quumque eminus fundis ac sagittis elephantos conturbasset, eos cedentes insecutus, ex improuiso operantibus superuenit, inque fugam eos dedit, & cum fugientibus in castra incidit, eaque confestim cepit. Qua re conspecta, in tantum Iuba terrorem metumque peruenit, vt neque congredi prælio, neque custodire castra curaret. Itaque fuga B domum properatò quum peruenisset, & à nemine suorum reciperetur, idque eò magis, quod Sittius iam sibi obiectos prælio vicerat: desperata salute, cum Petreio, qui ipse quoque veniæ nullam spem habebat, singulari certamine congressus, cumq; eo vita functus est.

Cæsar extemplò munitionibus, Iuba fugiente, potitus; maximam omnium, in quos incidisset, cædem fecit; ne his quidem, qui sese dedebant, parcens: deinde receptis, nemine resistente, cæ- C teris vrbibus, Numidas [a] quoque in suam potestatem accepit: iisque Sallustium, verbo quidem, regendæ; re autem ipsa, diripiendæ regionis causa, præfecit. Enimuero Sallustius, & pecuniæ captæ, & compilatæ prouinciæ accusatus, summam infamiam reportauit; quod quum eiusmodi libros composuisset, in quibus multis acerbisque verbis eos, qui ex prouinciis quæstum facerent, notasset, nequaquam suis scriptis in agendo stetisset. Itaque etsi à Cæsare absolutus D fuit, tamē suis ipsius verbis proprium crimen abunde quasi in tabula propositum diuulgauit. His ita peractis, eã pars Libyę, quæ circa Carthaginem sita, à Romanis Africa dicebatur, vetus prouincia dicta est, quod iam olim subacta esset: Numidiæ autem, quia recens debellata fuit, nouæ prouinciæ nomen inditum est. Scipio ex pugna profugus, nauim nactus, ea conscensa in Hispaniam ad Pompeium cursum instituit: sed eiectus in Mauritaniam, Sittium metuens, necem sibi manu propria attulit.

[a] quoq; Getulos subditorum in numerum retulit: iisque

Cato, quum multi ad ipsum confu- E gissent, initio rem gerere, & se à Cæsare defendere aliqua ratione intendebat: sed quum Vticenses ei non obtemperarent, qui neque ante animis à Cæsare alienis fuerant, & iam de victoria insuper eius cognouerant: quumque senatores equitesque, qui aderant, de fuga cogi-

tarent, quod verebantur, ne ab Vticensibus comprehenderentur; ipse, quum resistere Cæsari non posset, ne dedere quidem se ei statuit: non quod periculum aliquod metueret, (id enim summo studio agere Cæsarem, satis pro certo sciebat, vt, quo clementiæ opinionem suæ conseruaret, sibi parceret) sed quia libertatis vehementi amore tenebatur, neque cuiquam quicquam concedere volebat, misericordiamque Cæsaris morte sibi longe grauiorem existimabat esse. Itaque ciuibus suis, qui tum Vticæ aderãt, conuocatis; percontatus, quorsum vnusquisque eorum iter instituisset, viatico singulos instructos dimisit: filium ad Cæsarem proficisci iussit: eique, cur non ipse idem hoc faceret, interroganti, ita respondit; Ego quidem in libertate vitæ dicendique educatus, non possum nunc, immutata vitæ ratione, senex seruituti me adsuefacere: te vero, qui in huiusmodi rerum statu & natus es & educatus, *a* eam fortunam, quæ tibi obtigit, amplecti decet. His actis, rationes Vticensibus suæ administrationis exhibuit, reliquoque pecuniæ eorum, quod apud se habebat, restituto: moriendum sibi ante Cæsaris aduentum decreuit. Id quominus interdiu conaretur, filius aliique, qui eum obseruabant, effecerunt: quum aduesperasset, pugione furtim sub puluinari reposito, Platonis librum de animo * [cui Phædoni titulus est] poposcit, siue eo consilio, vt præsentes quam longissime à suspicione inferendæ sibi mortis abduceret, ac quamminime ab eis obseruaretur: siue vt eius libri lectione nonnihil consolationis ad mortem obeundam quæreret. Libro lecto, media iam nocte, pugione arrepto vulnus sibi in vterum ingessit: ex eoque ictu exanguis factus, animam statim egisset, nisi à grabato delapsus, strepitu edito eos, qui ante id conclaue dormiebant, excitasset. Tum intro se coniicientes filius cæterique, repositis in ventrem intestinis, medicinaque adhibita, sublato pugione, ianuas clauserunt, vt somnum Cato caperet. neque enim ex hoc vulnere decessurum putabant. Sed Cato, iniectis vulneri manibus, diruptisque suturis, expirauit. Ita Cato, inter omnes suæ ætatis viros popularis status studiosissimus, animoque firmissimus, constantissimusque, etiam morte sua magnam gloriam obtinuit, Vticensisque cognomentum tulit, quod & Vticæ mortem eam oppetiisset, & publi-

a eum genitũ, qui te nactus est, colere decet.

* hoc abest a Græco.

A ὑπ' αὐτῶν, καὶ δρασμὸν ἐβουλεύσατο. αὐτὸς μὲν οὔτ' ἀντιπολεμῆσαι (οὔτε γὰρ οἷός τε ἦν) οὔτ' αὖ παραχωρῆσαι τῷ Καίσαρι ἔγνω, οὐχ ὅτι τι ἐδεδίει, (καὶ γὰρ εὖ ἠπίστατο καὶ πάνυ ἂν σπουδάσαντα αὐτὸν ἑαυτοῦ, τῆς ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ δόξης ἕνεκα, φείσασθαι) ἀλλ' ὅτι τῆς ἐλευθερίας ἰσχυρῶς ἤρα, καὶ ἡττᾶσθαι οὐδενὸς ἐς οὐδὲν ἐβούλετο· τοῦ τε θανάτου πολὺ τὸν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἔλεον χαλεπώτερον ἡγεῖτο εἶναι). συγκαλέσας δὲ τοὺς παρόντας τῶν πολιτῶν, καὶ διερωτήσας ὅπῃ ἕκαστος αὐτῶν ὁρμηται, ἐκείνους μὲν μετ' ἐφοδίων ἐξέπεμψε, τῷ δ' B υἱεῖ πρὸς τὸν Καίσαρα ἐλθεῖν ἐκέλευσε. πυθομένου τε τοῦ νεανίσκου, διὰ τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ τοῦτο ποιεῖς; ἀπεκρίνατο αὐτῷ, ὅτι ἐγὼ μὲν ἔν τε ἐλευθερίᾳ καὶ παρρησίᾳ τραφεὶς, οὐ δύναμαι τὴν δουλείαν ἐκ μεταβολῆς ἐπὶ γήρως μαθεῖν· σοὶ δὲ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει καὶ γεννηθέντι καὶ τραφέντι, τὸν δαίμονα τὸν λαχόντα σε θεραπεύειν προσήκει. ταῦτ' οὖν πράξας, καὶ τοῖς Οὐτικησίοις τήν τε διοίκησιν ἀπολογησάμενος, καὶ τὰ λοιπὰ, χρήματά τε ἄλλα, ὅσα αὐτῶν εἶχεν ἀποδοὺς, προαπ- C αλλαγῆναι πρὸ τῆς Καίσαρος ἀφίξεως ἠθέλησε. καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν, οὐκ ἐπεχείρησε τοῦτο ποιῆσαι· (ὅ, τε γὰρ υἱὸς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες φυλακὴν αὐτοῦ εἶχον) ἐπεὶ δ' ἑσπέρα ἐγένετο, ξιφίδιόν τέ τι κρύφα ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκε, καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος βιβλίον τὸ περὶ ψυχῆς αὐτῷ γεγραμμένον ᾔτησεν· εἴτ' οὖν πόρρω τῆς ὑποψίας τοῦ τι τοιοῦτον βουλεύσασθαι, τοὺς παρόντας ἀπαγαγεῖν σπουδάσας, ὅπως ὡς ἥκιστα D παρατηρηθῇ· εἴτε καὶ παραμύθιόν τι πρὸς τὸν θάνατον ἐκ τῆς ἀναγνώσεως αὐτοῦ λαβεῖν ἐπιθυμήσας. ὡς δ' ἐκεῖνό τε διήξατο, καὶ ἡ νὺξ ἐμεσοῦτο, τό, τε ἐγχειρίδιον ἐφείλκυσε, καὶ ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γαστέρα παίσας, εὐθὺς ἂν ἐτελεύτησεν, ἔξαιμος γενόμενος, εἰ μὴ καταπεσὼν ἐκ τοῦ σκίμποδος, ψόφον τε ἐποίησε, καὶ τοὺς προκοίτου. ταχὺ δὲ ἤγειρε καὶ οὕτως ὅ, τε υἱὸς καὶ ἄλλοι τινὲς ἐσπεσόντες, τά τε ἔντερα αὐτοῦ ἐς τὴν γαστέρα αὖθις κατέταξαν, καὶ θεραπείαν αὐτῷ προσήγαγον. καὶ οἱ μὲν τό, τε ξιφίδιον ἦραν, καὶ τὰς θύρας ἀπέκλεισαν, ὅπως ὕ- E πνου λάχῃ (οὐ γὰρ δὴ καὶ ἄλλως πως ἀποθανεῖν αὐτὸν προσεδόκησαν) ἐκεῖνος δ' ἔς τε τὸ τραῦμα τὰς χεῖρας ἐνέβαλε, καὶ τὰς ῥαφὰς αὐτοῦ διαρρήξας ἀπέψυξεν. ὁ μὲν οὖν Κάτων, καὶ δημοτικώτατος καὶ ἰσχυρέστατος καὶ ἰσχυρογνωμονέστατος πάντων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων γενόμενος, μεγάλην δόξαν καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θανάτου ἔλαβεν· ὥστε καὶ ἐπωνυμίαν Οὐτικήσιος, ὅτι ἔν τε τῇ Οὐτικῇ οὕτως ἐτελεύτησεν, ὅτι τε δημοσίᾳ

δημοσίᾳ ὑπ' αὐτῶν ἐτάφη, κτήσασθαι. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ ἐκείνῳ μὲν ὀργίζεσθαι ἔφη, ὅτι οἱ τῆς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ αὐτοῦ εὐκλείας ἐφθόνησε. τὸν δὲ υἱὸν καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πλείους ἀφῆκεν, ὥσπερ εἰώθει. οἱ μὲν γὰρ εὐθύς, οἱ δὲ καὶ ὕστερον, ὅπως ἀμεμπτότερον αὐτῷ ὑπὸ τοῦ χρόνου γενομένου προσέλθωσιν, ἐθελονταὶ προσεχώρησαν. καὶ οἱ μὲν ἐσώθησαν. Ἀφράνιος δὲ καὶ Φαῦστος, ἑκόντες μὲν οὐκ ἦλθον πρὸς αὐτόν (καὶ γὰρ εὖ ᾔδεσαν ἀπολούμενοι) φυγόντες δὲ ἐς Μαυριτανίαν, συνελήφθησαν ὑπὸ τοῦ Σιττίου. καὶ ἐκείνους μὲν ἀκρίτους ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ αἰχμαλώτους, ἀπέσφαξε· τὸν δὲ δὴ Καίσαρα τὸν Λούκιον, καίπερ ἐν γένει οἱ ὄντα, καὶ ἐθελούσιον ἱκετεύσαντα, ὅμως ἐπειδὴ διαπαντὸς προσεπεπολεμήκει, τὸ μὲν πρῶτον ἀποδικῆσαι ἐκέλευσεν, ὥστε ἐν δίκῃ τινὶ καταψηφίσασθαι αὐτοῦ δόξαι· ἔπειτα δὲ ὀκνήσας αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ θανατῶσαι, τότε μὲν ἀνεβάλετο, ὕστερον δὲ καὶ κρύφα ἀπέκτεινε. καὶ γὰρ τῶν συνόντων οἱ τοὺς οὐκ ἐπιτηδείους, τοὺς μὲν πρὸς τῶν ἐναντίων οὐκ ἀκουσίως ἀπέβαλλε· τοὺς δὲ καὶ δι' ἑαυτῶν, τῶν σφετέρων ἐξ ἐπιβουλῆς, ἐν αὐταῖς ταῖς μάχαις ἀπόλλυσθαι ἐποίει. οὐ γάρ τοι καὶ φανερῶς πᾶσι τοῖς λυπήσασί τι αὐτὸν (ὥσπερ εἶπον) ἐπεξῄει, ἀλλ' ὅσοις μηδενὶ ἀξιόχρεῳ ἐγκλήματι μετελθεῖν ἐδύνατο, ἐν τρόπῳ δή τινι ἀφανεῖ ὑπεξῄρει· καίτοι τότε τὰ γράμματα, ὅσα ἐν τοῖς ἀπορρήτοις τοῦ Σκιπίωνος κιβωτίοις εὑρέθη, πάντα καύσας πρὶν ἀναγνῶναι· καὶ τῶν ἀντιπολεμησάντων οἱ πολλοὺς μὲν δι' αὐτοὺς ἐκείνους, πολλοὺς δὲ καὶ διὰ τοὺς φίλους σώσας. τῶν τε γὰρ συναγωνιστῶν καὶ τῶν ἑταίρων ἑκάστῳ ἕνα ἐξαιτεῖσθαι (ὥσπερ εἴρηται) ἐπέτρεπε. καίτοι καὶ τὸν Κάτωνα ἔσωσεν ἄν· οὕτω γὰρ † ἀνατεθαυμάκει, ὥστε τοῦ Κικέρωνος ἐγκώμιον μετὰ ταῦτα αὐτοῦ γράψαντος, ἀγανακτῆσαι μὲν μηδέν, καίπερ καὶ ἐκείνου οἱ προσπολεμήσαντος, βιβλίον δέ τι γράψαι, ὃ καὶ † Ἀντικάτωνα ἐκάλεσε.

† αὐτὸν ἐπεθαυμάκει.

† Ἀντικάτωνα

Καῖσαρ μὲν ταῦτά τε πράξας, καὶ τοὺς ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν παραχρῆμα, καὶ πρὶν ἐς τὴν Ἰταλίαν περαιωθῆναι, μὴ καὶ στασιάσωσιν αὖθις, ἀπαλλάξας, τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ Ἀφρικῇ διὰ βραχέων ὡς ἐνῆν μάλιστα καταστήσας, μέχρι μὲν τῆς Σαρδοῦς παντὶ τῷ ναυτικῷ ἔπλευσεν· ἐντεῦθεν δὲ ἐκείνους μὲν ἔς τε τὴν Ἰβηρίαν καὶ ἐπὶ τὸν Πομπήιον μετὰ Γαΐου

A publicis eius ciuitatis sumptibus sepultus esset. Cæsar, quum se Catoni irasci dixisset, quod gloriam salutis suæ sibi inuidisset; filium eius more suo, sicut reliquos etiam complures, qui se ei, pars statim, pars interposita mora (quod eum de ira interim remissurum aliquid sperabant) vltro dediderunt, incolumem dimisit. Afranius autem & Faustus Sylla, fuga in Mauritaniam perlati, etenim Cæsaris se potestati permittere nolebant, (satis certi, id sibi suo exitio staturum) B ibi à Sittio comprehēsi sunt: eosque indicta causa Cæsar tanquam captiuos occidit. L. autem Cæsarem, cognatum suum, vltroque sibi supplicem factum, tamen quod toto bello contra se stetisset, primum causam dicere iussit, eo consilio, vt iudicio victum condemnasse videretur: verum, quum eum sua voce morti addicere vereretur, iudicio suspenso, post paulo † per insidias hominem interemit. Si quos enim Cæsar secum habebat, quorum consuetudine C non capiebatur, eos partim ab aduersarius interfici haud ægre passus est, partim per suæ ipsorum partis homines [a] inter prœliandum occidi iussit. [b] Neque enim aperte de omnibus, qui ipsum læsissent, vindictam exigebat. sed siqui erant, quibus nullum satis magnum crimen obiicere, vt pœnas de iis sumeret, poterat; eos latenter è medio tollebat. Nihilominus [tamen secundum eam victoriam] omnes literas, quæ in secretis Scipionis scriniis continebantur, non D lectas, combussit: multis quoque eorum, qui contra ipsum arma tulerant, aliis sui ipsorum causa, aliis in gratiam amicorum salutem concessit. Nam, vt supra quoque diximus, vnicuique commilitonum atque sociorum suorum vnum vt pœnæ eximeret, potestatem fecit. Ipsum quoque Catonem quin incolumitate fuerit donaturus, non dubium mihi videtur. In tanta enim admiratione eum habuerat, vt quum postmodum Cicero de Catonis laude librum composuisset, id ægre non tulerit, quanquam ipse etiam libri autor E in bello contra se fuisset: sed librum tantum condiderit, cui Anticato nomen fuit.

† clam hominem

a ex insidiis inter

b Neque enim, vt etiā ante dixi, aperte

Cæsar, his confectis rebus, dimissisq; à se confestim ætate confectis militibus, antequam in Italiam traiiceret, ne denuo seditionem mouerent, rebusque in Africa quam potuit breuissimo temporis spatio constitutis, ad Sardiniam vsque tota classe prouectus, inde copiis in Hispaniam aduersus Pompeium cum C.

Didio missis, ipse Romam petiit, animo A cum ob rerum gestarum splendorem, tum nonnihil etiam ob senatusconsulta de se facta, elato. Decreuerat enim senatus, vt propter victoriam eius, quadraginta diebus sacrificaretur: vtque in triumpho iam ante concesso, equis albis, apparitoribusque cum iis, quos secum habebat, tum iis, quos in prima, quosque in secunda dictatura habuerat, vteretur. Præterea morum eum magistrum (ita enim vocabant, quasi non satis digno censoris nomine) ad tres annos, dictatorem in decennium deinceps constituerunt: B [a] vtque semper consulibus in sella curuli in † consilio assideret, semper primus omnium sententiam diceret: in [b] omnibus equestribus certaminibus præmia diuideret: magistratus, reliquosque honores, quos alias populus tribuere consueuerat, ipse conferret: currusque ipsi aduersum Iouem spectãs in Capitolio collocaretur. Ipse quoque super imaginem orbis terrarum [positus] [c] statueretur; cum [ea] inscriptione, SEMIDEVS EST. vtq; deleto Catuli nomine, Cæsaris Capitolio inscriberetur: quasi [verò] Cæsar id templũ, C de cuius perfectione Catulũ [d] ad disquisitionẽ vocare intenderat, perfecisset. Hæc ego sola recensui, [e] quamuis multa alia & decreta, & approbata fuerunt: quia hæc tantum, reliquis repudiatis, admisit.

Cæsar, [f] postquam Romam aduenit, suamque [g] potentiam Romanis, & animi altitudinem suspectam esse, eosque sibi de ipso non minora, quam olim perpessi fuerant, mala polliceri; itaque non beneuolentia erga ipsum motos, sed adulandi causa immodicos istos honores D decreuisse: consolandi eos, inque spem adducendi gratia, hæc in senatu verba fecit. NEMO vestrũm, P. C. existimare debet, me propterea, quod victoria potitus, loquendi quæ volo, agendique liberam ac nulli iudicio obnoxiam potestatem habeo, vel verbis idcirco, vel actionibus grauem vobis futurum. Nec, quoniam Marius, Cinna, Syllaque, & reliqui fere omnes, qui aduersarios suos superauerunt, dum rem aggrederentur, plurima E in dicendo agendoque humanitate vsi, (quare præsertim multos sibi conciliauẽre, vt vel adiutores se ipsis præberent, vel certe non repugnarent) posteaquam victoria parta id, quod concupiuerant, adepti sunt, longè à priorib. diuersum & sermone & re ipsa ostenderũt; ideo me quoque horum similem futurũ, quisq̃ suspicetur. Neque enim aut dissimulata mea natura

a ἑτέ, cuiusque temporis consulibus
† senatu
b omnibus ludis Circensibus
c ex ære statueretur,
d in ius vocare conatus olim fuerat,
e non quod sola decreta fuerint, quũ & de pluribus referretur, & rata eadem haberentur: sed quia tãtum hæc, reliquis
f postquam factis hisce senatusconsultis Romã aduenit,
g potentiam formidinis mortalibus,

A Διδίου ἐπιπέμψας, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη, τὸ μὲν πλεῖστον, τῇ τῶν ἔργων λαμπρότητι, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς τῆς βουλῆς δόγμασι μεγαλοφρονούμενος. τεσσαράκοντά τε γὰρ ἡμέρας ἐπὶ τῇ νίκῃ αὐτοῦ θῦσαι ἔγνωσαν, καὶ τὰ ἐπινίκια τὰ προεψηφισμένα, ἐπί τε λευκῶν ἵππων, καὶ μετὰ ῥαβδούχων τῶν τότε αὐτῷ συνόντων, καὶ ἑτέρων, ὅσοις ἐν τῇ προτέρῃ δικτατορείᾳ ἐκέχρητο, ἄλλων τε αὖ, ὅσοις ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐχρῆτο, πέμψαι οἱ ἔδωσαν. τῶν τε τρόπων τῶν ἑκάστου ἐπιστάτην, (οὕτω γάρ πως ὠνομάσθη, ὥσπερ οὐκ ἀξίας αὐτοῦ τῆς τοῦ τιμητοῦ προσρήσεως οὔσης) ἐς τρία αὐτὸν ἔτη, καὶ δικτάτωρα ἐς δέκα B ἐφεξῆς εἵλοντο. καὶ προσέτι ἐπί τε ἀρχικοῦ δίφρου μετὰ τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ καθίζειν, καὶ γνώμην ἀεὶ πρῶτον ἀποφαίνεσθαι· ἔν τε ταῖς ἱπποδρομίαις ἁπάσαις ἀποσημαίνειν, καὶ τάς τε ἀρχάς τά τε ἄλλα, ὅσα τισὶν ὁ δῆμος πρότερον ἔνεμεν, ἀποδεικνύναι ἐψηφίσαντο. ἅρμα τέ τι αὐτοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἀντιπρόσωπον τῷ Διῒ ἱδρυθῆναι, καὶ ἐπὶ εἰκόνα αὐτὸν τῆς οἰκουμένης χαλκοῦν ἐπιβιβασθῆναι, γράμμα ἔχοντα, ὅτι, ΗΜΙΘΕΟΣ ΕΣΤΙ. τό, C τε ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον † ἀντὶ τοῦ Κατούλου γραφῆναι, ὡς καὶ τὸν νεὼν, ἐφ' οὗ τῇ ἐκποιήσει τὸν εὐθύνειν ἐκεῖνον ἐπεχείρησεν, ἐκτελέσαντος, ἀντιγραφῆναι ἐκέλευσαν. ταῦτα δὲ μόνα κατέλεξα, οὐχ ὅτι καὶ μόνα ἐψηφίσαντο (παμπληθῆ τε γὰρ ἐσεφέρετο, καὶ δῆλον ὅτι καὶ ἐκυροῦτο) ἀλλ' ὅτι τὰ μὲν ἄλλα παρῄτητο, ταῦτα δὲ προσεδέξατο.

† ἀντὶ τοῦ Κατούλου ἐς ἐκεῖνο

Δεδογμένων δὲ ἤδη αὐτῶν, ἦλθέ τε ἐς τὴν Ῥώμην καὶ ἰδὼν τοὺς ἀνθρώπους τήν τε δύναμιν αὐτοῦ φοβουμένους, καὶ τὸ φρόνημα ὑποτοπάζοντας, κακὰ τούτου πολλὰ καὶ δεινὰ (οἷά που καὶ πρὶν ἐγεγόνει) D πείσεσθαι προσδοκῶντας καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑπερόχους οἱ τιμὰς κολακείᾳ, ἀλλ' οὐκ εὐνοίᾳ ἐψηφισμένους· παρεμυθήσατό τε αὐτοὺς, καὶ ἐπήλπισεν, εἰπὼν ἐν τῇ βουλῇ τοιάδε. ΜΗΔΕΙΣ ὑμῶν, ὦ πατέρες, προσ- « δοκήσῃ μήτε εἰπεῖν με χαλεπὸν μηδὲν μήτε πρᾶ- « ξαι, ὅτι καὶ νενίκηκα, καὶ δύναμαι πᾶν μὲν ὅ,τι ἂν ἐθε- « λήσω ἀδεῶς εἰπεῖν, πᾶν δὲ ὅ,τι ἂν βουληθῶ, « μετ' ἐξουσίας εἰπεῖν τε καὶ δρᾶσαι. μὴ μέντοι μηδ' « ὅτι καὶ Μάριος καὶ Κίννας καὶ Σύλλας, οἵ τε ἄλλοι πάν- « E τες ὡς εἰπεῖν, ὅσοι ποτὲ τοὺς ἀντιστασιάσαντας « σφίσιν ἐκράτησαν, ἐν μὲν ταῖς ἐπιχειρήσεσι τῶν πρα- « γμάτων, πολλὰ καὶ φιλάνθρωπα καὶ εἶπον καὶ ἔπρα- « ξαν, δι' ὧν οὐχ ἥκιστα προσεταιρισάμενοί τινας, μάλι- « στα μὲν συμμάχοις αὐτοῖς, εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἀνταγω- « νισταῖς γε ἐχρήσαντο· νικήσαντες δὲ καὶ ἐγκρατεῖς « ὧν ἐπεθύμουν γενόμενοι, πολλὰ τἀναντία ἐκείνων « καὶ λόγῳ † καὶ ἔπραξαν. καὶ ἐμέ τις ὑπολά- βῃ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιήσειν. οὔτε γὰρ ἄλλως πως

† εἶπον καὶ ἔπραξαν.

„ πεφυκώς, ἔπειτα τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον
„ προσποιητῶς ὑμῖν ἐνωμίλησα, νῦν δέ, ὅτι
„ ἔξεστιν, ἀσφαλῶς θρασυνόμαι· οὔτ' αὖ ὑ-
„ πὸ τῆς πολλῆς εὐπραγίας ἐξῆρμαι, καὶ τετύ-
„ φωμαι, ὥστε καὶ τυραννῆσαι ὑμῶν ἐπιθυμῆ-
„ σαι· (ταῦτα γὰρ ἔμοιγε ἀμφότερα, ἢ τό γε
„ ἕτερον αὐτῶν ἐκεῖνοι παθεῖν δοκοῦσιν) ἀλλ' εἰ-
„ μί τε τῇ φύσει τοιοῦτος, ὁποίου μου ἀεὶ πεπεί-
„ ρασθε· (τί γὰρ δεῖ με καθ' ἕκαστον ἐπεξιόντα,
„ ἐπαχθῆ, ὡς καὶ ἐμαυτὸν ἐπαινοῦντα, γενέσθαι;)
„ καὶ τὴν τύχην οὐκ αὖ παραπληκτίσαιμι,
„ ἀλλ' ὅσῳ μᾶλλον ἀγαθῆς αὐτῆς πεπείραμαι,
„ τόσῳ μᾶλλον πρὸς πάντα κρείττονι αὐτῇ χρή-
„ σομαι. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐπ' ἄλλο τι τοσοῦτόν τι
„ ἰσχῦσαι, καὶ τηλικοῦτον αὐξηθῆναι ἐσπούδα-
„ σα, ὥστε πάντας μὲν τοὺς ἀντιπολεμήσαντας
„ κολάσασθαι, πάντας δὲ τοὺς ἀντιστασιάσαν-
„ τας νουθετῆσαι, ἢ ἵνα καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι ἀ-
„ σφαλῶς, καὶ εὐτυχεῖν εὐκλεῶς δυνώμαι.
† ἄπ „ οὔτε γὰρ ἄλλως † ἢ ἔννομον, ὅσα τις τοῖς διχογνω-
„ μονήσασιν ἐπικαλέσει, ταῦτα αὐτὸν ποιοῦντα
„ ἐξελεγχθῆναι· οὔτ' αὖ ἔγωγε ἀξιώσαιμι πο-
„ τὲ, τῇ τῶν ἔργων ζηλώσει ὁμοιωθεὶς αὐτοῖς,
„ μόνῃ τῇ τῆς παντελοῦς νίκης φήμῃ διαλλά-
„ ξαι. τίς μὲν γὰρ πλείω καὶ μείζω τινὰς εὖ
„ ποιεῖν ὀφείλει, τοῦ μάλιστα δυναμένου; τίς δὲ
„ ἧττον ἐξαμαρτάνειν, τοῦ πλεῖστον ἰσχύοντος; τίς
„ εὐβουλότερον τοῖς ἐκ τοῦ δαιμονίου χρῆσθαι δο-
„ θεῖσι, τοῦ τὰ μέγιστα παρ' αὐτοῦ λαβόντος; τίς ὀρ-
„ θότερον τὰ παρόντα ἀγαθὰ μεταχειρίζεσθαι,
„ τοῦ πλεῖστά τε ἔχοντος, καὶ μάλιστα περὶ αὐτῶν
„ μὴ καὶ ἀπόληται φοβουμένου; ἡ μὲν γὰρ εὐ-
„ πραγία, σωφροσύνην λαβοῦσα, διαμένει·
„ καὶ ἡ ἐξουσία μετριάσασα, πάντα τὰ κτηθέν-
„ τα τηρεῖ. τό, τι μέγιστον, καὶ ὅπερ ἥκιστα τοῖς
„ οὐ χωρὶς ἀρετῆς φερομένοις ὑπάρχει, καὶ
„ ζῶσιν ἀδόλως φιλεῖσθαι, καὶ τελευτήσασιν
„ ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι δίδωσιν. ὁ δ' ἀναίδην ἐς
„ πάντα ἁπλῶς τῇ δυνάμει καταχρώμενος,
„ οὔτε εὔνοιαν ἀληθῆ, οὔτ' ἀσφάλειαν ἀκρι-
„ βῆ εὑρίσκεται, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ φανερῷ πλα-
„ στῶς κολακεύεται. ἐν δὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐξουσίας
„ αὐτοκράτορα οἵ τε ἄλλοι πάντες, καὶ οἱ μάλι-
„ στα αὐτῷ χρώμενοι, καὶ ὑποπτεύουσι καὶ φο-
„ βοῦνται. ταῦτα δὲ οὐκ ἄλλως ἐφιλοσόφησα,
„ ἀλλ' ἵνα εἰδῆτε, ὅτι οὐκ ἐς ἐπίδειξιν, οὐδ'
„ ἀπὸ ταὐτομάτου νῦν προσπεσόντα αὐτὰ,
„ ἀλλὰ ἀπ' ἀρχῆς καὶ πρέπειν μοι καὶ συμ-

A natura superioribus temporibus, fictis apud vos moribus vsus sum, vt nunc licentiam adeptus, audacter meo ingenio efferat: neque rursus rerum secundarum copia ita elatus, fastuve inflatus sum, vt tyrannidem in vos affectem: quorum alterutrum, vt mihi videtur, si non vtrumque, iis quos commemoraui, viris inerat. Ego vero & ea sum natura, qua me esse experti ipsi estis, (quid enim refert, singula recensentem, me ipso laudando vobis molestum esse?) neque fortunam contumelia afficiendam mihi existimo, sed quando ea se mihi benigniorem præ-
B stitit, tanto minus ea abuti in omnibus rebus decreui. Quippe cur tantam obtinere potentiam, ad tantumque peruenire fastigium contenderem, vt & pœnas sumere de omnibus, qui bello se mihi opposuissent, & ad sanam mentem omnes consiliorum meorum impugnatores reducere possem, nulla mihi alia causa fuit, quam vt tutò meam virtutem mihi exercere, meaque fortuna cum gloria vti liceret.[a] Quanquam aliàs mihi iniquus is videatur, qui quæ aduersariis suis
C vitia obiecerit, eorundem ipse coargui[b] potest. neque velim sane quibus actionum similitudine componi merear, iis solius victoriæ gloria præstare. Iam cuius partes potius sunt, vt plurimum cæteris prosit, quam eius, qui plurimum potest? quis contra minorem delinquendi causam habet? Cuius potius est, prudentissime muneribus ‡ deorum vti, quam eius,[c] in quem illi summa contulerunt? Quis præsentia bona rectius administranda
D curabit, atque is, qui plurima possidet, præq; reliquis, ne ea amittat, timet? Etenim res secundæ, vbi animus continens iis moderatur, perdurant: potentiaque mediocriter vsurpata,[d] omnia bona conseruat; ac (quod potissimum est, minimeque iis obtingit, qui sine virtute viuũt) tum viuentes sincero amore diligi, tum defunctos veris laudibus ornari facit. Contra qui immodice suam in omnibus rebus potestatem abutitur, is neque beneuolentiam veram, neque securitatem
E certam inuenit, quantumuis palam ficto eum studio homines adulentur. ab omnibus enim is, qui in eos summam potentiam obtinet, iisque præsertim, quibus cum eo negotium est, in suspicione habetur, timeturque. Quæ ego vos à me non ostentationis gratia, aut quod casu ad mentẽ meam accidissent,[e] tractata existimare velim; sed ita intelligere, me iam inde ab initio, quoniam & conuenire mi-

[a] Non enim alium æquũ fuerit, si quis quæ aduersariis
[b] possit: nec vnquam equidem velim, quibus
‡ hominibus vti
[c] qui ab eo maxim. cõsecutus est
[d] omnia per ea bona
[e] sapienter expensa

hi ea, & conducere iudicabam, ita sensisse, locutumque fuisse. Proinde non in præsentia tantum bono vos esse animo hortor, sed de futuris quoque bene sperare: id cogitantes, quod si quid hactenus simulassem, iam nunc tamen hac ipsa die, quid serio vellem, omni sublata mora me declaraturum fuisse. Sed neque aliter vnquam ante sensi, (quod ipsa mea acta ostendere possunt) [a] & nunc multo maiori cura id agam; non profectò vt dominium in vos, sed vt tutelam vestrûm geram: neque tyrannus, sed dux vt sim: ita vt in omnibus iis, quæ vestra causa sunt agenda, & consul, dictatorque; in lædendo autem quopiam, (nihil enim grauius dicendum censeo) priuati loco sim. Qui enim aliquem ex vobis morte afficiam, qui me nulla iniuria læsistis? quum neminem eorum, qui in acie contra me steterunt, etiam eorum, qui in me oppugnando alios summo studio adiuuerunt, occiderim; sed misericordia omnes, qui semel arma contra me tulissent, prosecutus; nonnullis etiam, qui denuo contra me dimicassent, salutem concesserim? Qui vero iniuriarum acceptarum [b] meminerim? quum arcanas Pompeii Scipionisque literas, neque lectas, neque descriptas, extemplo combusserim? Proinde [c] confirmatis animis, P. C. in gratiam redeamus, omniumque quæ necessitas quædam diuinitus imposita attulit, recordatione proiecta, [agedum] omni suspicione omissa, mutuo amore [d] nos inuicem, tanquam nouos ciues, complectamur: vt & vos me tãquam patris loco accipientes, metu tristiorũ pulso [e] meæ prudẽtiæ procurationisq; vestrûm fructus capiatis; egoq; vos liberorum instar paterna cura tuear: id quidem in votis habens, vt omnia semper † quam rectissime à vobis agantur: si quid tamen secus accidat, ferendam esse necessario humanam sortem sciens. Cæterum, milites ne vobis timorem offerant. neque [enim] aliter, quam mei vestrique imperii custodes eos esse, existimare debetis. quos quidem ali necesse est, [f] propter multitudinem: alentur tamen non contra vos, sed vobis vti præsidio sint: contentique iis, quæ suppeditantur, eos à quibus accipiunt, amabũt. Atque hanc ob causam pecuniæ etiam plus solito exactum est, vt & seditiosi [g] placarẽtur, & ne victores ob rerum necessariarũ defectum materiam seditiones mouendi haberent. Ego quidem de his pecuniis nihil in meam rem verti: quin imo

a & nunc multo magis cupidus ero, & omni cum moderatione non (ita me Iupiter amet) dominus sim vester, sed patronus;

b aduersus aliquos meminerim,

c confidenter P. C. mutuam in amicitiam coalescamus.

d nos inuicem complexi, tanquã nouos ciues, incipiamus:

e mea prouidentia curaq; fructum percepturi, & ego de vobis, ceu liberis meis, sollicitus sim: id quidem.

† semper optima vobis eueniant:

f multis de causis

g ad modestiam reuocarẽtur; & victores, annonæ abunde accepta, seditionẽ nõ mouerent.

‡ Chaunaeo, di essent: idque & persuasit ‡ Chaunaeo, & per eum etiam Pacorum decepit, ita vt campestri itinere (quo Ventidius finxerat se eum nolle venire) prolixiori delecto, spatium copias suas cogendi Ventidio daret. Porro Ventidius ita paratus, Pacorum in Syria Cyrrhestica praelio vicit. Nam quum & passus esset Parthos fluuium transire, neque secundum transitum eos adortus esset, in eam ipsos opinionem adduxerat, vt effœminatos ac imbecilles esse Romanos iudicantes, castra quoque eorum, quanuis edito loco posita, aggrederentur, spe primo impetu ea capiendi: verum à Romanis repentina eruptione facta, non magno labore per decliue depulsi (equites enim erant) deinde fortiter quidem pugnantes, (& erant plerique grauis armaturae) tamen improuiso hostium incursu perturbati, ac superati à legionibus Romanis sunt, maxime funditoribus victoriam adiuuantibus, qui eminus violentis ictibus barbaros impetentes summopere affligebant. Pacorus quoque in ea pugna caesus, maximum attulit suis damnum. quem simul atque Parthi cecidisse viderunt, pauci pro eius cadauere alacriter certauere: quibus ipsis quoque concisis, reliqui omnes cesserunt, ac partim per pontem domum confugere conati, praeuenti ab hostibus perierunt; partim in Commagenem ad Antiochum profugerunt. Ventidius Syriam, quae suspenso animo euentum belli expectabat, (nam iustitiae ac clementiae nomine Pacorum Syri summo amore prosequebantur, ita vt maiori nullum vnquam regem) circum vrbes misso Pacori capite, quum facile pacauisset: contra Antiochum duxit, eo obtento, quod is ei seruos non dedidisset: re autem vera, pecuniae, quam plurimam Antiochus possidebat, spe potiundae.

Hoc agenti Antonius subitò superuenit, ac non modo non gauisus est, sed inuidit etiam ob rem proprio ductu praeclare gestam: & quanuis ipsi propter vtrunque factum Ventidii, & decretae supplicationes, & triumphus erant; tamen officio suo eum detrusit, & neque tum, neque deinceps vlla in re opera eius vsus est. Romae autem Antonio haec decreta sunt, tum ob eius eminentiam, tum secundum leges, quia ea prouincia ipsius erat. nihilominus ta-

A ποιῶσι) ἔλεγε. κἀκ τούτου αὐτόν τε ἀνέπεισε πιστεῦσαι, καὶ τὸν Πάκορον δι' αὐτοῦ προσεξηπάτησε. τὴν γὰρ πεδιάδα ἣν προσεποιεῖτο ὁ Οὐεντίδιος μὴ βούλεσθαι αὐτὸν ἐλθεῖν, μακροτέραν τῆς ἑτέρας οὖσαν, τραπεὶς, παρέσχεν οἱ καιρὸν τὰς δυνάμεις ἀθροῖσαι. καὶ οὕτως ἐν τῇ Συρίᾳ αὐτῷ τῇ Κυρρηστικῇ γενομένῳ συμβαλὼν ἐνίκησεν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε τὸν ποταμὸν διαβῆναι σφᾶς ἐκώλυσεν, οὔτ' αὖ † διαβᾶσιν αὐτοῖς ἐπέθετο, μαλακίαν τέ τινα καὶ ἀρρωστίαν τῶν Ῥωμαίων κατέγνωσαν, κἀκ τούτου πρός τε τὸ ἔρυμα αὐτῶν, καίπερ ἐν μετεώρῳ ὄν, B προσήλασαν, ὡς καὶ αὐτοβοεὶ σφᾶς αἱρήσοντες. ἐπεκδρομῆς τε αἰφνιδίου γενομένης, κατά τε πρανοῦς οὐ χαλεπῶς, ἅτε καὶ ἱππῆς ὄντες, ἀπεώσθησαν. κἀνταῦθα ἀνδρείως μὲν ἀμυνόμενοι (κατάφρακτοι γὰρ οἱ πλείους αὐτῶν ἦσαν) ταραττόμενοι δὲ πρός τε τὸ ἀνέλπιστον, καὶ περὶ ἀλλήλοις, ὑπό τε τῶν ὁπλιτῶν καὶ ὑπὸ τῶν σφενδονητῶν μάλιστα ἡττήθησαν. πόρρωθεν γὰρ σφοδραῖς ταῖς βολαῖς ἐξικνούμενοι, χαλεπώτατοι αὐτοῖς ἐγίγνοντο. κἀν C τῷ πόνῳ τούτῳ καὶ ὁ Πάκορος πεσὼν, πλεῖστον αὐτοὺς ἔβλαψεν. ὡς γὰρ τάχιστα τὸν ἄρχοντα σφῶν ἀπολωλότα ᾔσθοντο, ὀλίγοι μὲν περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ προθύμως ἠγωνίσαντο· φθαρέντων δὲ καὶ τούτων, πάντες οἱ λοιποὶ ἐνέδοσαν. καὶ αὐτῶν οἱ μὲν, διὰ τῆς γεφύρας οἴκαδε διαφυγεῖν ἐθελήσαντες, οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ προκαταληφθέντες ἀπώλοντο· οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἐς τὴν Κομμαγηνὴν κατέφυγον. Οὐεντίδιος δὲ τὰ μὲν ἄλλα τὰ ἐν τῇ Συρίᾳ μετέωρα πρὸς τὴν D τοῦ πολέμου ἔκβασιν γενόμενα (τὸν γὰρ Πάκορον ὅμοια τοῖς μάλιστα τῶν πώποτε βασιλευσάντων καὶ ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἐπὶ πρᾳότητι ὑπερηγάπων) ῥᾳδίως, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κατὰ τὰς πόλεις περιπέμψας, κατεστήσατο· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ἀντίοχον, πρόφασιν μὲν, ὅτι τοὺς οἰκέτας οἱ οὐκ ἐξέδωκε, τῇ δ' ἀληθείᾳ, διὰ τὰ χρήματα ἃ πάμπολλα εἶχεν, ἐπεστράτευσεν.

Ἐνταῦθα δ' ἤδη αὐτῷ ὄντι ὁ Ἀντώνιος ἐξαίφνης ἐπιστὰς, οὐ μόνον οὐχ ἥσθη, ἀλλὰ καὶ ἐφθόνησεν, E ὅτι ἔδοξέ τι καθ' ἑαυτὸν λαμπρὸν εἰργάσθαι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἔπαυσε, καὶ ἐς οὐδὲν ἔτι οὔτ' αὐτίκα οὔθ' ὕστερον αὐτῷ ἐχρήσατο, καίτοι καὶ ἱερομηνίας ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς ἔργοις καὶ ἐπινίκια δι' αὐτὸν λαβών. οἱ γε μὴν ἐν τῷ ἄστει Ῥωμαῖοι ἐψηφίσαντο μὲν τῷ Ἀντωνίῳ ταῦτα, πρός τε τὸ προὔχον αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ἡ στρατηγία ἐκείνου ἦν. ἐψηφί-

† διαβᾶσι

ψηφίσαντο δὲ καὶ τῷ Οὐεντιδίῳ, ἅτε καὶ τὴν συμφορὰν τὴν ἐπὶ τοῦ Κράσσου σφίσι γενομένην ἱκανώτατα τοῖς Πάρθοις διὰ τοῦ Πακόρου (καὶ μάλιστα ὅτι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἑκατέρου τοῦ ἔτους ἀμφότερα συνενεχθῆ) νομίζοντες ἀνταποδεδωκέναι. καὶ συνέβη γε τῷ Οὐεντιδίῳ μόνῳ τά τε νικητήρια ἑορτάσαι, ὥσπερ καὶ μόνος ἐνίκησεν, (ὁ γὰρ Ἀντώνιος προαπώλετο) καὶ δόξαν ἐπί τε τούτου καὶ ἐκ τοῦ παραλόγου ἅμα τῆς τύχης μείζω λαβεῖν· ἐν γὰρ τοῖς τοῦ Πομπηίου τοῦ Στράβωνος ἐπινικίοις πομπεύσας ποτὲ μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων, αὐτὸς ἐπινίκια τῶν Πάρθων πρῶτος Ῥωμαίων ἤγαγε. ταῦτα μὲν χρόνῳ ὕστερον ἐγένετο.

Τότε δὲ ὁ Ἀντώνιος προσέβαλε μὲν τῷ Ἀντιόχῳ, καὶ κατακλείσας αὐτὸν ἐς Σαμόσατα ἐπολιόρκει· ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινεν, ἀλλ' ὅ, τι χρόνος ἄλλως ἀνηλοῦτο, καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ἀλλοτρίως οἱ διὰ τὴν τοῦ Οὐεντιδίου ἀτιμίαν ἔχειν ὑπώπτευσε, διεκηρυκεύσατο αὐτῷ κρύφα, καὶ πλαστὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας, ὅπως εὐπρεπῶς ἀπαλλαγῇ, ἐποιήσατο. ἀμέλει αὐτὸς μὲν οὔτε ὁμήρους, πλὴν δύο, καὶ τούτων οὐκ ἐπιφανῶν, οὔτε τὰ χρήματα ἃ ᾔτησεν ἔλαβε. τῷ δ' Ἀντιόχῳ θάνατον Ἀλεξάνδρου τινὸς αὐτομολήσαντος παρ' αὐτοῦ τὸ πρότερον πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐχαρίσατο. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα πράξας, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀφωρμήθη. Γάιος δὲ δὴ Σόσσιος τήν τε ἀρχὴν τήν τε τῆς Συρίας καὶ τὴν Κιλικίας παρ' αὐτοῦ λαβών, τούς τε Ἀραδίους πολιορκηθέντας τε μέχρι τότε, καὶ λιμῷ καὶ νόσῳ ταλαιπωρηθέντας ἐχειρώσατο, καὶ τὸν Ἀντίγονον τοὺς φρουροὺς τοὺς παρ' ἑαυτῷ τῶν Ῥωμαίων ὄντας ἀποκτείναντα, μάχῃ τε ἐνίκησε, καὶ καταφυγόντα ἐς Ἱεροσόλυμα, πολιορκίᾳ κατεστρέψατο. πολλὰ μὲν δὴ καὶ δεινὰ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς Ῥωμαίους ἔδρασαν, (τὸ γὰρ φῦλον αὐτῶν θυμωθὲν, πικρότατόν ἐστι) πολλῷ δὲ δὴ πλείω αὐτοὶ ἔπαθον. ἑάλωσαν μὲν γὰρ, πρότεροι μὲν οἱ ὑπὲρ τοῦ τεμένους τοῦ θεοῦ ἀμυνόμενοι, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἐν τῇ τοῦ Κρόνου καὶ τότε ἡμέρᾳ ὠνομασμένῃ. καὶ τοσοῦτόν γε τῆς θρησκείας αὐτοῖς περιῆν, ὥστε τοὺς προτέρους τοὺς μετὰ τοῦ ἱεροῦ χειρωθέντας παραιτήσασθαί τε τὸν Σόσσιον, ἐπεὶ ἡμέρα αὖθις ἡ τοῦ Κρόνου ἐνέστη, καὶ ἀνελθόντας ἐς αὐτὸ, πάντα μετὰ τῶν λοιπῶν τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι. ἐκείνους μὲν οὖν Ἡρώδῃ τινὶ ὁ † Ἀντώνιος ἄρχειν ἐπέτρεψε· τὸν δ' Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε, σταυρῷ προσδήσας (ὃ μηδεὶς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει) καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἀπέσφαξεν. ἐπὶ μὲν δὴ τοῦ τε Κλαυδίου τοῦ τε Νωρβανοῦ ταῦθ' οὕτως ἐγένετο.

Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ ἔτει, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι οὐδὲν ἐν τῇ Συρίᾳ λόγου ἄξιον ἔπραξαν. Ἀντώνιος μὲν γὰρ ἔς τε τὴν Ἰταλίαν ἀφικνούμενος, καὶ ἐκεῖθεν αὖθις ἐπανιὼν, πάντα τὸν ἐνιαυτὸν κατέτριψε· Σόσσιος δὲ, ἀλλὰ ἐκεῖ

A men Ventidio quoque eadem concessa sunt, quia videbatur Crassi calamitatem Pacorus abunde compensasse: præsertim quum eadem anni die vtraque res euenisset. Sed vt Ventidius solus vicerat, ita solus quoque triumphauit de Parthis, (Antonius enim antequam triumphare posset, periit) eaque res, ‡ & fortunæ opus mirum, auxere gloriã Vẽtidii: quippe olim in triumpho Pompeii Strabonis cum aliis captiuis ductus, primus postea B temporis inter Romanos de Parthis triumphum duxit.

Antonius porro tunc Antiochum aggressus, Samosatisq; obsessum oppugnauit: sed quum nihil proficeret, & tempus frustra consumeretur, suspicareturque milites, ob affectum ignominia Ventidium, animo à se esse alieno; clanculum de pace cum Antiocho egit, vt recedere honeste posset. nimirum ipse non plures duobus obsides, ac ne hos quidem C illustres, neque eam, quam poposcerat pecuniam, accepit: Antiocho concessit, vt Alexandrum necaret, qui prius ab eo ad Romanos transfugerat. His actis Antonius in Italiam cursum instituit. C. autem Sossius, Syriæ & Ciliciæ ab Antonio præfectus, Aradios, hactenus oppugnationem perpessos, fameque & morbo confectos, subegit: Antigonum, qui præsidium Romanum, quod apud se erat, occiderat, prælio victum Hierosolymis (eo enim confugerat) vi expugnauit. Iudæi (vt est gens ea iræ, si semel ea corre-D pta fuerit, acerbissimæ) multa ac grauia mala quidem ii Romanis intulerunt, longe tamen plura passi sunt. capti enim ab his sunt priores quidem illi, qui pro templo dei sui propugnabant: post reliqui etiam, Saturni die, quam tanta religione festam agunt, vt qui prius cum templo erant capti à Sossio, instante ea die, à Sossio veniam exorauerint, ac in templum adscendentes, cum reliquis rem sacram pro more peregerint. ‡ Antonius Herodi cuidam regno Iudæorum concesso, An-E tigonum cruci alligatum (quo supplicio nullus vnquam rex à Romanis erat affectus) flagris cæcidit, ac deinde iugulauit. Id factum Claudio & Norbano coss.

Anno insequenti, nihil memoratu dignum à Romanis in Syria actũ est. Nam Antonius in Italiam eundo, ac inde reuertẽdo, totum annũ exeg t. Sossius Anto-

‡ & insolitæ fortunæ casus.

‡ Sossius

nii, non suam gloriam aucturus, metu inuidiæ itaque eius, ita id tempus consumpsit; vt non quomodo re aliqua egregie gesta Antonium offenderet, sed quomodo otiatus, eius gratiam iniret, cogitauerit. At Parthi ipsi, nemine lacessente, nouum bellum ingens mouerunt: idq; hac occasione. Orodes rex Parthorũ, quum & senectus eum, & Pacori luctus, conficeret; viuus adhuc, regnum Phraati, filiorum ætate maximo, tradidit. Is regno accepto, omnium se mortalium sceleratissimum gessit. Nam & fratres suos, ex Antiochi filia natos, quod se & virtute & materno genere præstantiores essent, dolo necauit: & Orodẽ ipsum, indigne id ferẽtem, occidit: ac post etiam nobilissimum quenque: ac præterea tam multa flagitiose egit, vt primorum permulti ab eo, partim alio, partim ad Antonium (in quibus etiam fuit Monæses) concesserint. Euenit hoc Agrippa & Gallo coss. Reliqua hiemis parte, Gellio & Nerua coss. P. † Canidius Crassus in Iberos exercitum duxit: victumque pugna regem eorum Pharnabazum ad societatem belli compulit: ac cum eo in Albaniam progressus, victam eam gentem, & regem eorum Zoberem, similiter sibi adiunxit. His & Monæsi fidens Antonius, (is enim se ducem belli futurũ, ac sine vllo labore plerasque Parthiæ partes occupaturum promiserat) bellum Parthicum Monæsi gerendum iniunxit: atque [inter alia præmia] et trium Romanis subditarum vrbium reditus fruendos vsque ad finem belli concessit, regnumque Parthiæ promisit. Phraates, quum eius rei causa sibi metueret, præsertim quia fugam Monæsis Parthi moleste ferebant, legatos ad Monæsem misit de pace, summisque pollicitationibus, vt retro cederet, persuasit. Quod cognitum etsi, vt par erat, stomachum Antonio mouit, tamen Monæsem, quẽ in sua adhuc potestate habebat, non occidit: (quia, si id fecisset, neminẽ barbarum deinceps ad suam amicitiã accessurum putabat) sed fraudem contra hostem struens, eum dimisit, tanquam eius opera cum Parthis amicitiam facturus: & cum eo legatos misit ad Phraaten, qui verbis pacem componerent, siquidẽ rex signa & captiuos, quæ Crassi calamitate Parthi ceperant, Romanis reddi-

† Cannidius

A νε, ἀλλ' οὐ τὰ ἑαυτοῦ ἐπαύξων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν φθόνον τήν τε ὀργὴν αὐτοῦ φοβούμενος, διετέλεσε διασκοπῶν, οὐχ ὅπως προσκατορθώσας τι, ἀπεχθήσοιτό οἱ, ἀλλ' ὅπως ἡσυχίαν ἄγων χαρίσαιτο. τὰ δὲ δὴ τῶν Πάρθων ἰσχυρῶς αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ἐκ τοιοῦδέ τινος ἐνεωτερίσθη. ὁ Ὀρώδης, ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἐπί τε τῇ ἡλικίᾳ καὶ τῷ πένθει τῷ τοῦ Πακόρου ἔκαμνε, Φραάτῃ, τῷ παίδων τῷ πρεσβυτάτῳ, τὴν ἀρχὴν ζῶν ἔτι ἐνεχείρισε· καὶ ὅς, παραλαβὼν αὐτήν, ἀνοσιώτατος ἀνθρώπων ἐγένετο. τούς τε γὰρ ἀδελφοὺς B τοὺς ἐκ τῆς τοῦ Ἀντιόχου θυγατρὸς γεγεννημένους ἐδολοφόνησεν, ὅτι καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ γένος τὸ μητρῷον ἀμείνους αὐτοῦ ἦσαν· καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον δυσανασχετοῦντα ἐπὶ τούτῳ ἀπέκτεινε, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων τοὺς γενναιοτάτους ἔφθειρε· καὶ πολλὰ ἕτερα καὶ δεινὰ ἐποίει, ὥστε συχνοὺς τῶν πρώτων ἐγκαταλιπόντας αὐτόν, τοὺς μὲν ἄλλοσε, τοὺς δὲ καὶ πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀποχωρῆσαι, ἐν οἷς καὶ ὁ Μοναίσης ἦν. τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀγρίππου καὶ ἐπὶ τοῦ Γάλλου † ὑπατεύοντος ἐγένετο. ἐν δὲ δὴ τῷ λοιπῷ χειμῶνι, τοῦ τε Γελλίου καὶ τοῦ Νερούα ἀρχόντων, Πούπλιος Κα- C νίδιος Κράσσος ἐπὶ Ἴβηρας τοὺς ταύτῃ στρατεύσας, μάχῃ τε τὸν βασιλέα αὐτῶν Φαρνάβαζον ἐνίκησε, καὶ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο· καὶ μετ' αὐτοῦ ἐς τὴν Ἀλβανίδα τὴν ὅμορον ἐμβαλών, καὶ ἐκείνους τόν τε βασιλέα αὐτῶν Ζόβηρα κρατήσας, ὁμοίως αὐτοὺς ᾠκειώσατο. τούτοις τε οὖν ἐπαρθεὶς ὁ Ἀντώνιος, καὶ προσέτι καὶ ἐπὶ τῷ Μοναίσῃ πολλὰ ἐλπίσας, (καὶ γὰρ ὑπέσχητο αὐτῷ τῆς τε στρατιᾶς ἡγήσεσθαι, καὶ τὰ πλείω τῆς Παρθίας ἀκονιτὶ προσποιήσειν) τόν τε πόλεμον τὸν πρὸς αὐτοὺς ἐς χεῖρας ἤγετο τῷ Μοναίσῃ, † ἄλλα τε καὶ τρεῖς τῶν Ῥωμαίων πόλεις, μέχρι ἂν δι- D απολεμήσῃ, νέμεσθαι ἔδωκε, καὶ προσέτι καὶ τὴν τῶν Πάρθων βασιλείαν ὑπέσχετο. πραττόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, δείσας ὁ Φραάτης, ἄλλως τε καὶ τῶν Πάρθων χαλεπῶς ἐπὶ τῇ τοῦ Μοναίσου φυγῇ φερόντων, ἐπεκηρυκεύσατό τε αὐτῷ, οὐδὲν ὅ,τι οὐκ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ἔπεισεν αὐτὸν ἐπαναχωρῆσαι. γνοὺς οὖν τοῦτο ὁ Ἀντώνιος, ὀργὴν μέν, ὥσπερ εἰκός, ἐποιεῖτο, οὐ μέντοι ἀπέκτεινε τὸν Μοναίσην, καίπερ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπικρατείᾳ ἔτ' ὄντα. οὔτε γὰρ ἄλλον τινὰ τῶν βαρβάρων, ἄν γέ τι τοιοῦτον ποιήσῃ, σφετερι- E εἶσθαι προσεδόκησε· καί τινα ἀπάτην ἐπ' αὐτοὺς παρεσκευάζετο. ἐκεῖνόν τε οὖν ἀφῆκεν, ὡς καὶ τὰ τῶν Πάρθων οἱ προσποιήσοντα, καὶ πρέσβεις μετ' αὐτοῦ πρὸς τὸν Φραάτην ἔπεμψε. καὶ λόγῳ μὲν τὴν εἰρήνην ἔπραττεν, ἐπὶ τῷ τά τε σημεῖα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τοὺς ἐν τῇ τοῦ Κράσσου συμφορᾷ ἁλόντας κομίσασθαι,

† ὑπάτων

† θ' ἄλλα

ἔλθοι, ἵνα ἀπαράσκευόν τε τὸν βασιλέα διὰ τὴν συμβάσεως ἐλπίδα λάβῃ· ἔργῳ δὲ, τὰ τοῦ πολέμου πάντα ἡτοιμάζετο. καὶ ἦλθε μέχρι τοῦ Εὐφράτου, νομίζων ἔρημον αὐτὸν φρουρᾶς εἶναι· ἐπεὶ μέντοι πάντα τὰ ταύτῃ διὰ φυλακῆς ἀκριβοῦς ὄντα εὗρεν, ἐκεῖθεν μὲν ἀπετράπετο· ἐπὶ δὲ τὸν τῶν Μήδων βασιλέα Ἀρταουάσδην παρὰ τῆς Ἀρμενίας τῆς μείζονος βασιλέως ὁμωνύμου τέ οἱ καὶ ἐχθροῦ ὄντι πεισθεὶς στρατεῦσαι, πρὸς τὴν Ἀρμενίαν εὐθὺς ὥσπερ εἶχεν ἐχώρησε· καὶ μαθὼν ἐνταῦθα τὸν Μῆδον πολὺ ἀπὸ τῆς οἰκείας ἐπὶ τῇ τοῦ Πάρθου συμμαχίᾳ ἀπηρκότα, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τοῦ στρατοῦ μέρος μετ᾽ Ὀππίου Στατιανοῦ ὑπελείπετο, ἐπακολουθεῖν σφᾶς κελεύσας· αὐτὸς δὲ τοὺς ἱππέας καὶ τοῦ πεζοῦ τὸ κράτιστον λαβὼν, ἠπείχθη ὡς καὶ αὐτοβοεὶ πάντα τῶν ἐναντίων αἱρήσων· καὶ τοῖς Πρασπάοις τῷ βασιλείῳ αὐτῶν προσπεσὼν, χώματά τε ἔχου, καὶ προσβολὰς ἐποιεῖτο. πυθόμενοι δὲ ταῦτα ὅ, τε Πάρθος καὶ ὁ Μῆδος, ἐκεῖνον μὲν μάτην εἴων πονεῖσθαι (τά τε γὰρ τείχη ἰσχυρὰ ἦν, καὶ συχνοὶ ἀπ᾽ αὐτῶν ἠμύνοντο) τῷ δὲ δὴ Στατιανῷ ἀπροσδοκήτῳ τε ἐν τῇ πορείᾳ καὶ κεκμηκότι προσπεσόντες, πάντας, πλὴν τοῦ Πολέμωνος τοῦ ἐν τῷ Πόντῳ βασιλεύοντος καὶ τότε συστρατεύοντος αὐτῷ, ἐφόνευσαν. τοῦτον γὰρ δὴ μόνον καὶ ἐζώγρησαν καὶ ἀπέλυσαν, χρήματα λαβόντες. ἠδυνήθησαν δὲ ταῦτα πρᾶξαι, ὅτι ὁ μὲν Ἀρμένιος οὐ παρεγένετο τῇ μάχῃ, ἀλλὰ καὶ δυνηθείς ἄν, ὥς φασί τινες, ἐπικουρῆσαι τοῖς Ῥωμαίοις, οὔτε τοῦτο ἐποίησεν, οὔτε πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀφίκετο, ἀλλ᾽ ἐς τὴν οἰκείαν ἐχώρησεν. ὁ δ᾽ Ἀντώνιος ἠπείχθη μὲν πρὸς τὴν πρώτην προσελθοῦσάν οἱ ὑπὸ τοῦ Στατιανοῦ ἀγγελίαν, ὡς καὶ βοηθήσων αὐτῷ, ‡ ὑστέρισε δέ· ἔξω γὰρ τῶν νεκρῶν οὐδένα εὗρε. καὶ κατὰ μὲν τοῦτ᾽ ἐφοβήθη, ὅτι δὲ οὐδενὶ τῶν βαρβάρων ἐνέτυχεν, ὑπετόπησέ τε ἀπεληλυθέναι ποι αὐτοὺς ὑπὸ δέους, καὶ ἀνεθάρσησε. κἀκ τούτου συμβαλὼν σφίσιν οὐ πολλῷ ὕστερον, τροπὴν μὲν αὐτῶν ἐποιήσατο. οἱ γὰρ σφενδονῆται, πολλοί τε ὄντες, καὶ μακροτέρω τῶν τόξων ἱέντες, πάντας καὶ τοὺς καταφράκτους ἰσχυρῶς ἐλυμαίνοντο. οὐ μέντοι καὶ ἀξιόλογόν τι πλῆθος ἔφθειρεν· οἱ γὰρ βάρβαροι διὰ ταχέων ἵππευον. τοῖς τε οὖν Πρασπάοις αὖθις προσέμιξε, καὶ ἔκεῖνα ἐπολιόρκει, τοὺς μὲν πολεμίους μηδὲν μέγα λυπῶν, (οἵ τε γὰρ ἔνδον ὄντες, ἰσχυρῶς αὐτὸν ἀπεκρούοντο, καὶ οἱ ἔξωθεν οὐ ῥᾳδίως αὐτῷ συνέμισγον) τῶν δὲ δὴ σφετέρων πολλοὺς μὲν ἐπὶ τῇ τῶν ἐπιτηδείων καὶ ζητήσει καὶ ἐπαγωγῇ ἀποβαλὼν, συχνοὺς δὲ καὶ αὐτὸς κολάζων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, ἕως ἔτι αὐτόθεν ποθὲν τὴν τροφὴν ἐλάμ-

‡ Xyl. ὑστέρησεν

A didisset. Sperabat autem se regi spe pacis imparato superuenturum. Ipse interim ad bellum re ipsa se comparans, vsque ad Euphratem processit, existimans eum nullo præsidio teneri. quod vbi eo loco vidit diligentissime positum, auerso inde itinere, in Armeniam statim ire instituit, ad bellum Artauasdi, Medorum regi faciendum, ab Artauasde, Armeniæ maioris rege, inimico eius, impulsus: quumque intelligeret, regem Mediæ, ad opem Parthis ferendam, procul domo B abiisse; impedimentis ac parte exercitus cum Oppio Statiano relictis, subsequique se iussis, ipse cum equitibus ac peditatus optima parte festinato profectus est, sperans se primo impetu omnem Mediam subacturum: quumque ad Praaspa (regia hæc est Mediæ) venisset, aggere iacto ea oppugnare cœpit. Sed Parthus ac Medus quum id cognouissent, laborare eum frustra in oppugnanda vrbe, validis muris ac multis defensoribus munita, passi sunt: ipsi vero Statianum, in C itinere fatigatum, improuiso adorti, ad vnum omnes, qui cum eo erant, conciderunt; solo Polemone, Ponti rege, bellique socio, capto, ac pecunia data dimisso. Fuit autem hoc barbaris factu facile, quia Armeniæ rex ei pugnæ non intererat: qui quum, vt autores sunt quidam, posset Romanis subuenire, non modo non id fecit, sed ne ad Antonium quidem, verum in regnum suum, discessit. Antonius, etsi ad primum Statiani D nuntium festinarat, vt suis auxilium ferret, tamen tardius venit, ac præter mortuos neminem inuenit. Itaque tametsi clade hac terrebatur, tamen quia nemo barbarorum sibi occurrebat, censens eos propter metum aliquo abiisse, animum resumpsit: ac non multo post cum eis congressus, funditorum opera (quorum magnus erat numerus, iaculaque ipsorum sagittis hostium longius procedebant, ita vt armaturæ quoque grauis miles ab iis tutus non esset) in fugam E eos coniecit: sed propter celeritatem equitandi barbarorum, non magnam stragem eorum edidit. Porro iterum Praasporum oppugnationem aggressus, hostibus quidem (quum & præsidium magna vi eum repelleret, & qui foris erant hostes congrediendi facultatem non darent) damni nihil admodũ intulit: suorum autem permultos in quærendis ac supportandis commeatibus amisit, multos ipse supplicio affecit. Nam initio quidẽ, quum cibaria ex vicinia Romani ha-

berent, & obsidioni vrbis & commeatibus parandis facile suffecerant: postquam autem propinquis omnibus absumptis, milites frumentatum longius abire opus habuerunt, eueniebat vt si pauci emitterentur, non modo nihil apportarent, sed ipsi quoque perirent: sin multi, oppugnatoribus nudabantur Praaspa, ac barbaris erumpentibus, multi milites, multæ machinæ Romanorum perdebantur. Igitur Antonius omnibus suis militibus hordeum pro frumento dedit, & de quibusdam decimum quenque ad suppliciū sorte legit: omnino autem, quum videretur alios in obsidione habere, ea patiebatur, quæ obsessis vsu venire solent. Nam & oppidani diligenter tempus eruptionibus idoneum obseruabant, & qui foris erant, [a] Romanos, sicubi dispersos intelligerent, celeriter eos adoriendo, ac statim se recipiendo, plurimum vexabant: frumentatores vero in pagos exire illæsos sinentes, in reditu palantes subito inuadebant. Quum nihilominus obsidionem Antonius produceret, veritus Phraates, ne si ea diutius continuaretur, Antonius vel per se, vel auxilio etiam aliquo auctus, vrbem incommodo aliquo afficeret; subornatis, qui eum ad pacem à se petendam, spe eius facile impetrandæ, permouerent: quum Antonius, persuaderi id sibi passus, legatos eius rei causa ad ipsū misisset, aurea sella sedens, ac neruum arcus pulsans, multisque verbis in Romanos inuectus, tandem pacem ea conditione promisit, vt continuo exercitum abducerent. Hoc audito Antonius, quum & fastum regis metueret, &, si discessisset aliquò, pacem se habiturum crederet, à Praaspis recessit, operibus, quæ ad oppugnandam vrbem fecerat, tanquam in sociorum terra iam versans, integris relictis. Sed enim dum pacis compositionem expectat, interim Medi opera incendunt, ac aggeres disiiciunt: Parthi autem, pacis mentione omissa, eum subito adorti, multis ac magnis incommodis afficiunt. Itaque se deceptum intelligens, non ausus præterea legatos mittere, quum neque tolerabiles iam pacis conditiones latum iri putaret, & in mœrorem coniicere milites frustra tentata pacificatione nollet; properandum in Armeniam, quoniam semel castra mouisset, sibi statuens, aliamque viam (qua enim venerat, eam sibi omnino interclusam opinabatur) ingressus, cum exercitu extrema mala pertulit. Nā & regionum

[a] Romanos in castris manentes, quoties copias suas diuidebant, subitis incursibus, & abscessu festinato, grauiter vexabant: & frumentatoribus ad pagos exeuntibus molestiam nullam exhibebant, palantes ac redeuntes ad suos inexspectati adgrediebantur.

βαινον, ἐξήρκουν ἐς ἀμφότερα, ὥστε καὶ τὴν προσεδρείαν καὶ τὴν λῆψιν αὐτῆς ἀσφαλῆ ποιεῖσθαι· ἐπεὶ δὲ τά τε ἐγγὺς πάντα κατανάλωτο, καὶ πόρρω ποι οἱ στρατιῶται προχωρεῖν ἠναγκάζοντο, συνέβαινεν αὐτοῖς, εἰ μὲν ὀλίγοι ποι πεμφθεῖεν, μὴ μόνον μηδὲν φέρειν, ἀλλὰ καὶ προσαπόλλυσθαι· εἰ δὲ δὴ πλείους, ἔρημον τὸ τεῖχος τῶν π[oli]ορκούντων καταλείπειν, καὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας ἐν τούτῳ, πολλὰς δὲ καὶ μηχανὰς, ἐπεξιόντων σφίσι τῶν βαρβάρων, ἀποβάλλειν. καὶ διὰ ταῦτα ὁ Ἀντώνιος καὶ κριθὴν πᾶσιν αὐτοῖς ἀντὶ τοῦ σίτου ἔδωκε, καὶ ἐδεκάτευσέ τινας· τό, τε σύμπαν, πολιορκεῖν δοκῶν, τὰ τῶν πολιορκουμένων ἔπασχεν. οἵ τε γὰρ ἐν τῷ τείχει τοὺς καιροὺς τῶν ἐπεκδρομῶν ἀκριβῶς ἐτήρουν, καὶ οἱ ἔξω τοῖς τε κατὰ χώραν μένουσιν αὐτῶν, ὁπότε δίχα γένοιντο, δεινῶς, καὶ προσελαύνοντες ἐξαπίνης, καὶ ὑποστρέφοντες δι' ὀλίγου, ἐνέκειντο· καὶ τοῖς σιταγωγοῦσιν, ἐπὶ μὲν τὰς κώμας ἀπιοῦσιν, οὐκ ἠνώχλουν, σκεδαννυμένοις δὲ δὴ καὶ ἀνακομιζομένοις προσέπιπτον ἀνέλπιστοι. προσκαθημένου δ' οὖν καὶ ὣς αὐτοῦ τῇ πόλει, δείσας ὁ Φραάτης μὴ καὶ κακόν τι αὐτὴν ἐν τῷ χρόνῳ, ἢ καὶ καθ' ἑαυτὸν τρόπον τινὰ, ἢ καὶ συμμαχίαν ποθὲν προσλαβὼν, ἐργάσηται, ἔπεισεν αὐτὸν, ὑποπέμψας τινὰς ἐπικηρυκεύσασθαί οἱ, ὡς καὶ ῥᾷστα τῶν σπονδῶν τευξόμενον. κἀκ τούτου τοῖς τε πεμφθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ ἐχρημάτισεν, ἐπί τε χρυσοῦ δίφρου καθήμενος, καὶ τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων, καὶ καταδραμὼν αὐτοὺς πολλὰ, τέλος τὴν εἰρήνην, ἄν γε παραχρῆμα ἀποστρατοπεδεύσωνται, δώσειν ὑπέσχετο. ἀκούσας οὖν τοῦτο ὁ Ἀντώνιος, καὶ φοβηθείς τε ἅμα τὴν μεγαλαυχίαν αὐτοῦ, καὶ πιστεύσας ὅτι ἄν που μεταστῇ, σπείσεται, ἀπανέστη, μηδὲν τῶν ἐς τὴν πολιορκίαν παρεσκευασμένων, ὡς καὶ ἐν φιλίᾳ, φθείρας. ποιήσαντος δ' αὐτοῦ τοῦτο, καὶ τὰς σπονδὰς προσδεχομένου, οἵ τε Μῆδοι καὶ τὰ μηχανήματα κατέκαυσαν, καὶ τὰ χώματα διεσκέδασαν· καὶ οἱ Πάρθοι λόγον μὲν οὐδένα ὑπὲρ τῆς εἰρήνης αὐτῷ ἔπεμψαν, προσπεσόντες δὲ αἰφνίδιοι, πολλὰ καὶ δεινὰ εἰργάσαντο. ὡς οὖν ἔμαθεν ὅτι ἠπάτηται, πρεσβεύσασθαι μὲν οὐκέτ' ἐτόλμησεν, (οὔτε γὰρ ἐπὶ μετρίοις τισὶ καταλύσεσθαι προσεδόκησε, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐς ἀθυμίαν ἐκ τῆς τῶν σπονδῶν διαμαρτίας ἐμβαλεῖν οὐκ ἠθέλησεν) ἐπειχθῆναι δὲ, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐξανειστήκει, ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἔγνω, καὶ ἑτέραν τινὰ ὁδὸν (ἣν * γὰρ ἦλθον ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς νομίζοντες,) διερχόμενοι, πολλὰ καὶ ἄτοπα ἔπαθον. ἔς τε γὰρ χωρία ἄγνωστα

* ἣν ἦλθον, aut ἥνπερ ἦλθον

ἀγνῶτα ἐσπίπτοντες ἐσφάλλοντο, καὶ προσέτι καὶ οἱ βάρβαροι τὰ γιγνόμενα αὐτῶν προκαταλαμβάνοντες, τὰ μὲν ἀπεσκαλόπιζον, τὰ δ' ἀπεσταύρουν, τήν τε ὑδρείαν πανταχοῦ δυσχερῆ ἐποίουν, καὶ τὰς νομὰς ἐξέτριβον· καὶ εἴγε που κατὰ τύχην δι' ἐπιτηδειοτέρων τινῶν τόπων χωρήσειν ἔμελλον, ἐκείνων μὲν σφᾶς, ὡς καὶ προκατειλημμένων, ψευδαγγελίαις ἀπέτρεπον, ἑτέρας δὲ ὁδοὺς προλελοχισμένας ἰέναι ἐποίουν. ὥστε πολλοὶ μὲν ἐν τῷ τοιούτῳ, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ λιμοῦ ἐφθείροντο, κἀκ τούτου καὶ αὐτομολία τις ἐγένετο. κἂν πάντες μετέστησαν, εἰ μὴ γὰρ οἱ βάρβαροι τοὺς τολμήσαντας αὐτὸ πιέσαι, ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ὀφθαλμοῖς κατετόξευον. τούτου τε οὖν ἐπέσχον, καί τι καὶ τοιόνδε παρὰ τῇ τύχῃ εὕροντο. ἐσπεσόντες ποτὲ ἐς ἐνέδρας καὶ πυκνοῖς τοξεύμασι βαλλόμενοι, τήν τε χελώνην ἐξαπιναίως συνασπίσαντες ἐποίησαν, καὶ τὰ γόνατα σφῶν τὰ ἀριστερὰ πρὸς τὴν γῆν ἤρεισαν. νομίσαντες οὖν οἱ βάρβαροι (οὐ γάρ πω τοιοῦτόν τι ἑωράκεσαν) καταπεπτωκέναι τε ὑπὸ τῶν τραυμάτων, καὶ μιᾶς ἐπικοπῆς εἶναι, τὰ μὲν τόξα ἀπέρριψαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἵππων ἀπεπήδησαν, τοὺς δὲ ἀκινάκας σπασάμενοι, ἐγγὺς σφίσιν ὡς καὶ ἐπισφάξοντες αὐτοὺς προσῆλθον. κἀν τούτῳ ἐξαναστάντες οἱ Ῥωμαῖοι, πᾶσάν τε ἀπὸ παραγγέλσεως τὴν φάλαγγα ἅμα ἀνέπτυξαν, καὶ τοῖς πλησίοις αὐτοὶ πρόσωποι ὡς ἕκαστοι προσπεσόντες, παμπληθεῖς, εἶτα γυμνοὺς ὡπλισμένοι, ἀπροσδοκήτους παρεσκευασμένοι, τοξότας ὁπλῖται, βαρβάρους Ῥωμαῖοι, κατέκοψαν· ὥστε τοὺς λοιποὺς πάντας παραχρῆμα ἀποχωρῆσαι, καὶ μηκέτι μηδένα αὐτοῖς ἐπακολουθῆσαι. ἡ δὲ δὴ χελώνη αὕτη τοιάδε τίς ἐστι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον γίγνεται. τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ οἱ ψιλοὶ, οἵ τε ἱππεῖς ἐν μέσῳ τοῦ στρατεύματος τετάχαται· τῶν δὲ ὁπλιτῶν οἱ μὲν ταῖς προμήκεσιν ἀσπίσι ταῖς κοίλαις ταῖς σωληνοειδέσι χρώμενοι, περί τε τὰ ἔσχατα, ὥσπερ ἐν πλινθίῳ τινὶ, τάσσονται, καὶ πρὸς τὰ ἔξω βλέποντες, καὶ τὰ ὅπλα προβεβλημένοι, περιέχουσιν· οἱ δὲ ἕτεροι οἱ τὰς πλατείας ἀσπίδας ἔχοντες, ἔν τε τῷ μέσῳ συστείρονται, καὶ ἐκείνας καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπεραίρουσιν· ὥστε μηδὲν ἄλλο τι πλὴν ἀσπίδων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς φάλαγγος ὁρᾶσθαι, καὶ ἐν σκέπῃ τῶν βελῶν πάντας αὐτοὺς ὑπὸ τῆς πυκνότητος τῆς συντάξεως γίγνεσθαι. οὕτω γάρ τοι δι' ὧν ἰσχυρίζεται, ὥστε καὶ βαδίζειν τινὰς ἐπάνωθεν αὐτῆς, καὶ προσέτι καὶ ἵππους, καὶ ὀχήματα, ὁσάκις ἂν ἐν κοίλῳ τινὶ καὶ στενῷ χωρίῳ γίγνωνται, ἐλαύνεσθαι. τοιοῦτο μὲν δὴ τὸ σχῆμα τῆς τάξεως ταύτης ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς χελώνης ἐπίκλησιν, πρός τε τὸ ἰσχυρὸν καὶ πρὸς

A num imprudentia ipsis oberat, & barbari angustiis præoccupatis, fossis, operibusque transitum obstruebant; aquationem vbique difficilem reddebant, † pabulatione arcebant: ac, si quando erat forte per commodiorem aliquem locum iter faciendum, falsis nuntiis summissis eos ab his deterrebant, tanquam ab hostibus insiderentur; in loca autem, quâ suas ipsi insidias collocassent, auertebant. His incommodis ac fame multi perierunt: iamque ad hostem perfugere cœptum est: ac, nisi perfugas B Parthi, in reliquorum conspectu, sagittis confecissent, videbantur omnes ad barbaros transituri. sed Parthorum crudelitas eam defectionem inhibuit. Hoc quoque ipsis fortuna interitus sui effugium dedit. Quum aliquando in insidias incidissent, ac frequentibus sagittis peterentur, repente clypeis constipatis testudine effecta, sinistro genu in terram procubuerunt: barbari autem, qui nihil vnquam huiusmodi viderant, putantes eos propter vulnera concidisse, ac iam simul omnes posse concîdi, proiectis arcubus, ab equis desiluerunt; acinacibusque nudatis ad cædendum eos C propius accurrerunt. Tum Romani consurgentes, signo dato, phalangemque vna explicantes, singulique proximum hostem à fronte adorti, armati inermes, inopinantes parati, sagittarios legionarii, barbaros Romani, tanta clade affecerunt: vt reliqui statim discesserint, neq; vnquam ipsos postea insequuti sint. Porro testudo talis est, & hoc modo fit. Impedimentis, & leuis armaturæ militibus, equitibusque in medio exercitus collocatis, grauis ar- D maturæ pedites, hi qui oblongis clypeis cauis, ac in morem tubi incuruatis vtuntur, in extremis partibus [a] quasi tegularum loco ponuntur, ita vt foras obuersi, cum armis suis reliquos ambiant. Cæteri qui lata gestant scuta, in medio conserti, ea supra se & reliquos oẽs tollunt, ita vt nihil aliud quam clypei † à tota phalange conspiciantur, omnesq; propter densitatem † ordinum à telis protecti sint. est enim hęc clypeorum densatio adeo firma, vt & super ea ingredi aliquot homines E possint, & equis eadem vehiculisq; ferendis est, si in cauo ac angusto loco constipetur. Hæc figura est illius ordinis, nomẽque testudinis propter firmitatẽ, ac quod

† pabula corrumpebant,

[a] Velut in latercuIo quodam, ita collocantur: Vt foras spectantes, & armis tecti, cæteros vndiq; contineant: alii, qui lata

† per totam phalangem

† acies

tam egregie exercitum contegit, inuenit. Vsus porro eius duplex est. Nam aut in oppugnando aliquo loco facta testudine succedunt ad murum, ac sæpenumero ad ipsum murum quosdam ea attollunt: aut à sagittariis circundati, omnes genu nituntur simul, equi etiam, (nam hos quoque se in genua inclinare adsuefaciunt) opinioneque de se, tanquam confectis, præbita hostibus; accedentibus eis, repente, nec sine terrore eorum, insurgunt. Antonius, [a] hostibus præterea non vrgentibus, frigore magnopere conflictatus est. Iam enim hyems inierat, & montes Armeniæ (per quos solos facere iter tuto poterat) nunquam non glacie integuntur: ac tum maxime eos vulnera, quæ multa acceperant, molestabant. Idcirco multis mortuis, multis ad bellum inutilibus redditis; Antonius, quia non ferebat hæc singula audire, interdixit, ne quis tale sibi quicquam annunciaret: regem autem Armeniæ, quanquam ei, quod se deseruisset, succenseret, ac vlcisci eum in animo haberet, blandiendo demeruit, vt ab eo pecuniam ac alimenta acciperet. denique quum neque vlterius ferre iter milites, præsertim hyberno tempore possent, & alioquin frustra essent hæ ipsis miseriæ tolerandæ, quum statuisset ipse parua interiecta mora in Armeniam redire: regem adulando ac pollicitando identidem permouit, vt sibi in suo regno hyemandi potestatem faceret, vere iterum contra Parthos exercitum ducturo. Allatæ sunt ei etiam à Cleopatra pecuniẹ, ex quibus centenos quadragenos sestertios singulis legionariis, ac ratā aliis portionem diuisit: & quum eæ pecuniæ non sufficerent, ex suis facultatibus reliquum addidit, Cleopatræ suos etiā sumptus acceptos referens. multum enim ei etiam amici contulerunt pecuniæ, multum à sociis exegit. His actis Antonius in Ægyptum abiit.

[a] quum hostes non amplius graves essent.

Romæ, etsi nihil horum, quæ acta fuerant, ignotum esset; (non quod ipse veritatem perscripsisset, solitus omnes acceptas clades occultare, aut de iis contrarium, quasi re feliciter gesta, scribere; sed quia fama rem, sicut habebat, ipsam annuntiabat; Cæsarque, & qui cum eo erāt, diligenter & explorabāt omnia, & diuulgabant) tamen publice ea non sunt indicata: quinimo sacrificatum etiam est, & festi dies acti. Quia enim adhuc Cæsar

A τὸ δὲ σκέπαστον αὐτῆς εἴληφε. χρῶνται δὲ αὐτῇ διχῇ· ἢ γὰρ πρός φρούριόν τι προσμίξαντες προσέρχονται, καὶ πολλάκις καὶ ἐπ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἀναβιβάζουσί τινας, ἢ ὑπὸ τοξοτῶν ποτὲ περιστοιχισθέντες, κυπτάζουσι πάντες ἅμα, (καὶ γὰρ οἱ ἵπποι ὀκλάζειν καὶ κατακλίνεσθαι διδάσκονται) κἀκ τούτου δόκησιν σφίσιν ὡς καὶ κεκμηκότες παρέχοντες, ἐξεγείρονταί τε, πλησιασάντων αὐτῶν ἐξαίφνης, καὶ ἐς ἔκπληξιν σφᾶς καθιστᾶσιν. ἡ μὲν οὖν χελώνη αὕτη τοιοῦτόν τρόπος ἐστίν. Ἀντώνιος δὲ ὑπὸ μὲν τῶν πολεμίων οὐκέτ' οὐδὲν δεινὸν ἔπαθεν, ὑπὸ δὲ δὴ B τοῦ ψύχους δεινῶς ἐταλαιπώρησε. χειμών τε γὰρ ἤδη ἦν, καὶ ἡ Ἀρμενία ἡ ἐν τοῖς ὄρεσι, δι' ὧνπερ καὶ μόνων ἀγαπητῶς ἐπορεύθη, κρυσταλλώδης ἀεί ποτε ἐστί. τά τε τραύματα, ἃ πολλὰ εἶχον, ἐν ταύτῃ δὴ καὶ μάλιστα αὐτοῖς συνεπέθετο. ὅθενπερ συχνῶν μὲν ἀπολλυμένων, συχνῶν δὲ καὶ ἀπομάχων γιγνομένων, οὐκ ἤνεγκε τὴν καθ' ἕκαστον αὐτῶν πύστιν, ἀλλ' ἀπηγόρευσε μηδὲν τοιοῦτον μηδένα οἱ ἀγγέλλειν. καὶ τόν τε Ἀρμένιον, καίτοι ἐν ὀργῇ τε ὅτι ἐγκατέλιπε C σφᾶς ἔχων, καὶ τιμωρήσασθαι ἐπιθυμῶν, καὶ ὑπῆλθε καὶ ἐθεράπευσεν, ἵνα τά τε ἐπιτήδεια καὶ χρήματα παρ' αὐτοῦ λάβῃ. καὶ τέλος, ὡς οὔτ' ἀρκέσαι πρὸς πλείω πορείαν οἱ στρατιῶται, καὶ ταῦτ' ἐν χειμῶνι, ἐδύναντο, καὶ ἅμα καὶ μάτην ταλαιπωρήσειν ἔμελλον, (ὑποστρέψαι γὰρ ἐς τὴν Ἀρμενίαν οὐκ ἐς μακρὰν ἐνενόει) πολλὰ μὲν ἐξεθεράπευσεν αὐτόν, πολλὰ δὲ καὶ καθυπέσχετο αὐτῷ, ὅπως σφίσι χειμάσαι κατὰ χώραν ἐπιτρέψῃ· λέγων ὅτι τῷ ἦρι ἐπὶ τοὺς Πάρθους αὖθις ἐπιστρατεύσει. καὶ οἱ καὶ παρὰ D τῆς Κλεοπάτρας χρήματα ἦλθεν, ὥς τε τοῖς τε ὁπλίταις καθ' ἕκαστον δραχμὰς πέντε καὶ τετταράκοντα, καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ ἱκνούμενον δοῦναι. ἐπειδή τε οὐκ ἐξήρκεσε σφίσι τὰ πεμφθέντα, προσεπέδωκε τοῖς λοιποῖς οἴκοθεν, τὸ μὲν ἀνάλωμα, ἑαυτῷ, τὴν δὲ δὴ τῆς χάριτος δόξαν, τῆς Κλεοπάτρας προσποιούμενος. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ παρὰ τῶν φίλων ἐδανείσατο, πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν συμμάχων ἠργυρολόγησε. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα πράξας, ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπῆρεν.

E Οἱ δὲ δὴ οἴκοι Ῥωμαῖοι ἠγνόουν μὲν οὐδὲν τῶν γεγονότων, οὐχ ὅτι τἀληθὲς ἐκεῖνος ἐπέστελλε σφίσι, (πάντα γὰρ δὴ τὰ δυσχερῆ συνέκρυπτε, καὶ ἔστιν ἅ γε αὐτῶν καὶ ἐς τὸ ἐναντιώτατον, ὡς καὶ εὖ πράττων, ἔγραφεν) ἀλλ' ὅτι ἥ τε φήμη τὴν ἀλήθειαν ἐξήγγελλε, καὶ ὁ Καῖσαρ οἵ τε ἄλλοι οἱ συνόντες αὐτῷ καὶ ἐπολυπραγμόνουν ἀκριβῶς αὐτὰ καὶ διεθρύλλουν· οὐ μέντοι καὶ ἐν τῷ κοινῷ διήλεγχον, ἀλλὰ καὶ ἐβουθύτουν καὶ ἑώρταζον. τοῦ γὰρ Καίσαρος πρὸς

πρὸς Σέξτον ἔτι καὶ τότε προσπταίοντος, οὔτε εὐπρεπὴς οὔτε ἐπίκαιρος ὁ ἔλεγχος γίγνεσθαι ἐδύνατο. ὁ δ᾽ οὖν Ἀντώνιος ταῦτά τε οὕτως ἔπραξε, καὶ δυναστείας, Ἀμύντᾳ μὲν Γαλατίας, καίπερ γραμματεῖ τοῦ Δηιοτάρου γενομένῳ, ἔδωκε, καὶ Λυκαονίας Παμφυλίας τέ τινα αὐτῷ προσθείς. Ἀρχελάῳ δὲ Καππαδοκίας, ἐκβαλὼν τὸν Ἀριαράθην. ὁ δ᾽ Ἀρχέλαος οὗτος, πρὸς μὲν πατρὸς, ἐκ τῶν Ἀρχελάων ἐκείνων τῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἀντιπολεμησάντων ἦν, ἐκ δὲ μητρὸς ἑταίρας Γλαφύρας ἐγεγέννητο. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν τούτοις ἧττόν πως ὁ Ἀντώνιος (ἐν γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐμεγαλοφρονεῖτο) κακῶς παρὰ τοῖς πολίταις ἤκουεν· ἐπὶ δὲ δὴ τῇ Κλεοπάτρᾳ μεγάλως διεβλήθη, ὅτι τε παῖδας ἐξ αὐτῆς, πρεσβυτέρους μὲν, Ἀλέξανδρον καὶ Κλεοπάτραν (καὶ δίδυμοι γὰρ ἐτέχθησαν) νεώτερον δὲ, Πτολεμαῖον, τὸν καὶ Φιλάδελφον ἐπικληθέντα, ἀνείλετο· καὶ ὅτι πολλὰ μὲν τῆς Ἀραβίας, τῆς τε Μάλχου καὶ τῆς τῶν Ἰτυραίων (τὸν γὰρ Λυσανίαν, ὃν αὐτὸς βασιλέα σφῶν ἐπεποιήκει, ἀπέκτεινεν, ὡς τὰ τοῦ Πακόρου πράξαντα) πολλὰ δὲ καὶ τῆς Φοινίκης, τῆς τε Παλαιστίνης, Κρήτης τε τινὰ, καὶ Κυρήνην, τήν τε Κύπρον αὐτοῖς ἐχαρίσατο. τότε μὲν ταῦτα ἔπραξε.

Τῷ δ᾽ ἐχομένῳ ἔτει, ὅτε Πομπήιος καὶ ὁ Κορνουφίκιος ὑπάτευσαν, στρατεύσας ἐπὶ τὸν Ἀρμένιον ἐπεχείρησεν, ἐλπίδα τοῦ Μήδου οὐκ ἐλαχίστην ἔχων, ὅτι πρός τε τὸν Φραάτην ἀγανακτήσας, ἐπὶ τῷ μήτε τῶν λαφύρων πολλὰ παρ᾽ αὐτοῦ, μήτ᾽ ἄλλην τινὰ τιμὴν λαβεῖν, καὶ τὸν Ἀρμένιον τιμωρήσασθαι διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπαγωγὴν ἐθελήσας, τὸν Πολέμωνα αὐτῷ προσέπεμψε, καὶ φιλίαν καὶ συμμαχίαν αἰτῶν. οὕτω γάρ πως ἐπήρθη τῷ πράγματι ὥστε καὶ ἐκείνῳ σπείσασθαι, καὶ τῷ Πολέμωνι μισθὸν τῆς κηρυκείας τὴν μικροτέραν Ἀρμενίαν μετὰ ταῦτα δοῦναι. τὸν δ᾽ οὖν Ἀρμένιον πρότερον μὲν ἐς τὴν Αἴγυπτον, ὡς καὶ φίλον, καὶ ὡς ἐνταῦθα αὐτὸν ἀπόνως περιλαβὼν καταχρήσηται, μετεπέμψατο· ἐπεὶ δ᾽ ὑποτοπήσας τοῦτ᾽ οὐχ ὑπήκουσεν, ἑτέρως τινὰ τρόπον ἐξαπατῆσαι ἐπεβούλευσε. φανερῶς μὲν γὰρ οὐκ ὠργίζετο αὐτῷ, μὴ καὶ πολεμωθείη· ὡς δ᾽ ἐπὶ τοὺς Πάρθους καὶ τότε στρατεύσων, ἵνα ἀπαράσκευον αὐτὸν εὕρῃ, ἦρε μὲν γὰρ ἐκ τῆς Αἰγύπτου, μαθὼν δὲ καθ᾽ ὁδὸν τὴν Ὀκταουίαν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀφικνεῖσθαι, οὐκέτι περαιτέρω προεχώρησεν, ἀλλ᾽ ἀνεκομίσθη· καίτοι παραυτίκα οἴκαδε αὐτὴν ἐπανελθεῖν κελεύσας, καὶ μετὰ τοῦτο τὰ δῶρα τὰ πεμφθέντα παρ᾽ αὐτῆς, τά τε ἄλλα, καὶ τοὺς στρατιώτας, οὓς παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο ᾐτήκει, λαβών. καὶ ὁ μὲν ἔτι καὶ μᾶλλον τῷ τε ἔρωτι καὶ τῇ γοητείᾳ τῇ τῆς Κλεοπάτρας ἐδούλευε.

Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ, ἐπειδὴ ὅ, τε Σέξτος ἀπολώλει, καὶ τὰ ἐν τῇ Λιβύῃ καταστάσεως ἐδεῖτο,

contra Pompeiũ [a] bellũ gerebãt, neq; cõuenięter, neq; opportune ea palã proponi poterant. Antonius his ita actis, Amyntã, qui scriba Deiotari fuerat, Galatiæ principẽ constituit, Lycaoniæ Pamphyliæq; partibus quibusdam adiectis: Cappadociæ, eiecto Ariarathe, Archelaum: cuius genus paternũm deducebatur ab Archelais, qui contra Romanos belligerauerãt, mater autem ei erat scortum Glaphyra. Hæc tamen ciues eo minus vitio dederũt Antonio, quod de alieno liberalis erat. Cleopatræ autem nomine magnopere culpatus est, quod & liberos ex ea suscepisset; prius gemellos, Alexandrum & Cleopatram; deinde Ptolemæum, Philadelphum cognomine: quodq; multas Arabiæ, [b] Nabateæ, Ituræaq; (Lysaniam enim, quem regem eorum fecerat, insimulatum quod studeret Pacoro, necauerat) Phœnicesq;, & Palæstinæ, ac Cretæ partes, & Cyrenen quoq;, ac Cyprum ipsis donauisset.

[a] parum prospere bellum

[b] Arabiæ, tam eius, quæ Malchi fuerat, quã Ituræorum,

ANNO V.C 719.

Anno subsequente, Pompeio & Cornificio consulibus, bellum regi Armeniæ facere instituit, haud parum spei in rege Mediæ ponens, qui Phraati succensens, quod neque prædæ magna parte, neque alio honore esset ab eo præditus, cupiensque Armeniæ regem vlcisci propter inductos sibi ab eo Romanos, Polemone ad Antonium misso, amicitiam ac societatẽ eius ambierat: qua quidẽ re adeo delectatus fuit Antonius, vt inita cũ Medo pace præmium legationis Polemoni Armeniã minorẽ postea dederit. Proinde Armenię regem primo in Ægyptum, tanquam amicum, euocauit; vt ibi sine labore comprehensum occideret. Quum autem is dolum suspicatus, non venisset; rationes eum aliter decipiendi iniuit. neque enim iram contra eum palam ferebat, ne eum ad bellum excitaret. Igitur tanquam iterum contra Parthos profecturus, quo imparatum Armenium inueniret, ex Ægypto abiit. In itinere autem cognito, Octauiam Roma aduenire, [in Ægyptum] reuersus est: licet eam statim domum redire iussisset, ac postea dona eius, cum alia, tũ milites, quos in hunc ea finẽ à fratre suo petierat, accepisset. atq; ita deinde magis adhuc amori & imposturæ Cleopatræ seruiuit.

Interim Cæsar, Pompeio mortuo, quũ res Africæ compositione indigerent,

in Siciliam venit, inde in Africam transmissurus: sed ibi tempestate detentus, quominus deinde traiiceret, hanc causam habuit. Salassi, & Taurisci, Liburnique, & Iapudes, quum iam ante in Romanos haud mediocriter iniurii fuissent, ac stipendio quod pendere debebant, non soluto, etiam in finitima inuasissent, eaque maleficiis infestassent; tum aperte propter Cæsaris absentiam rebellauerant. Ea propter Cæsar ex Sicilia reuersus,[a] ad bellum contra eos se parauit. In eo apparatu quum nonnulli quibus missio militiæ facta fuerat, tumultuarentur, ac quia nulla præmia accepissent, iterum stipendia merere vellent, omnes in vnam legionem eos conscripsit, vt a cæteris segregati, neque corrumpere alios, & si quid mouere noui instituissent, statim deprehendi possent. quumque ne sic moderate se gererent, paucos ex ipsis, qui natu erant maximi, in Galliam in colonias dimisit; ‡ sperans reliquos etiam, idem sperantes, quieturos. quum autem nihilominus fremerent, in quosdam eorum exemplum statuit. irritatos eo facto reliquos quasi alius rei causa, conuocauit; circunfusoque exercitu, arma eis ademit, & exautorauit. Hi quum simul & quam parum ipsi possent, & Cæsaris magnanimitatẽ cognouissent; mutata verè sententia, multis precibus à Cæsare impetrauerunt, vt inter milites denuo reciperentur. Cæsar enim, quod & militibus indigebat, & metuebat, ne Antonius eos sibi adiungeret; veniam dedit, eorumque deinceps opera vsus est in omnibus rebus optima. His actis, aliisque ad alios populos subigendos missis, Iapydas ipse bello petiit: quorum eos, qui citra montes haud procul à mari habitabant, non omnino difficulter in suam potestatem redegit; qui vero[b] montes, & vltra eos, incolebant, eos non sine maximo labore perdomuit. [c] Hi Metulo, maxima sua vrbe, occupata, Romanos oppugnantes multoties repulerunt, machinas multas combusserunt, Cæsarem ipsum à lignea turri quadam, murum conscendere conatum, grauiter sauciauerunt. tandem quum nihilominus propositũ vrgeret, copiasque alias euocaret, simulantes se pacem facturos, præsidium in arcem acceptum noctu interfecerunt, ædes suas incenderunt, seipsos, ac quidam etiam vxores & liberos simul, occiderunt; ita vt nihil prædæ inde ad Cæsarem redierit, quum captiui etiam paulo post necem sibi ipsis consciuerint.

Quum

a quum aliud in hos adparatum faceret, tum quod nonnulli milites ob excitatã seditionem dimissi, nec vlla donatiua consecuti, denuo stipendia facere cupiebãt; in vnam eos legionem segregauit, vt seorsum militantes, neque alios secum corrumperent, & si quid mouere ‡ existimans hac se via cæteros etiã, spe iniecta, pacaturum, Quum autem

b montium vertices, & vtraque latera incolebant,

c Quippe Metulum hi, quod oppidum habebant maximum, ad versus vim munientes, Romanos

A ἦλθε μὲν ἐς τὴν Σικελίαν, ὡς καὶ ἐκεῖσε πλευσούμενος. ἐγχρονίσας δὲ ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, οὐκ ἐπεπεραιώθη. οἵ τε γὰρ Σάλασσοι, καὶ οἱ Ταυρίσκοι, Λιβυρνοί τε, καὶ Ἰάπυδες, οὐδὲν μὲν οὐδὲ ἐκ τοῦ πρὶν μέτριον ἐς τοὺς Ῥωμαίους ‡ ἐσέπρασσον, ἀλλὰ τῶν τε συντελεῖν τὸν φόρον ἐξέλιπον, καὶ † ἐσβάλλοντα ἔστιν ὅτε ἐς τὰ ὁμορεοῦντα σφίσιν ἐκακούργουν· τότε δὲ φανερῶς πρὸς τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ ἐπανέστησαν. διόπερ τοῦτ' ἀναστρέψας, τά τε ἄλλα ἐπ' αὐτοὺς παρεσκευάσατο, καὶ ἐπειδή τινες τῶν ἀφεθέντων † τε ἐστασίασαν, καὶ μηδὲν λαβόντων, στρατεύσασθαι αὖθις ἠθέλησαν, ἐς ἓν σφᾶς στρατόπεδον κατεχώρισεν, ἵνα ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες, μήτε προσδιαφθείρωσί τινα, κἂν ἄρα νεωτερίσαι τι βουληθῶσιν, ἔκδηλοι παραχρῆμα γένωνται. ὡς δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐσωφρονίσθησαν, ὀλίγους ἐξ αὐτῶν τοὺς πρεσβυτάτους ἐς Γαλατίαν κληρουχήσοντας ἔπεμψε· νομίσας καὶ τοὺς ἄλλους ἐκ τούτου καὶ † ἐλπιεῖν καὶ καταστήσεσθαι. ἐπεὶ δὲ καὶ ὣς ἐθρασύνοντο, δίκην τινὰς αὐτῶν ἔδωκε. παροξυνθέντων τε ἐπὶ τούτῳ τῶν λοιπῶν, συνεκάλεσε τε αὐτοὺς ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι, καὶ περιέχων τῷ στρατῷ, τά τε ὅπλα ἀφείλετο, καὶ τῆς στρατείας ἔπαυσε. καὶ οὕτω τήν τε ἐκείνων ἀσθένειαν ἅμα, καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος φρόνημα

C μαθόντες, ἀληθῶς τε μετεβάλοντο, καὶ πολλὰ αὐτὸν ἱκετεύσαντες, ἀνεστρατεύσαντο. ὁ γὰρ Καῖσαρ, στρατιωτῶν τε δεόμενος, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ ὁ Ἀντώνιος αὐτοὺς σφετερίσηται, συνεγίνωσκέ τε σφίσιν ἔφη, καὶ χρησιμωτάτοις πρὸς πάντα αὐτοῖς ἔσχε. τοῦτο μὲν ὕστερον ἐγένετο. τότε δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἑτέροις τισὶ καταστρέψασθαι προσέταξεν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοὺς Ἰάπυδας ἐστράτευσε.

D καὶ τοὺς μὲν ἐντὸς τῶν ὀρῶν, οὐ πάνυ πόρρω τῆς θαλάσσης οἰκοῦντας, ἀπονώτερον προσηγάγετο· τοὺς δὲ ἐπί τε τῶν ἄκρων, καὶ ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα αὐτῶν, οὐκ ἀταλαιπώρως ἐχειρώσατο. τὸ γὰρ Μέτουλον τὴν μεγίστην σφῶν πόλιν κρατυνάμενοι, πολλὰς μὲν προσβολὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπεκρούσαντο, πολλὰ δὲ μηχανήματα κατέφλεξαν, αὐτόν τε ἐκεῖνον ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου ἐπιβῆναι τοῦ περιβόλου πειρώμενον κατέτρωσαν. καὶ τέλος, ἐπεὶ οὐδὲν μᾶλλον ἀπηνίστατο, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις προσ-

E μετεπέμπετο, συμβῆναί τε βούλεσθαι ἐπλάσαντο, καὶ φρουροὺς ἐς τὴν ἄκραν ἐσδεξάμενοι, ἐκείνους τε τῆς νυκτὸς ἅπαντας ἔφθειραν, καὶ τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν. καὶ οἱ μὲν ἑαυτούς, οἱ δὲ καὶ τὰς γυναῖκας τά τε παιδία προσαπέκτειναν, ὥστε μηδὲ ὁτιοῦν ἀπ' αὐτῶν τῷ Καίσαρι περιγενέσθαι. οὐ γὰρ ὅτι ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ ζωγρηθέντες σφῶν, ἑκούσιοι οὐ πολλῷ ὕστερον ἐφθάρησαν.

‡ ἴπρασσον
† ἰσβάλλοντε
† τ. ἰστασίασαν,
† [illegible]

Ἐπειδὴ οὖν οὗτοί τε ἀπολώλεσαν, καὶ οἱ ἄλλοι κατεστράφατο, μηδὲν ἀξιόλογον πράξαντες, ἐπὶ Παννονίους ἐστράτευσεν· ἔγκλημα μὲν οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιφέρων, (οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἠδίκητό τι ὑπ᾽ αὐτῶν) ἵνα δὲ δὴ τοὺς στρατιώτας ἀσκῇ τε ἅμα, καὶ ἐκ τῶν ἀλλοβίων τρέφῃ, πᾶν τὸ τῷ κρείττονι τοῖς ὅπλοις ἀρέσκον, δίκαιον ἐς τοὺς ἀσθενεστέρους ποιούμενος. οἱ δὲ δὴ Παννόνιοι νέμονται μὲν πρὸς τῇ Δελματίᾳ, παρ᾽ αὐτὸν τὸν Ἴστρον, ἀπὸ Νωρικοῦ μέχρι τῆς Μυσίας τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ· κάκιστα δὲ ἀνθρώπων ὄντες (οὔτε γὰρ γῆς, οὔτε ἀέρων εὖ ἥκουσιν, οὐκ ἔλαιον, οὐκ οἶνον, πλὴν ἐλαχίστου καὶ τούτου, γεωργοῦσιν, ἅτε ἐν χειμῶνι πικροτάτῳ τὸ πλεῖστον διαιτώμενοι, ἀλλὰ τάς τε κριθὰς καὶ τοὺς κέγχρους καὶ ἐσθίουσιν ὁμοίως καὶ πίνουσιν) ἀνδρειότατοι δ᾽ οὖν διὰ πάντων ὧν ἴσμεν νομίζονται. θυμικώτατοι γὰρ καὶ φονικώτατοι, οἷα μηδὲν ἄξιον τοῦ καλῶς ζῆν ἔχοντες, εἰσί. ταῦτα δὲ οὐκ ἀκούσας οὐδ᾽ ἀναγνοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ μαθὼν, ὥστε καὶ ἄρξας αὐτῶν, οἶδα. μετὰ γάρ τοι τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονείαν, τῇ τε Δελματίᾳ, ἧς ποτε καὶ ὁ πατήρ μου χρόνον τινὰ ἦρξε, καὶ τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω καλουμένῃ προσετάχθην, ὅθεν ἀκριβῶς πάντα τὰ κατ᾽ αὐτοὺς εἰδὼς γράφω. ὀνομάζονται δὲ οὕτως, ὅτι τοὺς χιτῶνας τοὺς χειριδωτοὺς ἐξ ἱματίων τινῶν ἐς πάννους ἐπιχωρίως πως καὶ κατατέμνοντες καὶ προσαγορεύοντες συρράπτουσι. καὶ οἱ μὲν εἴτ᾽ οὖν διὰ τοῦτο, εἴτε καὶ δι᾽ ἄλλο τι, οὕτως ὠνομάδαται· τῶν δὲ δὴ Ἑλλήνων τινὲς, τἀληθὲς ἀγνοήσαντες, Παίονας σφᾶς προσεῖπον, ἀρχαίου μέν που τοῦ προσρήματος τούτου ὄντος, οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖ, ἀλλ᾽ ἔν τε τῇ Ῥοδόπῃ, καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῇ νῦν μέχρι τῆς θαλάσσης. ὑφ᾽ οὗπερ καὶ ἐγὼ ἐκείνους μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς καλοῦσι, προσαγορεύσω. ἐπὶ οὖν τούτους ὁ Καῖσαρ τότε στρατεύσας, τὸ μὲν πρῶτον † οὐκ ἔτι ἥρπαζε, καίπερ καὶ τὰς κώμας αὐτῶν τὰς ἐν τοῖς πεδίοις ἐκλιπόντων (ἤλπιζε γὰρ ἐθελοντὰς αὐτοὺς ἐπάξεσθαι) ὡς δὲ καὶ προχωροῦντα αὐτὸν πρὸς † Τυσκίαν ἐλύπησαν, ὠργίσθη, καὶ τήν τε χώραν σφῶν ἔκαιε, καὶ πάνθ᾽ ὅσα ἐδύνατο λείαν ἐποιεῖτο. πλησιάσαντος δὲ αὐτοῦ τῇ πόλει, οἱ ἐπιχώριοι παραυτίκα μὲν ὑπὸ τῶν δυνατῶν ἀναπεισθέντες, ὡμολόγησάν τε αὐτῷ, καὶ ὁμήρους ἔδοσαν· μετὰ δὲ τοῦτο τάς τε πύλας ἀπέκλεισαν, καὶ ἐς πολιορκίαν κατέστησαν. εἶχον μὲν γὰρ καὶ τείχη ἰσχυρὰ, τὸ δ᾽ ὅλον ποταμοῖς δύο ναυσιπόροις ἐθάρσουν.

† οὐδέ τι

† τὴν Σισκίαν

A Quum ad hunc modum hi periissent, reliqui in potestatem eius, nulla re memorabili gesta, venissent: in Pannonios exercitum duxit, neque læsus quidem ab iis vnquam, neque vllum crimen obiiciens; sed militum exercendorum simul, & alienis bonis alendorum causa, omne id iustum esse censens, quod armis potentior contra infirmiorem decerneret. Pannonii habitant ad Istrum fluuium, à Norico vsque ad Mysiam Europæam, Dalmatis vicini: tole- B rant autem omnium hominum vitam durissimam. nam neque terram, neque aerem felicem habent: neque apud eos oleum, aut vinum, nisi paucissimum, nascitur: neque enim hæc colunt, quum maiorem partem acerrima in hieme viuant: sed hordeum & milium & edunt, & potum ex eis conficiunt. cæterum omnium, quos nos quidem nouerimus, hominum ‡ fortissimi sunt, nimirum quum nihil vita honesta dignum habeant, ad iram & cædes propensissimi. C Quod ego non auditu tantum, aut lectione, sed re ipsa cognitum, quum præessem videlicet ei nationi, scribo. Nam post Africæ præfecturam, Dalmatiæ, quam olim pater quoque meus aliquandiu administrauit, & Pannoniæ superiori præpositus fui: vnde hæc quæ scribo, explorata mihi sunt. Nomen autem Pannonibus inditum est ex eo, quod tunicas manicatas [a] ex pannis, more suo concisis ac consutis, conficiunt. verum siue ea nominis est ratio, siue alia, certe quidam Græci veritatis igna- D ri; Pæones eos vocarunt, quod ipsum quidem etiam nomen antiquum est, non tamen istius populi, sed eius, qui ad montem Rhodopen, [b] & Macedoniam maritimam (sic enim nostro tempore vocatur) habitant. quapropter hos ego Pæonas, istos Pannonios nominabo, sicuti & ipsi sese, & Romani eos appellant. Enimuero Cæsar in Pannonios profectus, primum à rapinis se continuit, quanuis ii pagos in campestribus sitos deseruerant, quod eos se E sperabat citra vim sibi adiungere posse. sed quum ad Pisciam accedentem eum læsissent, ira correptus, agrum eorum vssit, prædasque quas potuit maximas egit. Quum vrbi appropinquasset, incolæ à primoribus persuasi, statim ei se dediderunt, & obsides præbuerūt. postea autem quum portas occlusissent, in obsidione habiti sunt, quū & muris validis, & duobus nauigalibus fluuiis confiderēt.

‡ *maxime viriles sunt.*

a *è vestimētis in pannos more indigenarū partes scindant & cōsuant, atque inde sibi nomen sumant.*

b *& ad ipsam Macedoniam habitāt, quæ nunc vsque ad mare pertinet. Quapropter*

† Colops

Fluuius enim † Colops, ipsa mœnia alluens, in Sauum defluit, qui & ipse tum haud procul ab vrbe meabat, & nunc totam vrbem circumambit, à Tiberio magna fossa eo adductus, per quam rursus in antiquum alueum exit. eo autem tempore, quum Colops ipsis mœnibus allaberetur, & Sauus haud magno inde spatio præterflueret, interuallum vacuum relinquebatur, quod fossis & palis actis munitum erat. Cæsar itaque nauibus, quas socii iis in locis parauerant, acceptis, iis per Istrum in Sauum, atque inde in Colopem subductis, vrbem terra simul fluuioque aggressus est, ibique naualia nonnulla prælia fecit. Barbari enim, lintribus paratis, ad pugnam exibant: inque fluuio, inter alios, Menam etiam Sex. Pompeii libertum occiderunt, ac in terra quoque Cæsarem fortiter propulsarunt; donec tandem audito, quosdam sociorum suorum insidiis exceptos periisse, animis collapsi deditionem fecerunt. Ita his in potestatem Cæsaris receptis, reliqua etiam Pannonia pacis conditiones accepit. Ibi Cæsar cum exercitus parte Fufio Gemino relicto, Romam rediit: triumphumque sibi decretum in aliud tempus reiiciens, Octauiæ & Liuiæ statuas dedit, [a] vtque sine tutore suis ipsarum facultatibus vterentur, sacrosanctæque eodem iure quo tribuni plebis essent. Quum autem in Britanniam etiam expeditionem, patrem æmulatus, intenderet; iamque in Galliam vsque eius rei causa progressus esset, ‡ ea hieme, qua consulatum Antonius iterum, & Lucius Libo gerebant; Pannoniorum recens subactorum, & cum eis Dalmatarum rebellio exorta est. & Pannonios quidem Geminus, quanuis † Tuscia ab iis eiectus, tamen præliis aliquot superatos recepit: Salassos autem, & qui eorum rebellionis socii fuerant, Valerius Messala domuit. in Dalmatas autem Agrippa prius, deinde Cæsar ipse, exercitum duxit; eosque plerosque hi multis ac magnis tamen acceptis incommodis, (nam & Cæsar vulneratus est, & militibus propter delictum quibusdam hordeum pro tritico datum est, & alii, qui ordines deseruissent, decimus quisq; sorte ad pœnam delectus) subiugauerunt: contra reliquos Statilius Taurus bellum gessit.

a Vt, & nemini obnoxia potestati res suas agerēt, & eodem iure sacrasancta, quo tribuni plebis, essent.

‡ post hiemem eius anni, quo

† Siscia

ANNO V.C 720.

Hoc tempore Antonius eadem die & iniit consulatum, & deposuit substituto in locum suum L. Sempronio Atratino:

„ Τῇ μὲν οὖν γνώμῃ, ‡ καὶ τὸ μηδὲν πλείονος τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμεῖν, εἰρηνικώτατον εἶναί σε χρή, ταῖς δὲ παρασκευαῖς πολεμικώτατον· ὅπως μάλιστα μὲν μήτε ἐθελήσῃ μήτε ἐπιχειρήσῃ τὶς ἀδικῆσαί σε, εἰ δὲ μή, ῥᾳδίως καὶ παραχρῆμα κολασθῇ. καὶ ἐπειδή γε ἀναγκαῖον ἐστὶ καὶ διὰ ταῦτα καὶ διὰ τἄλλα καὶ ὠτακουστεῖν τινὰς καὶ διοπτεύειν πάντα τὰ τῇ ἡγεμονίᾳ σου προσήκοντα, ἵνα μηδὲν τῶν φυλακῆς τινὸς ‡ ἢ ἐπανορθώσεως δεομένων ἀγνοῇς, μέμνησο ὅτι οὐ χρὴ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτῶν πιστεύειν, ἀλλ' ἀκριβῶς αὐτὰ διασκοπεῖν. συχνοὶ γάρ, οἱ μὲν μισοῦντές τινας, οἱ δ', ἐπιθυμοῦντες ὧν ἔχουσιν, ἄλλοι χαριζόμενοί τισιν, ἄλλοι χρήματα αἰτήσαντές τινας, καὶ μὴ λαβόντες, ἐπηρεάζουσιν αὐτοὺς ὡς νεωτερίζοντας, ἢ καὶ ἄλλο τι ἀνεπιτήδειον κατὰ τοῦ αὐταρχοῦντος ἢ φρονοῦντας ἢ λέγοντας. οὔκουν εὐθὺς οὐδὲ ῥᾳδίως προσέχειν αὐτοῖς δεῖ, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντα διελέγχειν. βραδύνας μὲν γὰρ ἐν τῷ πιστεῦσαί τινα, οὐδὲν μέγα ἀδικηθήσῃ· σπεύσας δέ, τάχ' ἄν τι καὶ ἐξαμάρτοις, ὃ μὴ δυνηθήσῃ ἂν ἀκέσασθαι. τιμᾶν μὲν οὖν σε τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τῶν ἀπελευθέρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνόντων σοι καὶ δεῖ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι. καὶ γὰρ κόσμον καὶ ἀσφάλειαν σοὶ μεγάλην τοῦτο οἴσει. μὴ μέντοι καὶ ὑπέρογκόν τι ἰσχυέτωσαν, ἀλλ' ἀκριβῶς πάντες σωφρονείτωσαν, ὥστε σε μηδὲν ὑπ' αὐτῶν διαβληθῆναι· πάντα γὰρ ὅσα ἂν ἢ καλῶς, ἢ κακῶς πράξωσι, σοὶ προστεθήσεται· καὶ τοιοῦτος αὐτὸς ὑφ' ἁπάντων νομισθήσῃ, ὁποῖα ἂν ἐκείνοις ποιεῖν ἐπιτρέποις. τοὺς μὲν δὴ οὖν δυνατοὺς μὴ πλεονεκτεῖν τινά, μήτ' αὖ συκοφαντεῖσθαι ἔα· μηδὲ ἔστω τινὶ αὐτῶν αὐτὸ τοῦτο ἔγκλημα, ὅτι δύναται, κἂν μηδὲν ἁμαρτάνῃ. τοῖς δὲ δὴ πολλοῖς ἀμύνε μὲν ἰσχυρῶς ἀδικουμένοις, μὴ πρόσεχε δὲ ῥᾳδίως αἰτιωμένοις· ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἔργα καθ' ἑαυτὰ ἐξέταζε, μήτε ἐς τὸ προέχειν πᾶν ὑποπτεύων, μήτε τῷ καταδεεστέρῳ

A frequentius mentiendo hominibus nouarum rerum tentandarum causam præbent. Quod idem philosophiam quoque profitentes, haud pauci faciunt: quos ipsos quoq; cauere te iubeo. Neq; enim, quia Arium, & Athenodorum, bonos ac honestos viros expertus es; omnes alios, idem studium præ se ferentes, similes eorum iudicare debes: quum hac specie vsi multi, infinita mala populis, priuatisq; hominibus adferant.

Animo quidem te quammaxime pa-
B cis studioso, nihilque præter ea, quæ possides, appetente, esse decet; interim tamen ad bellicam rem paratissimum, vt neque velit quidem, neque ausit quisquam te lædere: aut si omnino id conetur, facile & extemplo plecti possit. Ac quandoquidem ob hanc, & alias causas, habere te oportet auscultatores ac exploratores, quorum opera omnes tui imperii res cognoscas, ne quid ‡ custodia aut emendatione indigens te fallere possit: memento, non omnia
C statim, quæ ab his referuntur, credenda; sed diligentem considerationem adhibendam esse. permulti enim eorum, vel odio aliorum, vel eorum bona sibi petẽtes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob postulatã ab aliquibus ac non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut contra imperatorem alicuius facti vel dicti improbi eos onerant. ideo non facile iis animus est aduertendus, sed omnia accurate indaganda. Quod si enim tardius fidem adhi-
D bueris, nullo tuo magno id fiet damno: festinando autem fieri potest, vt peccatum aliquod irreparabile admittas. Ad hæc, libertorum te tuorum, ac familiarium, optimum quenque in honore habere oportet: quia id & decus tibi magnum, & securitatem afferet. nulli tamen nimia est indulgenda potentia, sed ita moderandum omnibus, vt ne in aliquam te reprehensionem cõiiciant. Nam quæcunque vel recte, vel secus egerint, omnia tibi imputabuntur: talemque te omnes iudicabunt, qualia eos fa-
E cta exercere permiseris. [a] Ergo potentibus omnibus iniuria alios afficiendi, calumniandiq; facultatem adimes, vt si nihil etiam delinquant, tamen ne posse quidem id, culpari queant. Inferioris sortis hominibus ‡ iniuriam passis omni opera succurre, ita tamen, vt eorum querelas haud temere accipias; sed rem ipsam per se ‡ intuearis, neque potentiores ‡ omnino suspectos, neq; † infirmioribus in

‡ fantium

[a] Cæterum vt potentes neq; defraudare, neque calumniari quemquam sines: ita vicissim eorũ alicui hoc ipsum crimini non esse, quod potens sit, licet haud peccet.
‡ per vim graues passis iniuriam opẽ fer, ita tamẽ.
‡ examines.
‡ omnes suspectos.
† infirmioribus omnibus in omni

omni re fidem habẽs. Operantes, artibusque vtilibus deditos, honoribus afficito: otiosos, aut negotiis prauis intentos, odio habeto: vt illa vtilitatis gratia amplectentes, [a] hæc propter damna omittentes, & priuatæ & publicæ rei magis conducant. Expedit porro priuatorum ciuium controuersias quam fieri potest maxime dirimere, ac quam celerrime componere: id vero magis adhuc præstat, populorũ studia inhibere: ac quum vota facientes pro imperio, † salute, ac fortuna, cogere aliquos volunt, vt aliquid vltra facultates suas agant impendantve, id non permittere. præterea inimicitias eorum, contentionesque penitus præcidere; neq; concedere, vt inania cognomenta, aut alia, vnde discordiæ incidere possunt, sibi sumant. In quibus, inque aliis omnibus, facilius tibi omnes & priuatim, & publice parebunt; † si nihil horum vlli præter alios permiseris. Nã inæqualitas etiam ea quæ bene in vnum coaluerunt, dissipat. Itaq; omnino pati non debes, vt quis a te quicquam petat, quod ei daturus non sis: [b] sed hoc summopere conari debes, vt ne quid vetitorum poscat quisquam.

In summa autem id tibi consilium do, ne quando abutaris potentia tua; neq; eã putes esse diminutionem eius, si non † simul omnia facias, quæ possis: sed quanto magis omnia, quæ statueris, potes perficere, tanto magis cura, † vt optima quæque tibi proponas. semper tecum ipse expende, rectene an secus quid agas: quo facto amorem tibi concilies, necne: vt hæc vites, illa suscipias. Neque si nemine te incusare audias, existimare debes, [c] te iure posse aliquid contra agere: neque exspectare debes, dum eo quispiam insaniæ progrediatur, vt aperte tibi † obtrectet. hoc enim nemo, etiam summe læsus, faciet. quinimo multi eos, à quibus iniuriam acceperunt, palam laudare coguntur; dum id efficere conantur, ne succensere videantur. At principis est, nõ ex sermone aliorum, de animo ipsorum cõiecturam facere; sed ex iis, quæ eos sentire sit verisimile.

Hæc te, & similia horum agere velim. Multa enim prætereo, quod simul ea omnia dici non possunt. Vnum dicam, quod caput est, & summa omnium eorum, quæ vel dicta sunt, vel dicenda restant. Si hæc tua sponte omnia egeris, quæ velles alium in te imperium habentem agere; nulla in re peccabis, omnia

a his propter damna semet abstinentes, tum ad priuata meliores, tũ ad publica tibi fiant vtiliores. At bonum quidem est, priuatorum cõtrouersias sic imminuere, vt quã celerrime dirimãtur: sed longe melius studia populorũ inhibere;

† salute, fortunaq; tua.

† si nihil præter hæc vnquam vlli permiseris. Nam inæqualitas etiam bene fixa dissoluit.

b sed h e ipsum entre te, totis vt viribus sibi cauere cogas, ne vetitum aliquid petant. Et hæc de his equidem aio.

† prorsus

† vt omnia quæ velle decet, velis.

c videri aliquid abs te propterea recte fieri: neq; exspectare

† quid exprobret.

A πάντη πιστεύων. καὶ τοὺς μὲν ἐργαζομένους, χρήσιμόν τέ τι τεχνωμένους τίμα· τοὺς δὲ ἀργοῦντας, ἢ καὶ φλαῦρόν τι πραγματευομένους μίσει· ἵνα τῶν μὲν διὰ τὰς ὠφελείας ὀρεγόμενοι, τῶν δὲ διὰ τὰς ζημίας ἀπεχόμενοι, πρός τε τὰ οἰκεῖα ἀμείνους, καὶ πρὸς τὰ κοινὰ συμφορώτεροί σοι γίγνωνται. καλὸν μὲν οὖν ἐστι καὶ τὸ τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀμφισβητήματα ὡς ἐλάχιστα ποιοῦντα, τὰς διαλύσεις αὐτῶν ὡς τάχιστα καθιστάναι· κάλλιστον δὲ τὸ τὰς τῶν δήμων ὁρμὰς κωλύειν, κἂν ἐπευχόμενοί τινα τῇ τε ἀρ-
B χῇ καὶ τῇ σωτηρίᾳ † τῇ τε τύχῃ, ἐκβιάζεσθαί τινας ἢ πρᾶξαί τι ἢ ἀναλῶσαι παρὰ δύναμιν ἐπιχειρῶσι, μὴ ἐπιτρέπειν. τάς τε ἔχθρας αὐτῶν καὶ τὰς φιλοτιμίας τὰς πρὸς ἀλλήλους παντάπασιν ἐκκόπτειν, καὶ μήτε ἐπωνυμίας τινὰς κενάς, μήτ' ἄλλο τι ἐξ οὗ διενεχθήσονταί τισιν, ἐφιέναι σφίσι ποιεῖσθαι. ῥᾳδίως δέ σοι πάντες καὶ ἐς ταῦτα καὶ ἐς τἆλλα καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πειθαρχήσουσιν, ἂν μηδὲν παρὰ ταῦτ. μηδέποτε συγχωρήσῃς τινί. ἡ γὰρ ἀ-
C νωμαλία καὶ τὰ καλῶς πεπηγότα διαλύει. καὶ διὰ τοῦτ' οὐδὲ αἰτεῖν τι ἀρχὴν ὅγε μὴ δώσῃς, ἐπιτρέπειν σφίσιν ὀφείλεις· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο πειρῶ ἰσχυρῶς φυλάττειν σφᾶς ἀναγκάζειν, τὸ μηδὲν ἀξιοῦν τῶν κεκωλυμένων. ταῦτα μὲν περὶ ἐκείνων λέγω.

Καθ' ἁπάντων δέ σοι συμβουλεύω μήτ' ἀποχρήσασθαί ποτε τῇ ἐξουσίᾳ, μήτ' οἰηθῆναι μείωσιν τινὰ αὐτῆς εἶναι, ἂν μὴ πάντα ἁπαξαπλῶς ὅσα δύνασαι καὶ ποιήσῃς· ἀλλ' ὅσῳ μᾶλλον πάνθ' ὅσα ἂν βουληθῇς καὶ δυνήσῃ πρᾶξαι, τοσῷ μᾶλλον προ-
D θυμοῦ πάνθ', ὅσα προσήκει, βούλεσθαι. καὶ ἀεί γε αὐτὸς παρὰ σαυτῷ ἐξέταζε, εἴγε ὀρθῶς τι ποιεῖς, εἴτε καὶ μή· τί τε πράττοντά σε φιλήσουσί τινες, καὶ τί μή, ἵνα τὰ μὲν ποιῇς αὐτῶν, τὰ δὲ ἐκκλίνῃς. μὴ γὰρ δὴ ἡγήσῃ δεόντως τι παρὰ τοῦτο πράττειν δόξειν, ἂν μηδενὸς αἰτιωμένου σε ἀκούσῃς· μηδ' ἀναμείνῃς οὕτω τινὰ ἐκφρενῶσαί ποτε, ὥστε σοὶ φανερῶς τι ἐξονειδίσαι. τοῦτο μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν, οὐδ' εἰ σφόδρα ἀδικηθείη. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, καὶ ἐπαινεῖν πολλοὶ ἔν γε τῷ φανερῷ
E τοὺς ἀδικοῦντας σφᾶς ἀναγκάζονται, ἀνταγωνιζόμενοι μὴ δοκεῖν ὀργίζεσθαι. τὸν δ' ἄρχοντα χρὴ μὴ ἐξ ὧν λέγουσί τινες, τεκμαίρεσθαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν φρονεῖν αὐτοὺς εἰκός ἐστι.

Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα βούλομαί σε πράττειν. πολλὰ γὰρ καὶ παραλείπω, διὰ τὸ μὴ οἷόν τε εἶναι πάντα αὐτὰ καθάπαξ συλλαβόντα εἰπεῖν. ἓν δ' οὖν ἐν κεφαλαίῳ καὶ κατὰ τῶν εἰρημένων καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν φράσω. ἂν γὰρ ὅσα ἂν ἕτερον τινὰ ἄρξαντά σου ποιεῖν ἐθελήσῃς, ταῦτα αὐτὸς αὐτεπάγγελτος πράσσῃς, οὔτε τι ἁμαρτήσῃ, καὶ πάντα κατορ-

„ κατορθώσεις. κἀκ τούτου καὶ ἥδιστα καὶ ἀκινδυνό-
„ τατα βιώσῃ. πῶς μὲν γὰρ οὐχ ὡς πατέρα, πῶς
„ δ᾽ οὐχ ὡς σωτῆρα, καὶ προσόψονταί σε ἅπαν-
„ τες καὶ φιλήσουσιν, ὅταν σε ὁρῶσι κόσμιον, εὐ-
„ βίοτον, εὐπόλεμον, εἰρηναῖον ὄντα· ὅταν μήθ᾽ ὑ-
„ βρίζῃς τι, μήτε πλεονεκτῇς· ὅταν ἐκ τοῦ ὁμοίου
„ σφίσι προσφέρῃ, καὶ μὴ αὐτὸς μὲν πλουτῇς, τοὺς
„ δ᾽ ἄλλους ἀργυρολογῇς· μηδ᾽ αὐτὸς μὲν τρυ-
„ φᾷς, τοὺς δ᾽ ἄλλους ταλαιπωρῇς· μηδ᾽ αὐτὸς
„ μὲν ἀκολασταίνῃς, τοὺς δ᾽ ἄλλους νουθετῇς· ἀλλ᾽
„ ἐς πάντα δὴ πάντως ὁμοιοτροπώτατα αὐτοῖς
„ ζῇς· ὥστ᾽ αὐτὸς παρὰ σεαυτῷ μέγα φυλακτή-
„ ριον ἐν τῷ μηδένα ποτὲ ἀδικῆσαι ἔχων, θάρσει
„ καὶ πίστευέ μοι, λέγοντι ὅτι οὔτε μισηθήσῃ ποτὲ,
„ οὔτε ἐπιβουλευθήσῃ. τούτου δὲ δὴ οὕτως ἔχοντος,
„ πᾶσα σε ἀνάγκη καὶ ἡδέως βιῶναι. τί μὲν γὰρ ἥ-
„ διον, τί δ᾽ εὐδαιμονέστερόν ἐστι τοῦ πάντων τῶν ἐν
„ ἀνθρώποις ἀγαθῶν μετ᾽ ἀρετῆς ἀπολαύοντα,
„ καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτὰ διδόναι δύνασθαι;

„ Ταῦτά τε οὖν καὶ τἄλλα πάνθ᾽ ὅσα εἴρηκα
„ ἐννοήσας, πείσθητί μοι, καὶ μὴ προέῃ τὴν τύχην,
„ ἥτις σε ἐκ πάντων προεξελέξατο καὶ προεστήσατο·
„ ὡς εἴγε τὸ μὲν πρᾶγμα τὸ τῆς μοναρχίας αἱρῇ,
„ τὸ δ᾽ ὄνομα τῆς βασιλείας ὡς καὶ ἐπάρατον φο-
„ βηθῇς, τοῦτο μὲν μὴ προσλάβῃς, τῇ δὲ δὴ τοῦ
„ Καίσαρος προσηγορίᾳ χρώμενος, αὐτάρχει. εἰ
„ δ᾽ οὖν καὶ ἄλλων τινῶν κλήσεων προσδέῃ, δώσουσι
„ μέν σοι τὴν τοῦ αὐτοκράτορος, ὥσπερ καὶ τῷ πα-
„ τρί σου ἔδωκαν· σεβιοῦσι δέ σε καὶ ἑτέρᾳ τινὶ
„ προσρήσει. ὥστε σε πᾶν τὸ τῆς βασιλείας ἔργον, ἄνευ
„ τοῦ τῆς ἐπωνυμίας αὐτῆς ἐπιφθόνου, καρποῦσθαι.

Μαικήνας μὲν ταῦτα εἰπὼν, ἐπαύσατο. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ ἀμφοτέρους μὲν σφᾶς καὶ ἐπὶ τῇ πολυνοίᾳ καὶ ἐπὶ τῇ πολυλογίᾳ, τῇ τε παρρησίᾳ, ἰσχυρῶς ἐπῄνεσε· τὰ δὲ δὴ τοῦ Μαικήνου μᾶλλον εἵλετο. οὐ μέντοι καὶ πάντα εὐθὺς ὥσπερ ὑπετίθετο ἔπραξε· φοβηθεὶς μὴ καὶ σφαλῇ τι, ἀθρόως μεταρρυθμίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐθελήσας· ἀλλὰ τὰ μὲν παραχρῆμα μετεκόσμησε, τὰ δ᾽ ὕστερον. καὶ τινὰ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἄρξουσι ποιῆσαι κατέλιπεν, ὡς καὶ κατὰ καιρὸν μᾶλλον ἐν τῷ χρόνῳ γενησόμενα. καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Ἀγρίππας πρὸς πάντα, καίπερ τὴν ἐναντίαν σφίσι γνώμην δοὺς, προθυμότατα συνήρατο, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ εἰσηγητὴς αὐτῶν ἐγεγόνει. ταῦτά τε [οὖν] ὁ Καῖσαρ, καὶ ὅσα μοι ἄνω τοῦ λόγου εἴρηται, ἔπραξεν ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐν ᾧ τὸ πέμπτον ὑπάτευσε, καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν ἐπέθετο. λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ

A prospere conficies, vitamque exinde & suauissimam & tutissimam duces. Quî enim non patris ac seruatoris loco te omnes & suspiciant & diligant, quum viderint te modestum, vitæ integræ, bello ac pace præstantem? quum neminem contumelia, neminem iniuria afficias: ‡ quum æqualitatem vitæ seruabis: quum non ab aliis pecuniam exiges, ipse diuitiis abundans: quum non alios affligens, luxuriaberis ipse: quum non alios castigás, ipse libidini indulgebis: ‡ sed B in omni re tuam vitam eorum moribus accommodabis? Itaque fretus eo præsidio, quod in te ipso, si neminem læseris, magnum habebis; crede mihi, neminem tibi neque infestum futurum, neque periculum creaturum.[a] quo præsente, vitam esse iucundã omnino necesse est. Quid enim dulcius, quid felicius, quam cum virtute omnibus humanis bonis fruentem, iisdem alios quoque impertiri posse? C

His itaque, ac reliquis, quæ recensui, omnibus consideratis; assentire mihi, neque aspernare fortunam, quæ te ex omnibus delectum summæ rerum præfecit. Quod si vnus imperii summam re ipsa tibi sumens, regni nomen vt execrabile reformidas, potes eo omisso sub Cæsaris nomine omnia in tua potestate habere: sin alias etiam appellationes desideras, dabunt tibi imperatoris titulum, etiam patri tuo quondam datum: exornabunt te præterea alio quoq; venerabili quopiam cognomento, ita vt regni D omnibus bonis, sine eius inuidiosa nuncupatione, perfruaris.

His Mæcenas peroratis, conticuit. At Cæsar, quum vtrunque sapientiæ, copiosæque & liberæ orationis causa magnopere collaudasset, Mæcenatis consilium prætulit: non tamen omnia statim, quæ is suasisset, agere instituit: veritus, ne si subito homines in alium traducere statum cuperet, res ea parum sibi esset successura: ideoque alia confe- E stim mutauit, alia postea temporis: nonnulla etiam sequentibus imperatoribus perficienda reliquit, quæ successu temporis commodius constitui posse iudicabat. Neque vero minori Agrippa, quanuis contrariam sententiam tulisset, in hoc exsequendo instituto est vsus industria, quam si ipse autor eius fuisset. Hæc sũt, & ea, quæ ante has orationes retuli, quæ Cæsar egit eo anno, quo cõsul quintum fuit. Eodem anno etiam imperatoris nomen accepit: non quale pro-

‡ quum volent æqualem in ipsos te geres: quum

‡ sed in omnibus modo quodam simillime cũ ipsis viues?

a Quod quũ ita sit, etiam necessario vitam iucundam ages.

pter victoriam tribui more vetusto solebat, (id enim sæpius & antea, & postmodo ex ipsis actionibus reportauit, [a] vicies quidem imperator dictus) sed quo summa imperii demonstraretur, quod patri quoque eius Iulio, & eius ┼ filiis fuerat decretum. Deinde censor collega Agrippa fuit, emendauitque cum alia quædam, tum senatum examinauit. Nam in eum ordinem multi equites ac ┼ plebei indigni bellis ciuilibus adsciti erant, ita vt ad millenarium numerus senatorum peruenisset. Hos vt remoueret, nullum eorum ipse deleuit: sed quum hortatus fuisset, vt sua ipsi conscientia teste, de genere & vita sua iudicium ferrent; primum quinquaginta [viros] permouit, vt sponte sua senatu cederēt; deinde ad horum exemplum sequendum alios CXL. adegit. [b] Horum nomina edidit. at primis, quod nulla interiecta mora dicto paruissent, hanc quoq; ignominiam remisit. Porro hi sponte sua priuati facti sunt. at Q. Statilium idem, inuitissimum quidem, tribunatu, qui ei destinatus fuerat, prohibuit. Alios quosdam senatores effecit: in numerum consularium duos ex patribus retulit, C. ┼ Cluuium, & C. Furnium: quod consules designati, cum magistratum ab aliis præuenti non gessissent. Patriciorum etiam familias, senatu id permittente, quia pleræque perierant, suffecit. quippe nobiles præsertim in bellis ciuilibus pereunt. atqui patriciis [c] ad plerosque patrios magistratus obeundos opus est. Præterea edixit, ne quis senator iniussu suo, permissuque, extra Italiam abiret. id quod hodie etiam obseruatur, quum nulli senatori alio, quam in Siciliā, Galliamq; Narbonensem liceat peregre proficisci. eo autem propter propinquitatem, ac quia pacatæ sunt regiones, armisque vacant, etiam sine venia impetrata licet, quoties velint, senatoribus iis proficisci, qui aliquam ibi locorum habent possessionem. Ac quoniam multos etiamnum senatores, aliorumq; ordinum [d] homines, parum ipsi fidere animaduertebat; eosque, ne quid noui machinarentur, verebatur: omnes se literas, in Antonii scriniis repertas, combussisse dixit. nam re vera nonnullæ erant ┼ perditæ, at plerasque summo studio adseruabat: quibus in posterum vti haud dubitauit. Carthaginem quoq; denuo coloniam deduxit, quia Le-

a adeo quidem, vt etiā ipsius imagines nomen imperatoris habeant)

┼ filiis nepotibusq;

┼ pedites præter dignitatem bellis

b At infamia quidem horum neminem notauit, posteriorum tamen nomina publice proposuit. Prioribus enim, quod rē diu non distulissent, sed statim ei paruissent, ignominiam hāc remisit, vt palam non ederentur.

┼ Clauuiū. sup. lib. 49.

c ad peragenda pleraque recepta moribus patriis opus est.

┼ homines, qui rebus Antonii studuerant, parum

┼ abolitæ,

A τῆς νίκης κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην ποιῶν, (ἐκείνην γὰρ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕστερον ἀπ' αὐτῶν ἔργων ἔλαβεν, ὥστε καὶ ἐν εἴκοσιν ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν) ἀλλὰ τὴν ἑτέραν, τὴν τὸ κράτος διασημαίνουσαν, ὥσπερ τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς παισὶ, ┼ τοῖς ἐκγόνοις ἐψήφιστο. καὶ μετὰ ταῦτα τιμητεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππα, ἄλλα τέ τινα διώρθωσε, καὶ τὴν βουλὴν ἐξήτασε. πολλοὶ μὲν γὰρ ἱππεῖς, πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐβούλευον, ὥστε καὶ ἐς χιλίους τὸ πλήρωμα τῆς γερουσίας αὐξηθῆναι. τούτους οὖν ἐκκρῖναι βουληθεὶς, αὐτὸς μὲν B οὐδένα αὐτῶν ἀπήλειψε, προτρεψάμενος δὲ σφᾶς ἐκ τοῦ συνειδότος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ βίου δικαστὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πεντήκοντά που ἔπεισεν ἐθελοντὰς ἐκστῆναι τοῦ συνεδρίου, ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα μιμήσασθαι σφᾶς ἠνάγκασε. καὶ αὐτῶν ἠτίμωσε μὲν οὐδένα, τὰ δὲ ὀνόματα τῶν δευτέρων ἐξέθηκε. τοῖς γὰρ προτέροις, ὅτι μὴ ἐχρόνισαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπειθάρχησαν, οἱ ἀφῆκε τὸ ὀνείδισμα, ὥστ' αὐ- C τοὺς μὴ ἐκδημοσιευθῆναι. οὗτοι μὲν οὖν ἑκούσιοι δῆθεν ἰδιώτευσαν. Κύϊντον δὲ δὴ Στατίλιον, καὶ πάνυ ἄκοντα, τῆς δημαρχίας, ἐς ἣν ἀπεδέδεικτο, εἶρξεν. ἑτέρους τέ τινας βουλεύειν ἐποίησε, καὶ ἔς γε τοὺς ὑπατευκότας δύο ἄνδρας ἐκ τῶν βουλευόντων, Κλουούϊόν τέ τινα καὶ Φούρνιον Γαΐους, ἐγκατέλεξεν, ὅτι προαποδεδειγμένοι, οὐκ ἠδυνήθησαν, ἄλλων τινῶν τὰς ἀρχὰς αὐτῶν προκαταλαβόντων, ὑπατεῦσαι. τό, τε τῶν εὐπατριδῶν γένος συνεπλήθυσε, τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης τοῦτο ποιῆσαι, ἐπειδὴ τό γε πλεῖστον ἀπολώ- D λει σφῶν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς τὸ γενναῖον ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις ἀναλίσκεται, καὶ ἐς τὴν ποίησιν τῶν πατρίων ἀναγκαῖοι ἀεὶ εἶναι νομίζονται. ταῦτά τε οὖν ἔπραξε, καὶ προσαπεῖπε πᾶσι τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός τινι κελεύσῃ, ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ. καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται. πλὴν γὰρ ὅτι ἔς τε τὴν Σικελίαν καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, οὐδαμόσε ἄλλοσε βουλευτῇ ἀποδημῆσαι ἔξεστιν. ἐκεῖσε γὰρ, διά τε τὸ σύνεγγυς, καὶ διὰ τὸ ἄοπλον τό, τε εἰρηναῖον τῶν ἀνθρώ- E πων, δέδοται τοῖς γέ τι κεκτημένοις αὐτόθι, καὶ ἄνευ παραιτήσεως, ὁσάκις ἂν ἐθελήσωσιν, ἀπιέναι. ἐπειδὴ δὲ πολλοὺς ἔτι καὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὰ τοῦ Ἀντωνίου σπουδασάντων ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν διακειμένους ἑώρα, καὶ ἐφοβήθη μὴ νεοχμώσωσί τι, πάντα ἔφη τὰ γράμματα τὰ ἐν τοῖς κιβωτίοις αὐτοῦ εὑρεθέντα κατακεκαυκέναι. καὶ ὡς ἀληθῶς γε διεφθάρκει τινά· τὰ γὰρ δὴ πλείω καὶ πάνυ ἐτήρει, ὥστε μηδ' ὀκνῆσαι ὕστερον αὐτοῖς χρήσασθαι. τοῦτό τε οὖν οὕτως ἐποίησε, καὶ Καρχηδόνα ἐπαπῴκισεν, ὅτι ὁ Λέ-

┼ τοῖς πάσγονοις

┼ sup. Κλαούιον libro 49. in extremo.

πιδος μέρος τι αὐτῆς ἠρημώκει, καὶ διὰ τοῦτο τὰ δίκαια τῆς ἀποικίας σφῶν λελυκέναι ἐδόκει. τόν τε Ἀντίοχον τὸν Κομμαγηνὸν μετεπέμψατο, ὅτι τινὰ πρεσβευτὴν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ διαφερομένου οἱ ὄντος σταλέντα ἐς τὴν Ῥώμην ἐδολοφόνησε, καὶ ἔς τε τὸ συνέδριον ἐσήγαγε, καὶ καταψηφισθέντα ἀπέκτεινε. καὶ τὴν Καπρίαν παρὰ τῶν Νεαπολιτῶν, ὧνπερ τὸ ἀρχαῖον ἦν, ἀντιδόσει χώρας ἠλλάξατο. κεῖται δὲ οὐ πόρρω τῆς κατὰ Συρρέντον ἠπείρου, χρηστὸν μὲν οὐδέν, ὄνομα δὲ καὶ νῦν ἔτι διὰ τὴν Τιβερίου ἐνοίκησιν ἔχουσα. Τότε μὲν ταῦτα ἐγένετο.

A

pidus quum partem eius habitatoribus orbasset, ius coloniæ ‡ dissoluisse videbatur. Antiochum Commagenum ad se exciuit, quod fratris sui, cumquo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. eum Antiochum in senatū adductum, damnatumq; interfecit. Capreas a Neapolitanis, quorum antiquitus erant, permutatione agri redemit. hæc sita est insula haud procul à Surrentana continente, ad nullam quidem rem vtilis; nomen tamen adhuc hodie propterea, quod ibi habitauit Tiberius, ᵃ obtinens.

‡ sustulisse

a obtinens. Hæc id temporis acciderunt.

ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
τὸ πεντηκοστὸν τρίτον βιβλίον.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ
LIBER QVINQVAgesimustertius.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ πεντηκοστῷ τρίτῳ τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν.

HÆC INSVNT LIBRO LIII. Romanæ historiæ Dionis.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ, ΕΤΗ ϛ, ΕΝ ΟΙΣ ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Καῖσαρ, τὸ ϛʹ,	καὶ Μ. Οὐιψάνιος Λ. υἱ. Ἀγρίππας, τὸ βʹ.
Καῖσαρ, τὸ ζʹ,	καὶ Ἀγρίππας, τὸ γʹ,
Καῖσαρ Αὔγουστος, τὸ ηʹ,	καὶ Τ. Στατίλιος Ταῦρος.
Αὔγουστος, τὸ θʹ,	καὶ Μ. Ἰούνιος Σιλανός.
Αὔγουστος, τὸ ιʹ,	καὶ Γ. Νωρβανός, Γ. υἱ. Φλάκκος
Αὔγουστος, τὸ ιαʹ,	καὶ Γν. Καλπούρνιος Πείσων, Γν. υἱ.

ANNIS HAEC GESTA VI. quibus coss. fuere,

ANNO V.C.	
726. Cæsar, VI,	& M. Vipsanius L. F. Agrippa, II.
727. Cæsar, VII,	& Agrippa, III.
728. Cæsar Augustus, VIII,	& T. Statilius Taurus.
729. Augustus, IX,	& M. Iunius Silanus.
730. Augustus X,	& C. Norbanus C. F. Flaccus, II.
731. Augustus, XI,	& Cn. Calpurnius Piso, Cn F.

Anno insequenti Cæsar consul VI, cum alia omnia secundum instituta maiorum egit, tum fasces cum Agrippa collega suo partitus est, ita vt dimidia ipse parte vteretur: ac perfunctus magistratu, iuramentum patrio more præstitit. Quæ postmodo etiam an fecerit, incertus sum. Profecto enim Agrippam plurimi fecit, cui etiam sororis suæ filiam in matrimonium locauit: & si quando simul in bellum proficiscerentur, tabernaculum sui simile dedit, ac † signum militare vt ab vtroq; acciperetur, iussit. Eo quidem anno censum etiam peregit, princepsq; senatus ipse in eo dictus est, pro eo more, qui integro etiamnum populi in republica statu erat receptus. præterea Apollinis in palatio templum, ac bibliothecas perfecit, & dedicauit. ludos propter Actiacam victoriam decretos, cum Agrippa exhibuit, & in iis equestre certamen per pueros & viros patricios peregit: [a] iique [deinceps ad nostram vsque ætatem] ludi quinto quoque anno facti sunt, eorumq; curatio quatuor sacerdotum collegiis per ordinem incumbit, pontificibus nimirum, auguribus, septemuiris, & quindecemuiris. Gymnici quoque ludi, stadio in campo Martio extructo ligneo, acti sunt: & munus gladiatorium depugnantibus captiuis exhibitum. Hæc per aliquot dies edita, spectacula neque propter inualitudinem etiam Cæsaris intermissa, eius quoq; partes Agrippa obeunte. Ad ea Cæsar sumptus suis ex facultatibus

† tessera militaris

a iique quinto quoque anno, quo temporis spatio peragebantur, cura erant quatuor sacerdotum collegiis per ordinem, pontificibus

B Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὁ Καῖσαρ ἦρξε, καὶ τά τε ἄλλα κατὰ τὸ νομιζόμενον ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἐποίησε, καὶ τοὺς φακέλους τῶν ῥάβδων τῷ Ἀγρίππᾳ συνάρχοντί οἱ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον παρέδωκεν, αὐτός τε ταῖς ἑτέραις ἐχρήσατο. καὶ διάρξας τὸν ὅρκον κατὰ τὰ πάτρια C ἐπήγαγε. καὶ εἰ μὲν καὶ αὖθις ταῦτα ἐποίησεν, οὐκ οἶδα. τὸν γὰρ Ἀγρίππαν ἐς ὑπερβολὴν ἐτίμα· ἀμέλει τήν τε ἀδελφιδῆν αὐτῷ συνῴκισε, καὶ σκηνήν, ὁπότε συστρατεύοιντο, ὁμοίαν τῇ ἑαυτοῦ παρεῖχε, τό τε σύνθημα παρ' ἀμφοτέρων σφῶν ἐδίδοτο. ἐν δ' οὖν τῷ τότε παρόντι τά τε ἄλλα ὥσπερ εἴθιστο ἔπραξε, καὶ τὰς ἀπογραφὰς ἐξετέλεσε· καὶ ἐν αὐταῖς πρόκριτος τῆς γερουσίας ἐπεκλήθη, ὥσπερ ἐν τῇ ἀκριβεῖ δημοκρατίᾳ D ἐνενόμιστο. τό, τε Ἀπολλώνιον τό, τε ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ τὸ τεμένισμα τὸ περὶ αὐτό, τάς τε ἀποθήκας τῶν βιβλίων, ἐξεποίησε, καὶ καθιέρωσε. καὶ τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένην ψηφισθεῖσαν ἤγαγε μετὰ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἱπποδρομίαν διά τε τῶν παίδων καὶ διὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν εὐγενῶν ἐποίησε. καὶ αὕτη μὲν διὰ πέντε ἀεὶ ἐτῶν, μέχρι οὗ ἐγίγνετο, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς E μέλουσα· λέγω δὲ τούς τε ποντίφικας καὶ τοὺς οἰωνιστάς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους. καὶ γυμνικὸς δὲ τότε ἀγών, σταδίου τινὸς ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ξυλίνου κατασκευασθέντος, ἐποιήθη· ὁπλομαχία τε ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐγένετο. καὶ ταῦτα καὶ ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἐπράχθη. οὐδὲ διέλιπε, καίτοι νοσήσαντος τοῦ Καίσαρος· ἀλλὰ καὶ ὡς ὁ Ἀγρίππας καὶ τὸ ἐκείνου μέρος ἀνεπλήρου. ὁ δ' οὖν Καῖσαρ ἔς τε τὰς θεωρίας ἐκ τῶν ἰδίων δῆθεν

αὐτ-

ἀνήλισκε, καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων τῶν δημοσίων ἐδεῖτο, ἐδανείσατό τινα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ. πρός τε τὴν διοίκησιν σφῶν, δύο κατ' ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε. καὶ τῷ πλήθει τετραπλάσιον τὸν σῖτον ἔνειμε, βουλευταῖς τέ τισι χρήματα ἐχαρίσατο· οὕτω γὰρ δὴ πολλοὶ σφῶν πένητες ἐγεγόνεσαν, ὥστε μηδὲ ἀγορανομῆσαί τινα διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἀναλωμάτων ἐθελῆσαι· ἀλλὰ τά τε ἄλλα καὶ τὰ δικαστήρια τὰ τῇ ἀγορανομίᾳ προσήκοντα, τοῖς στρατηγοῖς, καθάπερ εἴθιστο, τὰ μὲν μείζω τῷ ἀστυνόμῳ, τὰ δὲ ἕτερα τῷ ξενικῷ προσετάχθησαν. πρὸς δὲ δὴ τούτοις, τὸν ἀστυνόμον αὐτὸς ἀπέδειξεν· ὃ καὶ αὖθις πολλάκις ἐποίησε. καὶ τὰς ἐσφορὰς τὰς πρὸς τὸ δημόσιον πρὸ τῆς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ μάχης γενομένας, πλὴν τῶν περὶ τὰ οἰκοδομήματα, ἀπήλλαξε. τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ τι ὀφειλόντων ἔκαυσε, καὶ τὰ μὲν ἱερὰ τὰ Αἰγύπτια οὐκ ἐσεδέξατο εἴσω τοῦ πωμηρίου, τῶν δὲ δὴ ναῶν πρόνοιαν ἐποιήσατο. τοὺς μὲν γὰρ ὑπ' ἰδιωτῶν τινων γεγενημένους, τοῖς τε παισὶν αὐτῶν καὶ τοῖς ἐκγόνοις, εἴγε τινὲς περιῆσαν, ἐπισκευάσαι ἐκέλευσε, τοὺς δὲ λοιποὺς αὐτὸς ἀνεκτήσατο. οὐ μέντοι καὶ τὴν δόξαν τῆς οἰκοδομήσεως σφῶν ἐσφετερίσατο, ἀλλ' ἀπέδωκεν αὐτοῖς τοῖς κατασκευάσασιν αὐτούς. ἐπειδή τε πολλὰ πάνυ κατά τε τὰς στάσεις, κἀν τοῖς πολέμοις, ἄλλως τε καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου τοῦ τε Λεπίδου συναρχίᾳ καὶ ἀνόμως καὶ ἀδίκως ἐτετάχει, πάντα αὐτὰ δι' ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν, ὅρον τὴν ἕκτην αὐτοῦ ὑπατείαν προθείς. εὐδοκιμῶν τε οὖν ἐπὶ τούτοις καὶ ἐπαινούμενος, ἐπεθύμησε καὶ ἑτέραν τινὰ μεγαλοψυχίαν διαδείξασθαι, ὅπως καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου μᾶλλον τιμηθείη, καὶ παρ' ἑκόντων δὴ τῶν ἀνθρώπων τὴν μοναρχίαν βεβαιώσασθαι, τοῦ μὴ δοκεῖν ἄκοντας αὐτοὺς βεβιάσθαι. κἀκ τούτου τοὺς μάλιστα ἐπιτηδείους οἱ τῶν βουλευτῶν παρασκευάσας, ἔς τε τὸ γερουσίαν ἐσῆλθεν, ἕβδομον ὑπατεύων, καὶ ἀνέγνω τοιάδε.

suppeditauit: quumque publicum ærarium pecuniis egeret, mutuo sumptus in id contulit. instituit etiam vt administrationi ærarii quotannis bini prætorii viri præficerentur. populo quadruplum frumenti prioris diuisit. senatoribus quibusdam pecunias est largitus, quum eorum multi adeo essent re tenuis vt propter impensarum magnitudinem, nemo eorum vellet ædilitatem gerere: sed cum alia, tum etiam iudicia ad eum magistratum pertinentia, prætoribus, † vt fit, partim vrbano, partim peregrino, mandarentur. Prætorem vrbanum Cæsar ipse constituit, idque aliquoties etiam inferioribus temporibus. sponsiones, quæ † reipub. factæ fuissent ante pugnam Actiacam, omnes sustulit; exceptis iis, quæ essent de ædificiis: syngraphas antiquas eorum, qui reipublicæ aliquid deberent, cremauit: Ægyptiis diis sacra fieri intra pomerium non est passus: templorum tamen curam gessit, vt quæ priuatus quispiam fecisset, ea ab horum filiis ac posteris, si qui superessent, † adornarentur: reliqua ipse refecit. Horum refectorum gloriam ipse sibi non vindicauit, sed iis, qui ea instaurassent, eam attribuit. Ac quoniam multa omnino in seditionibus ac bellis intestinis, præsertim in triumuiratu, iniuste & inique constituta fuerant: vnico edicto ea omnia antiquauit, fine iis, quæ abrogaret, sexto suo consulatu posito. Ob quæ quum esset in oculis omnium, ac laudibus afficeretur: ad ostendendam nouam magnanimitatem quo magis suus honor augeretur, & ad imperium in republica sui vnius, volentibus ciuibus, ne coacti videri possent, stabiliendum, animum adiecit. Itaque septimum consulatum gerens, quum ad id † aptissimum quenque senatorum sibi comparasset, in senatum venit, atq; hanc de scripto orationem recitauit.

† pro more, partim

† fisco

† instaurarentur.

† studiosissimum sui quemque

" Ἄπιστα μὲν εὖ οἶδ' ὅτι δόξω τισὶν ὑμῶν, ὦ πατέρες, προῃρῆσθαι. ἃ γὰρ αὐτὸς ἕκαστος τῶν ἀκουόντων οὐκ ἂν ἐθελήσειε ποιῆσαι, ταῦτ' οὐδ' ἑτέρου λέγοντος πιστεύειν βούλεται. καὶ μάλισθ' ὅτι πᾶς παντὶ τῷ ὑπερέχοντι φθονῶν, ἑτοιμότερον ἀπιστεῖ τοῖς ὑπὲρ ἑαυτὸν λεγομένοις. καὶ προσέτι καὶ γιγνώσκω τοῦθ', ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι λέγοντες, οὐχ ὅσον οὐ πείθουσί τινας, ἀλλὰ καὶ κόβαλοι δοκοῦσιν εἶναι. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μέν τι τοιοῦτον

Satis compertum habeo, patres, fore vt nonnullis vestrum incredibile propositum meum videatur. quæ enim nemo facere ipse velit, ea si alium se facturum dicere audiat, nequaquam fidem habet. quo accedit quod quum superioribus omnes inuideant, iis de se ipsis loquentibus eo promptius diffidant. Iam ne hoc quidem me fallit, hos, qui ea dicant, quibus fides habenda non videatur, non modo non persuadere auditoribus, sed scurras etiam iudicari. Verumenimuero si quid ego huiusmodi

polliceri instituissem, quod non confestim essem repræsentaturus; profecto haud facile animum induxissem id proferre, ne malam pro bona gratiam inirem. nunc quum verba mea statim, hacque ipsa die sim re confirmaturus: confido equidem me non tantum in nullam mendacii infamiam incursurum, verum omnes homines honesto nomine superaturum. Proinde posse me perpetuum in vos obtinere imperium, ipsi cernitis. Nam & adversarii mei omnes aut supplicio coerciti sunt, aut misericordia affecti ad sanitatem redierunt: & auxiliarii mei beneficiorum ‡ talione mei sunt iuris facti, societateque rerum muniti, ita ut nemo ad res consurgere iam novas possit. Quod si quis tamen ausus fuerit, contra eum auxilia mihi vel maxima in promptu sunt, quum & exercitus habeam validos, & benevolentiam roburque eorum & pecunias, & socios; ac, quod præcipuum est, quum vos populusque eo in me sitis animo, ut præesse me vobis omnino velitis. Neque vero diutius vos verbis suspensos meis tenebo, neque est quod dicat quisquam, omnia quæ ante hoc tempus egi, esse à me propter summum mihi imperium parandum facta. Iam enim id imperium omne depono, restituo vobis omnia protinus, arma, leges, provincias; neque ea tantum, quæ mihi commisistis, sed hæc etiam omnia, quæ vobis ego deinde paravi: ut iam ex re ipsa perspiciatis, me ab initio nequaquam potentiam aliquam animo propositam habuisse, sed hoc vere cupiisse, ut patris mei misere interfecti cædem ulciscerer, urbemque magnis & continentibus malis liberarem. Utinam quidem nunquam mihi eæ res suscipiendæ fuissent: utinam, inquam, mea opera nunquam ad hæc negotia indiguisset civitas: sed quomodo olim maiores nostri in pace & concordia ætatem transegerunt, ita nobis quoque licuisset. At quoniam fatum aliquod, ut videtur, eo rem deduxerat, ut me quoque, quamvis parvo tum natu, opus vobis esset usuque: quandiu res meum auxilium desideravit, omnia studio summo, etiam supra quam anni mei ferrent, feci; omnia felicius, quam pro viribus adeo meis, gessi. neque me ulla res à subsidio vobis in periculo versantibus ferendo avertit, non labor, non terror, non inimicorum minæ, non amicorum preces, non multitudo seditiosorum, non furor [a] adversariorum, quin propter vos me in omne

‡ compensatione

a adversariorum: sed me pro vobis ad quævis pericula tradidi, nulla mei habita ratione; quæque nostis, & gessi, & sustinui: unde nihil aliud mihi,

A ἐπηγγελλόμην ὃ μὴ παραχρῆμα ποιήσειν ἔμελλον, σφόδρα ἂν ἀπώκνησα αὐτὸ ἐκφῆναι, μὴ καὶ αἰτίαν τινὰ μοχθηρὰν ἀντὶ χάριτος λάβω· νῦν δὲ ὁπότε εὐθὺς καὶ τήμερον ἐπακολουθήσει τὸ ἔργον αὐτῷ, πάνυ θαρσούντως ἔχω, μὴ μόνον μηδεμίαν αἰσχύνην ψευδολογίας ὀφλήσειν, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀνθρώπους εὐδοξίᾳ νικήσειν. ὅτι μὲν γὰρ πάρεστί μοι διὰ παντὸς ἄρχειν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε· τό, τε γὰρ στασιάσαν πᾶν, ἤτοι δικαιωθὲν πέπαυται, ἢ καὶ ἐλεηθὲν σεσωφρόνισται· καὶ τὸ συναράμενόν B μοι τῇ τε ἀμοιβῇ τῶν εὐεργεσιῶν ᾠκείωται, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν πραγμάτων ὠχύρωται· ὥστε μήτε ἐπιθυμῆσαί τινα νεωτέρων ἔργων, κἂν ἄρα τι καὶ τοιοῦτον γένηται, τὸ γοῦν βοηθῆσον ἡμῖν ἕτοιμον ἔτι καὶ μᾶλλον εἶναι. τά τε στρατιωτικὰ ἀκμάζει μοι, καὶ εὐνοίᾳ καὶ ῥώμῃ· καὶ χρήματα ἔστι, καὶ σύμμαχοι, καὶ, τὸ μέγιστον, οὕτω καὶ ὑμεῖς καὶ ὁ δῆμος διάκεισθε πρός με, ὥστε καὶ πάνυ ἂν προστατεῖσθαι ὑπ' ἐμοῦ ἐθελῆσαι. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ πλεῖον ὑμᾶς ἐξηγήσομαι, οὐδὲ ἐρεῖ τις ὡς ἐγὼ τῆς αὐταρ- C χίας ἕνεκα πάντα τὰ προκατειργασμένα ἔπραξα· ἀλλ' ἀφίημι τὴν ἀρχὴν ἅπασαν, καὶ ἀποδίδωμι ὑμῖν πάντα ἁπλῶς, τὰ ὅπλα, τοὺς νόμους, τὰ ἔθνη, οὐχ ὅπως ἐκεῖνα ὅσα μοι ὑμεῖς ἐπιτρέψατε, ἀλλὰ καὶ ὅσα αὐτὸς μετὰ ταῦτα ἡμῖν προσεκτησάμην· ἵνα καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων καταμάθητε τοῦθ', ὅτι οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς δυναστείας τινὸς ἐπεθύμησα, ἀλλ' ὄντως τῷ τε πατρὶ δεινῶς σφαγέντι τιμωρῆσαι, καὶ τὴν πόλιν ἐκ μεγάλων καὶ ἐπαλλήλων κακῶν ἐξελέσθαι ἠθέλη- D σα. ὤφελον μὲν γὰρ μηδὲ ἐπιστῆναί ποτε οὕτω τοῖς πράγμασι· τουτέστιν, ὤφελον μὴ δεδεῆσθαί μου πρὸς τοιοῦτόν τι τὴν πόλιν, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ, καθάπερ ποτὲ καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐν τῇδε τῇ ἡλικίᾳ ἀπ' ἀρχῆς βεβιωκέναι· ἐπεὶ δὲ εἱμαρμένη τις, ὡς ἔοικεν, ἐς τοῦτο προήγαγεν ἡμᾶς, ὥστε καὶ ἐμοῦ, καίπερ νέου ἔτι τότε ὄντος, καὶ χρείαν σχεῖν, καὶ πεῖραν λαβεῖν, μέχρι μέν που τὰ πράγματα τῆς παρ' ἐμοῦ ἐπικου- E ρίας ἔχρῃζε, πάντα τε προθύμως καὶ ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ἐποίησα, καὶ πάντα εὐτυχῶς καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν κατέπραξα· καὶ οὐκ ἔστιν ὅ, τι τῶν πάντων ἀπέτρεψέ με κινδυνεύουσιν ὑμῖν ἐπικουρῆσαι, οὐ πόνος, οὐ φόβος, οὐκ ἐχθρῶν ἀπειλαί, οὐ φίλων δεήσεις, οὐ τὸ πλῆθος τῶν συνεστηκότων, οὐχ ἡ ἀπόνοια τῶν ἀντιτεταγμένων· ἀλλ' ἐπέδωκα

ἀφειδῶς

ἀφειδῶς ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐς πάντα τὰ περιεστηκότα, καὶ ἔπραξα καὶ ἔπαθον ἅπερ ἴστε. ἐξ ὧν αὐτὸς μὲν οὐδὲν κεκέρδακα, πλὴν τοῦ τὴν πατρίδα ἀεὶ περιπεποιῆσθαι, ὑμεῖς δὲ καὶ σώζεσθε, καὶ σωφρονεῖτε. ἐπεὶ δὲ καλῶς ποιοῦσα ἡ τύχη καὶ τὴν εἰρήνην ἄδολον καὶ τὴν ὁμόνοιαν ἀστασίαστον δι' ἐμοῦ ὑμῖν ἀποδέδωκεν, ἀπολάβετε καὶ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν δημοκρατίαν· κομίσασθε καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τὰ ἔθνη τὰ ὑπήκοα, καὶ πολιτεύεσθε ὥσπερ εἰώθειτε. καὶ μήτοι θαυμάσητε εἰ ταῦθ' οὕτω φρονῶ, τήν τε ἄλλην ἐπιείκειάν μου καὶ πρᾳότητα καὶ ἀπραγμοσύνην ὁρῶντες, καὶ προσεκλογιζόμενοι, ὅτι οὐδὲν πώποτε οὔθ' ὑπέρογκον, οὔθ' ὑπὲρ τοὺς πολλούς, καίπερ πολλὰ πολλάκις ψηφισαμένων ὑμῶν, ἐδεξάμην. μήτ' αὖ μωρίαν μου καταγνῶτε, ὅτι ἐξόν μοι καὶ ὑμῶν ἄρχειν, καὶ τηλικαύτην ἡγεμονίαν τοσαύτης οἰκουμένης ἔχειν, οὐ βούλομαι. ἐγὼ γὰρ, ἄν τε τὸ δίκαιον τις ἐξετάζῃ, δικαιότατον εἶναι νομίζω τὸ τὰ ὑμέτερα ὑμᾶς διέπειν· ἄν τε καὶ τὸ συμφέρον, συμφορώτατον ἡγοῦμαι καὶ ἐμοὶ τὸ μήτε πράγματα ἔχειν, μήτε φθονεῖσθαι, μήτε ἐπιβουλεύεσθαι· καὶ ὑμῖν, τὸ μετ' ἐλευθερίας καὶ σωφρόνως καὶ φιλικῶς πολιτεύεσθαι· ἄν τε καὶ τὸ εὐκλεές, (οὗπερ ἕνεκα πολλοὶ καὶ πολεμεῖν καὶ κινδυνεύειν πολλάκις αἱροῦνται) πῶς μὲν οὐκ εὐδοξότατόν μοι ἔσται, τηλικαύτης ἀρχῆς ἀφεῖναι; πῶς δ' οὐκ εὐκλεέστατον, ἐκ τοσούτου ἡγεμονίας ὄγκου, ἐθελοντὴν ἰδιωτεῦσαι; ὥστ' εἴ τις ὑμῶν ἀπιστεῖ ταῦτ' ὄντως τινὰ ἄλλον καὶ φρονῆσαι ἐπ' ἀληθείας, καὶ εἰπεῖν δύνασθαι, ἐμοί γε πιστευσάτω. πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα καταλέξαι ἔχων, ὅσα καὶ ὑπ' ἐμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ πατρός μου εὐηργέτησθε, ἐφ' οἷς εἰκότως ἂν ἡμᾶς ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους καὶ φιλοῖτε καὶ τιμῷτε, οὐδὲν ἂν ἄλλο τούτου μᾶλλον εἴποιμι, οὐδ' ἂν ἐπ' ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον σεμνυναίμην, ἢ ὅτι τὴν μοναρχίαν μήτε ἐκεῖνος, καίτοι καὶ διδόντων ὑμῶν, λαβεῖν ἠθέλησε, καὶ ἐγὼ ἔχων ἀφίημι. τί γὰρ ἄν τις καὶ παρεξετάσειεν αὐτῷ; τὴν Γαλατίας ἅλωσιν, ἢ τὴν Μυσίας χείρωσιν, ἢ τὴν Αἰγύπτου καταστροφήν, ἢ τὴν Παννονίας δούλωσιν; ἀλλὰ τὸν Φαρνάκην, τὸν Ἰόβαν, τὸν Φραάτην, τὴν ἐπὶ τοὺς Βρεττανοὺς στρατείαν, τὴν τοῦ Ῥήνου διάβασιν; καίτοι τοσαῦτα καὶ τοιαῦτά ἐστιν, ὅσα καὶ οἷα οὐδὲ σύμπαντες οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν παντὶ τῷ πρόσθεν χρόνῳ πεποιήκασιν. ἀλλ' ὅμως οὔτε τούτων τι τῷ παρόντι ἔργῳ παραβαλεῖν ἄξιόν ἐστιν, οὔθ' ὅτι τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, καὶ μεγίστους καὶ ποικιλωτάτους διὰ πάντων γενομένους, καὶ διεπολεμήσαμεν καλῶς, καὶ διεθέμεθα φιλανθρώπως,

omne discrimen prorsus darem, eaque & agerem & sustinerem, quæ nota sunt, & vnde nihil mihi, quam liberatio patriç, vobis autem salus & quies parta est. Quando igitur fortuna, vt par fuit, pacem sinceram ac concordiam tranquillam vobis mea opera restituit, recipite iam nunc libertatem, & pristinam reipublicæ formam: accipite arma, gentesque vobis subditas, & vestro more rempublicam gerite. Neque vero mirum vobis videri potest, quod ita sentio, si bonitatem meam in cæteris omnibus rebus, clementiamque & tranquillitatis studium consideretis; ac reputetis, nihil me vnquam fastuosum, aut cæteris sublimius, quanquam vobis multa mihi huiusmodi decernentibus, accepisse. Neque stultitiæ me damnabitis, quod imperium in vos, ac principatum tot terrarum, vltro asperner. nam si iustitiam quisquam respiciat, ego sane iustissimum esse censeo, vos vestras res ipsos administrare: sin vtilitatem, mihi vtilissimum esse iudico, ne negotiis distinear, neve inuidiæ & insidiis sim obnoxius; vobis autem, vt in libertate placide ac amice rempublicam teneatis: sin gloriam, (propter quam multi bella sæpe & pericula susceperunt) nonne summæ mihi fit gloriæ, à tanto me imperio abstinuisse, ac sponte mea ex tanto principatus fastigio ad priuatam vitam descendisse? Etenim si quis vestrum est, qui in alio quodam homine nullo tantum continentiæ esse, aut vere eum hæc de se dicere posse putat, is tamen mihi hæc tribuere debet. nam quum multa possim, & magna mea patrisque mei in vos beneficia referre, propter quæ merito nos plus cæteris & amare & honorare debeatis: nullum tamen aliud est, quod potius prædicem, aut quo magis glorier, quam quod regiam potestatem & is à vobis datam repudiauit, & ego eam habens depono. Cum quo beneficio quis tandem comparare velit Galliam subactam, aut Mysiam captam, Ægyptum domitam, aut Pãnoniam in seruitutem redactam? quis Pharnacem, Iubam, Phraatem, expeditionem Britannicam, Rheni transitum? Hæc quidem tot tantaque sunt, quot quantaque patres nostri omni superiore tempore non præstiterunt. Verum neque horum vllum præsenti facto est conferendum, neque hæc etiam, quod bella ciuilia maxima ac multiplicia, eademque continua, & confecimus prospere, & victoriã summa humanitate temperauim⁹:

omnibus ‡ aduersariis, tanquam hostibus, superatis: omnibus ‡ subiectis, tanquam amicis, conseruatis: ita vt si in fatis ita sit, rursum nostram vrbem laborare; optandum sit, eo iterum modo eam seditionibus agitari. Id vero * humano amplius est ingenio, nos, † quum in nostra vos essetis potestate, quum tantum virtute ac fortuna floreremus, vt volentibus nolentibus vobis imperare possemus, tamen neque animis elatos fuisse, neque ad regnum adspirasse; sed patrem meum id à vobis oblatum respuisse, me acceptum reddidisse. Neque hoc à me temere iactatur, (nam si quid mihi his verbis quæri putassem, nunquam omnino ea protulissem) sed vt intelligatis, quum multis nos in rempublicam meritis, multis nostris ornamentis gloriari possimus, hoc nos maxime exultare, [a] quod vltro ab his abstinuerimus, quæ alii per vim etiam sibi quærunt. Quis enim me (ne defunctum patrem denuo commemorē) animi [b] magnitudine diuinitateque præstet? Ego enim, proh deum fidem, quum habeam tot tantosque milites, ciues & socios, qui me amant, quum fere toti mari mediterraneo imperem, in omnibus continentibus terris vrbes & populos possideā; quum nemo vel exterus bellum, vel ciuis seditionem moueat; quū vos omnes in pace, cōcordia, & felici statu agatis, quodq; maximum est, sponte vestra mihi pareatis; tamen vltro, [c] nemine iubente, tanto imperio tantisque diuitiis abeo. Quod si Horatius, Mucius, Curtius, Regulus, ac Decii pericula & mortē sustinere voluerunt, vt magni facti atque præclari alicuius nomen sibi pararēt; cur non ego id potius egissem, quo consequi possum, vt viuus etiam istos, ac mortales omnes, gloria excellā? Nolite enim ita existimare, priscos illos Romanos virtutis ac famæ studiosos fuisse, nunc omnē animū virilem ex ciuitate euanuisse. Neq; suspicari quisquā debet, me, vobis præteritis, summā reipublicæ malis quibusdam hominibus, [d] aut turbæ (vnde non modo boni nihil, sed extrema mala nunquā nō proueniunt) tradere instituisse: quinimo vobis, virtute & sapientia præstantissimis, rempublicā ego cōmitto. Illud enim nequaquam facturus fui, etiam si vel millies mihi moriendum, vel omnino regnandum fuisset: hoc vero in meam, & ciuitatis vtilitatem facio. Ipse enim laboribus & ærumnis confectus sum,

‡ semet opponentibus, ‡ cedentibus, tanquā

* supra hominem est. † quum tantum virtutum haberemus, quum tantā sortem

a quod non coacti dimiserimus. b magnitudine felicitateq; præstet quis, proh Iupiter, proh Hercules, quum tot talesq; milites, ciues, & fœderatos, qui me amant, habeam; quū paucis exceptis, mare totum cis columnas Herculeas teneam; in omnib. terris continentib. & vrbes, & prouincias possideam: quum nemo vel extraneus mihi bellū, c necnon iussu, tanto me principatu abdico, tantum patrimonium relinquo.

d aut imperitæ turbæ

A τοὺς μὲν ἀντιστάντας, ὡς καὶ πολεμίους πάντας, κρατήσαντες, τοὺς δὲ ἐνδόντας, ὡς καὶ φιλίους πάντας, περισώσαντες. ὥστ᾽ εἴπερ ποτὲ καὶ αὖθις πεπρωμένον εἴη τὴν πόλιν ἡμῶν νοσῆσαι, τοῦτον αὐτὴν τὸν τρόπον δέξασθαι τινὰ στασιάσαι. τὸ γάρ τοι τοσοῦτόν τε ἰσχύσαντας ἡμᾶς, καὶ οὕτω καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ τύχῃ ἀκμάσαντας, ὥστε καὶ ἑκόντων καὶ ἀκόντων ὑμῶν αὐταρχῆσαι δυνηθῆναι, μήτε ἐκφρονῆσαι, μήτε τῆς μοναρχίας ἐπιθυμῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον διδομένην αὐτὴν ἀπώσασθαι, καὶ ἐμὲ διδομένην ἀποδιδόναι, ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστι. λέγω δὲ ταῦτα οὐκ ἄλλως ἐπικομπῶν, (οὐδὲ γὰρ ἂν εἶπον αὐτὰ ἀρχὴν, εἰ καὶ ὁτιοῦν πλεονεκτήσειν ἀπ᾽ αὐτῶν ἔμελλον) ἀλλ᾽ ἵνα ἴδητε ὅτι πολλῶν καὶ μεγάλων ἔς τε τὸ κοινὸν εὐεργετήματων, καὶ ἐς τὰ οἰκεῖα σεμνολογήματων ἡμῖν ὄντων, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα ἀγαλλόμεθα, ὅτι ὧν ἕτεροι καὶ βιαζόμενοι τινὰς ἐπιθυμοῦσι, ταῦθ᾽ ἡμεῖς οὐδ᾽ ἀναγκαζόμενοι † προσιέμεθα. τίς μὲν γὰρ ἂν μεγαλοψυχότερος B μου, (ἵνα μὴ καὶ τὸν πατέρα τὸν μετηλλαχότα αὖθις εἴπω) τίς δὲ δαιμονιώτερος εὑρεθείη; ὅστις, ὦ Ζεῦ καὶ Ἡράκλεες, στρατιώτας τοσούτους καὶ τοιούτους, καὶ πολίτας καὶ συμμάχους, φιλοῦντάς με ἔχων, καὶ πάσης μὲν τῆς ἐντὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης, πλὴν ὀλίγων, κρατῶν, ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἠπείροις καὶ πόλεις καὶ ἔθνη κεκτημένος, καὶ μήτ᾽ ἀλλοφύλου τινὸς ἔτι προσπολεμοῦντός μοι, μήτ᾽ οἰκείου στασιάζοντος, ἀλλὰ πάντων ὑμῶν καὶ εἰρηνούντων καὶ ὁμονοούντων καὶ εὐσθενούντων, καὶ τὸ μέγιστον, ἐθελοντηδὸν πειθαρχούντων, ἔπειθ᾽ ἑκούσιος, αὐτεπάγγελτος καὶ ἀρχῆς τηλικαύτης ἀφίσταμαι, καὶ οὐσίας τοσαύτης ἀπαλλάττομαι. ὥστ᾽ εἴπερ ὁ Ὁράτιος, ὁ Μούκιος, ὁ Κούρτιος, ὁ Ῥήγουλος, οἱ Δέκιοι καὶ κινδυνεῦσαι καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ μέγα τι καὶ καλὸν πεποιηκέναι δόξαι ἠθέλησαν, πῶς οὐκ ἂν ἐγὼ μᾶλλον ἐπιθυμήσαιμι τοῦτο πρᾶξαι, ἐξ οὗ κἀκείνους καὶ τοὺς ἄλλους ἅμα πάντας ἀνθρώπους εὐκλεία ζῶν ὑπερβαλῶ. μὴ γάρ τοι νομίσῃ τις ὑμῶν τοὺς μὲν πάλαι Ῥωμαίους καὶ ἀρετῆς καὶ εὐδοξίας ἐφίεσθαι, νῦν δὲ ἐξίτηλον ἐν τῇ πόλει πᾶν τὸ ἀνδρῶδες γεγονέναι· μὴ μέντοι μηδ᾽ ὑποπτεύσῃ ὅτι προέσθαι τε ὑμᾶς, καὶ πονηροῖς τισὶν ἀνδράσιν ἐπιτρέψαι, ἢ καὶ ὀχλοκρατίᾳ τινὶ (ἐξ ἧς οὐ μόνον οὐδὲν χρηστὸν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ δεινότατα ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις γίνεται) ἐκδοῦναι βούλομαι· ὑμῖν γὰρ, ὑμῖν τοῖς ἀρίστοις καὶ φρονιμωτάτοις πάντα τὰ κοινὰ ἀνατίθημι. ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐδέποτε ἂν ἐποίησα, οὐδ᾽ εἰ μυριάκις ἀποθανεῖν ἢ καὶ μοναρχῆσαί με ἔδει· τοῦτο δὲ καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ποιῶ. αὐτός τε γὰρ καὶ πεπόνημαι καὶ τέτρυμαι, πάνυ μαι,

† recipimus

καὶ οὐκέτ᾽ οὔτε τῇ ψυχῇ οὔτε τῷ σώματι ἀντέχειν δύναμαι. καὶ προσέτι καὶ τὸν φθόνον καὶ τὸ μῖσος, ἃ καὶ πρὸς τοὺς ἀρίστους ἄνδρας ἐγγίγνεταί τισι, καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν ἐπιβουλὰς προορῶμαι· καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἰδιωτεῦσαι μᾶλλον εὐκλεῶς, ἢ μοναρχῆσαι ἐπικινδύνως, αἱροῦμαι· καὶ τὰ κοινὰ κοινῶς ἂν πολὺ βέλτιόν τε καὶ ὑπὸ πολλῶν ἅμα διαγόμενα, καὶ μὴ ἐς ἕνα τινὰ ἀνηρτημένα, διοικοῖτο. διὰ οὖν ταῦτα καὶ ἱκετεύω καὶ δέομαι πάντων ὑμῶν, ὁμοίως καὶ συνεπαινέσαι καὶ συμπροθυμηθῆναί μοι, λογισαμένους πάνθ᾽ ὅσα καὶ πεπολέμηκα ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ πεπολίτευμαι, καὶ ἐν τούτῳ πᾶσάν μοι τὴν ὑπὲρ αὐτῶν χάριν ἀποδόντας, ἐν τῷ συγχωρῆσαί μοι ἐν ἡσυχίᾳ ἤδη ποτὲ καταβιῶναι, ἵνα καὶ ἐκ τοῦ εἰδῆτε, ὅτι οὐ μόνον ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ ἄρχεσθαι ἐπίσταμαι, καὶ πάνθ᾽ ὅσα ἄλλοις ἐπέταξα, καὶ αὐτὸς ἀντεπιταχθῆναι δύναμαι. μάλιστα μὲν γὰρ καὶ ἀσφαλῶς ζήσεσθαι, καὶ μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς μήτ᾽ ἔργῳ μήτε λόγῳ κακὸν πείσεσθαι προσδοκῶ. τοσοῦτον τῇ εὐνοίᾳ ὑμῶν, ἐξ ὧν αὐτὸς ἐμαυτῷ σύνοιδα, πιστεύω· ἂν δέ τι καὶ πάθω, οἷα πολλοῖς συμβαίνει (οὐδὲ γὰρ οἷόν τέ ἐστι πᾶσί τινα, ἄλλως τε καὶ ἐν τοσούτοις πολέμοις, τοῖς μὲν ὀθνείοις, τοῖς δὲ καὶ ἐμφυλίοις, γεγονότα, καὶ τηλικαῦτα πράγματα ἐπιτετραμμένον, ἀρέσαι) καὶ πάνυ ἑτοίμως καὶ πρὸ τοῦ εἱμαρμένου μοι χρόνου τελευτῆσαι μᾶλλον, ἰδιωτεύσας, ἢ καὶ ἀθάνατος μοναρχήσας γενέσθαι, αἱροῦμαι. ἐμοὶ μὲν γὰρ εὔκλειαν καὶ αὐτὸ τοῦτο οἴσει, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐφόνευσά τινα ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν, ἀλλὰ καὶ προσαπέθανον ὑπὲρ τοῦ μὴ μοναρχῆσαι. ὁ δὲ δὴ τολμήσας ἀποκτεῖναί με, πάντως που καὶ ὑπὸ τοῦ δαιμονίου καὶ ὑφ᾽ ὑμῶν κολασθήσεται. ἅπερ που καὶ ἐπὶ τοῦ πατρός μου γέγονεν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ἰσόθεος ἀπεδείχθη, καὶ τιμῶν ἀιδίων ἔτυχεν· οἱ δὲ ἀποσφάξαντες αὐτὸν, κακοὶ κακῶς ἀπώλοντο. ἀθάνατοι μὲν γὰρ οὐκ ἂν δυνηθεῖμεν γενέσθαι, ἐκ δὲ δὴ τοῦ καλῶς ζῆσαι καὶ ἐκ τοῦ καλῶς τελευτῆσαι, καὶ τοῦτό πως κτώμεθα. ἀφ᾽ οὗπερ καὶ ἐγὼ τὸ μὲν ἤδη ἔχων, τὸ δὲ ἕξειν ἐλπίζων, ἀποδίδωμι ὑμῖν καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὰ ἔθνη, τάς τε προσόδους καὶ τοὺς νόμους, τοσοῦτον μόνον ὑπειπὼν, ἵνα μήτε τὸ μέγεθος ἢ καὶ τὸ δυσμεταχείριστον τῶν πραγμάτων φοβηθέντες, ἀθυμήσητε, μήτ᾽ αὖ καταφρονήσαντες αὐτῶν, ὡς καὶ ῥᾳδίως διοικεῖσθαι δυναμένων, ἀμελήσητε.

Καίτοι καὶ καθ᾽ ἕκαστον τῶν μειζόνων οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι ὑμῖν ἐν κεφαλαίοις ὅσα χρὴ πράττειν ὑποθέσθαι. τίνα δὲ ταῦτά ἐστι; πρῶτον μὲν τοὺς κειμένους νόμους ἰσχυρῶς φυλάττετε, καὶ μηδένα αὐτῶν μεταβάλλετε. τὰ γὰρ ἐν ταὐτῷ

neq; iã vel corpore vel animo perdurare possũ. deinde præuideo odia & inuidiã, quæ multi cõtra optimos etiã viros suscipiunt, insidiasque ex iis nascentes: ideoque priuatim potius cum gloria viuere, quam regnum gerere cum periculo, statui. Res autem publica rectius communi consilio, & a multis, non vno aliquo, gubernabitur. Quapropter summis precibus a vobis omnibus contendo, vt meum hoc propositum studiosè approbetis; ac vobiscum reputantes, quæ & bello & pace a me pro vestra salute acta sint, pro istis omnibus eam mihi gratiam referatis, vt reliquam ætatis partem me per quietem traducere sinatis; intelligatisque, me scire non tantum imperare, sed etiam imperiis aliorum obtemperare, omniaque quæ aliis mandaui, pati vt mihi vicissim iniungantur. Equidem spero me tuto victurum, ac neque verbo, neque re a quoquam læsum iri. tantum me mea conscientia vestræ iubet tribuere beneuolentiæ. quod si quid mihi, quemadmodum multis euenit, secus accidet, (neque enim possibile est, vt vnus homo, præsertim qui tot bella ciuilia externaque, totque magnarum rerum administrationem obierit, omnibus placeat) paratior sum omnino etiam ante definitum mihi a fato tempus mori priuatus, quam rex perpetuo viuere. Id enim ipsum laudi mihi cedet, quod tantum abfuerim a quoquam occidendo regni mihi parandi causa; vt mortem adeo oppetierim, ne rex essem. Qui vero me interficiet, is vtique † a diis & vobis suum inueniet suppliciũ. quemadmodum patri quoque meo contigit. Is enim inter deos relatus, consecutusque est sempiternos honores, quum eius occisores digno suis factis interitu perierint. Immortalitatem quidem homo consequi nemo potest, veruntamen hæc ipsa † quodammodo vita, honestaq; morte nobis paratur. Quibus motus ego, quũ alterum iam habeam, alterum me sperem adepturum; restituo vobis arma, prouincias, reditus, legesque: hoc tantũ addens, ne vel magnitudine rerum, difficultateq; eas administrandi territi, animo sitis trepido; vel iis contemptis, ac facilem esse earum rerum tractationem putantes, negligentiæ vos detis.

Quanquam non me piget de singulis maioribus rebus in summa vobis consilium, quod sequamini, dare. Primum igitur † leges firmiter retinete, neq; quicquam in his mutate. nam quæ eadẽ

† à numine

† quodam modo bene viuendo, & bene moriendo, nobis

† leges receptas

semper manent, etsi sint nonnihil vitiosa, valiora tamen sunt his, quæ subinde, etiamsi in melius, innouantur. Deinde quæ legib. præcipiuntur, ea vos exequi; quæ prohibent, ab iis cauere iubeo; nec verbo id tantum, sed facto: & non publice modo, sed priuatim vnumquenque in eo esse, ne pœnam, sed præmia consequatur. Præterea prouincias & pacatas, & in quibus bella sunt, optimis ac prudentissimis mandare, non inuidentes hîc cuiquam: neque certorum hominũ commoda, sed vrbis incolumitatem & felicitatem spectantes. Porro hos honoribus, diuerso modo in republica versantes, pœnis afficite: res priuatas ciuitati, tã quã publicas, exhibete; à publicis, tãquã alienis, abstinete; res vestras diligenter adseruate, ‡ aliorum nequaquam desiderate; ‡ socios neque iniuriis afficite, neque expilate: hostes neque iniuste lædite, neque timete: arma semper in manibus habete: verum iis neque contra vos mutuo, neque contra pacatos vtimini: militibus alimenta quæ satis sint, præbete, ne per egestatem alienas res appetant: ita vero eos continete in disciplina, ne quid mali ex eorum ferocia nascatur. Sed quid attinet multis me verbis omnia, quæ agenda sint vobis, exsequi, quum ex dictis reliqua facile intelligatis? Vnum hoc addendum est. si, qua dixi ratione, rempublicam geretis, felices eritis, gratiasque mihi agetis, qui vos male seditionibus fluctuantes accipiens, ad hunc statum perduxi: si vero committetis, vt horum, quæ consului, quicquam non agatur, me quidem vt facti pœniteat efficietis: vos ipsos autem rursũ in bella multa, ac ingentia pericula, conicietis.

‡ neque que ad vos nõ pertinent, nequaquam
‡ fœderatos atque subditos neque

A nim sinebat hunc Seuerus, neque reliquos Cæsarianos libertos iniuriam facere, aut insolentes esse. Quumque bene ob hanc causam audiret, ipsum aliquando collaudauit senatus, ac magno edito clamore; Omnes, inquit, recte faciunt omnia propterea, quod tu recte imperas. Plautilla autem, [a] Plautusque, filii Plautiani, tunc incolumes euaserunt, in Liparā relegati, licet sub Antonino postea interfecti sint: vixereque calamitose, atque in maximo metu, & inopia rerum necessariarum. B Tum filii Seueri, Antoninus & Geta, Plautiano tanquam pædagogo liberati, cœpere omnia pro libidine agere, mulieres [b] dedecore afficere, pueros violare, inique colligere pecuniam, gladiatores atque aurigas sibi societate deuincire, seque inuicem æmulari propter factorum similitudinem, & tamen inter se contrariis studiis dissidere. Nā si cui vnus eorum se addiceret, alter aduersariū eius prorsus eligebat: deniq; [c] quum exercēdi causa de curribus, quos agebāt, equi par- C ui certarent inter se, in tantam cōtentionem venerunt; vt Antoninus ex curru ceciderit, & crus fregerit. [d] Interea Seuerus aperte multas cędes fecit; atque inprimis Quintilli Plautiani viri nobilissimi, qui erat vnus ex primis senatoribus: quumque iam esset grandis natu, viueretque ruri, nec quidquam quæreret aut faceret curiosius; tamen nec calumniam effugit, & sublatus est. Paulo ante, quam moreretur, postulauit, vt ea, quæ ad sepulturam suam iamdudum cōparauerat, ad se perferren- D tur. Quæ postquam vidit vetustate consūpta, Quid hoc rei est? inquit, itane cunctati sumus? deinde facto * sacrificio: Idē, inquit, pero [a diis immortalibus], quod Hadriano Seuerianus optauit. itaque interiit. Post edita sunt certamina gladiatoria; in quibus præter alia, decem tigres simul confossæ sunt. Post hæc exitum habuerunt ea, quæ ad Apronianum pertinent, sane auditu perquam [e] admirabilia. Accusatus est enim, dictum olim fuisse, nutricem eius vidisse per quie- E tem eum regnaturum, ipsumque ob eam causam magicis artib. vsum esse. Quamobrem absens (præerat enim Asiæ) condemnatus est. Quumque legerentur in senatu quæstiones, quæ in ipsum essent habitæ; scriptum inuenimus, [f] interrogatos fuisse eos de quibus quæstio habebatur, quis narrauisset somnium, quisue audiuisset: [g] atque vnum ex iis respondisse cum alia multa, tum vero se præterea senatorem quemdam caluum quasi

[a] Plautiusque, liberi

[b] stupris polluere,

[c] equū in certamine quodā paruorū equorū curribus inter se congrederentur, &

[d] Seuerus aūt quū ob alias plures illustrū cædes, tū Quintilii Plautiani, culpatus fuit. Hic n. & nobilissimus erat, & vnus e primariis senatoribus habebatur: quumq; iam senectutis ad portas staret, ac viueret ruri, nihilq; vel curiose, vel nequiter agēret. tamen

* suffitu:

[e] noua & insolentia.

[f] quemdam habē. la quæstione adesse iussum interrogasse, quis

[g] tū vero illū interrogatum præter alia respondisse, vidisse ab se quēdā senatorē caluum, qui tūc introspiceret.

per transennam aspicientē vidisse. Id vbi nos audiuimus, valde conturbati fuimus. neque enim ille nomen cuiusquam dixerat, neq; Seuerus scripserat. Hoc autē metu correpti fuere etiam ii, qui nunquam Apronianū conuenerant; neq; solum calui, sed etiam recaluastri: nostrumq; satis confidebat nemo, nisi ii, qui valde comati erant. Quumque illos cuncti circumspiceremus, primo rumor erat, hunc esse, mox alium. Ego quidē, quanquā est perridiculum, tamen non reticebo id, quod mihi tum accidit. tantam mihi hæc res attulit perturbationem, vt statim capillos capitis mei requisiuerim, eosq; manu attrectauerim: idemq; ab aliis permultis factum est. Inprimis obseruabamus eos, qui calui esse videbantur, quasi in illos periculū nostrum reiiceremus. idq; fecimus ante, quam legeretur, illū senatorem caluum indutum fuisse veste purpurea. Nā postquam id recitatum est, omnes in Bæbium Marcellinum oculos coniecimus. is enim tum ædilis fuerat, ac maxime caluus erat. Marcellinus surrexit illico, & in medium progressus: Me vero, inquit, ille agnoscet, siquidē vidit. Quo facto a nobis collaudato, index introducitur, tacetque diu præsente Marcellino; circumspiciens, quem agnosceret. tādem obseruato nutu cuiusdam obscuro, Marcellinum respicit, ipsumque esse ait. Sic igitur Marcellinus, quod homo caluus [a] visus esset quasi per transennam aspicere, educitur e senatu, lamētaturque maxime. Quumque transiret per forum, noluit procedere longius; sed ibi filiis quatuor, quos habebat, salutatis, orationē habuit miserabilem: Hoc vnum, inquit, magno me dolore afficit, filii carissimi, quod vos superstites relinquo. dein capite truncatus est ante, quam esset renuntiatum Seuero, eū condemnatum esse. [b] Huic autor mortis fuit Pollenius Sebennus, cuius iniuria tā atrox non potuit impunita discedere. Quum enim deditus ad supplicium fuisset Noricis a Sabino, quorum præfecturam non bene administrasset, magno dedecore affectus est. Nos quidē ipsum abiectum [c] ad pedes & supplicem iacere vidimus, perissetq; misere, nisi veniam per Aspacē patruum suum impetrauisset. Hic mordacissimus omnium hominū ac dicacissim⁹ fuit, solebatq; oēs homines cōtēnere, gratificari amicis, vlcisci inimicos. Ferūt ei⁹ multa salsa & vrbana dicteria in multos, atq; adeo in ipsū Seuerū. ex quib. est illud q. quū Seuer⁹ adscript⁹ esset Marci familiæ, dixisse fertur: Gratulor tibi,

a Visum esset intro spectasse,

b Pollenio tamen Sebenno, qui mortis huius causam præbuit, vltrix vindicta tādem occurrit.

c ad terram,

παρακύψαντα ἰδεῖν. ἀκούσαντες δὲ τοῦθ' ἡμεῖς, ἐν δεινῷ πάθει ἐγενόμεθα. ὄνομα μὲν γὰρ οὐδενὸς οὔτε ἐκεῖνος εἰρήκει, οὔτε ὁ Σεβῆρος ἐγεγράφει. ὑπὸ δὲ ἐκπλήξεως καὶ οἱ μηδεπώποτε ἐς τοῦ Ἀπρωνιανοῦ προσφοιτηκότες, οὐχ ὅτι οἱ φαλακροί, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλως ἀναφαλαντίαι ἐδείσαμεν. καὶ ἐθάρρει μὲν οὐδεὶς, πλὴν τῶν πάνυ κομώντων· πάντες δὲ τοὺς τοιούτους περιεβλεπόμεθα, καὶ ἦν θροῦς, Ὁ δεῖνά ἐστιν· οὐκ, ἀλλ' ὁ δεῖνα. οὐκ ἀποκρύψομαι δὲ ὅ τότε μοι συνέβη, εἰ καὶ γελοιότατόν ἐστι. τοσαύτῃ γὰρ ἀμηχανίᾳ συνεσχέθην, ὥστε καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τῇ χειρὶ ζητῆσαι· ὃ δὴ καὶ ἕτεροι πολλοὶ ἔπαθον. καὶ πάνυ γε εἰς τοὺς φαλακροειδεῖς ἀφεωρῶμεν, ὡς καὶ εἰς ἐκείνους τὸν ἑαυτῶν κίνδυνον ἀπωθούμενοι, πρὶν δὴ προσανεγνώσθη, ὅτι ἄρα περιπόρφυρον ἱμάτιον ὁ φαλακρὸς ἐκεῖνος εἶχε. λεχθέντος γὰρ τούτου, πρὸς Βαίβιον Μάρκελλον ἀπείδομεν. ἠγορανομήκει γάρ ποτε, καὶ ἦν φαλακρότατος. ἀναστὰς γοῦν καὶ παρελθὼν ἐς μέσον, Πάντως που γνωριεῖ με, εἰ ἑώρακεν, ἔφη. ἐπαινεσάντων δὲ τοῦτο ἡμῶν, εἰσήχθη τε ὁ μηνυτής, καὶ χρόνον πολὺν ἐσιώπησε παρεστῶτος αὐτοῦ, περιβλέπων ὃν γνωρίσειε. τέλος δὲ, νεύματί τινος ἀφανεῖ προσχὼν, ἔφη, τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι. καὶ οὕτω καὶ ὁ Μάρκελλος ἑάλω φαλακροῦ παρακύψεως, ἐξήχθη τε ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ὀλοφυρόμενος· καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς διεξελθὼν, οὐκέτ' ἠθέλησε περαιτέρω προχωρῆσαι, ἀλλ' αὐτοῦ ταύτῃ τὰ τέκνα τέσσαρα ὄντα ἀσπασάμενος, λόγον εἶπε περιπαθέστατον. ἔφη γὰρ, Ἕν με τοῦτο λυπεῖ, τέκνα, ὅτι ὑμᾶς ζῶντας καταλείπω. καὶ ὁ μὲν οὕτω τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, πρὶν τὸν Σεβῆρον μαθεῖν ὅτι καὶ κατεψηφίσθη. τοῦ μέντοι τὴν αἰτίαν αὐτῷ τοῦ θανάτου παρασχόντι Πολληνίῳ Σεβεννῷ δίκη τιμωρὸς ἀπήντησεν. ἐκδοθεὶς γὰρ ὑπὸ Σαβίνου τοῖς Νωρικοῖς, ὧν ἄρξας οὐδὲν χρηστὸν ἐπεποιήκει, αἴσχιστα πέπονθε, καὶ εἴδομεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς κείμενον, καὶ ἱκετεύοντα οἰκτρῶς· καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν Ἀσπάκα τὸν θεῖον αὐτοῦ φειδοῦς ἔτυχε, κἂν ἀπολώλει οἰκτρῶς. † ἦν δ' ἅπαξ οὗτος δεινότατος ἀνθρώπων ἐγχλευάσαι σκῶψαι, πάντων ἀνθρώπων καταφρονῆσαι, φίλοις χαρίσασθαι, ἐχθρὸν ἀμύνασθαι. καὶ αὐτοῦ πολλὰ μὲν καὶ πρὸς ἄλλους πικρὰ καὶ ἀστεῖα ἀποφθέγματα φέρεται, πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὸν Σεβῆρον αὐτόν· ὧν ἓν καὶ τοῦτο. ἐς γὰρ τὸ γένος αὐτοῦ τὸ τοῦ Μάρκου ἐγγραφέντος, Συγχαίρω σοι Καῖ-

† Sylb. [illegible]

σοὶ Καῖσαρ, ἔφη, ὅτι πατέρα εὗρες· ὡς καὶ ἀπάτορος αὐτοῦ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ὑπ' ἀφανείας ὄντος. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ † Βούλλας τις Ἰταλὸς ἀνήρ, λῃστήριον συστησάμενος ὡς ἑξακοσίων ἀνδρῶν, ἐλῄζετο τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ ἔτη δύο, παρόντων μὲν τῶν αὐτοκρατόρων, παρόντων δὲ καὶ στρατιωτῶν τοσούτων. ἐδιώκετο μὲν γὰρ ὑπὸ συχνῶν ἀνδρῶν, φιλοτίμως αὐτὸν ἀνιχνεύοντος τοῦ Σεβήρου· οὔτε δὲ ἑωρᾶτο ὁρώμενος, οὔτε εὑρίσκετο εὑρισκόμενος, οὔτε κατελαμβάνετο ἁλισκόμενος. τοσαύτῃ καὶ μεγαλοδωρείᾳ καὶ σοφίᾳ ἐχρῆτο. ἐμάνθανε γὰρ πάντας τούς τε ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐξιόντας, καὶ τοὺς ἐς τὸ Βρεντέσιον καταίροντας, τίνες τε καὶ πόσοι εἰσί, καὶ τίνα καὶ ὁπόσα κέκτηνται. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους, μέρος ἄν τι παρ' αὐτῶν ὧν εἶχον λαβών, εὐθὺς ἠφίει· τοὺς δὲ δὴ τεχνίτας κατεῖχε χρόνον τινά, καὶ χρησάμενος σφίσιν, εἶτα καὶ προσδούς τι ἀπέλυε. καί ποτε δύο λῃστῶν αὐτοῦ ἁλόντων, καὶ θηρίοις δοθήσεσθαι μελλόντων, πρός τε τὸν δεσμοφύλακα κατῆλθε, πλασάμενος ὡς τῆς πατρίδος ἄρχων, καὶ τινῶν ἀνθρώπων τοιούτων δεόμενος· καὶ οὕτω λαβὼν αὐτοὺς ἔσωσε. τῷ δ' ἑκατοντάρχῳ τῷ τὸ λῃστικὸν καθαιροῦντι προσελθών, κατηγόρησεν αὐτὸς ἑαυτοῦ, ὥσπερ ἄλλος τις ὤν· καὶ ὑπέσχετο, εἰ ἀκολουθήσει αὐτῷ, παραδώσειν οἱ τὸν λῃστήν· καὶ οὕτως αὐτὸν εἰς κοῖλόν τινα καὶ † λοχμώδη τόπον, ὡς καὶ ἐπὶ τὸν † Φίλικα ἀνάγων, (καὶ τοῦτο γὰρ αὐτὸς προσωνόμαστο) ῥᾳδίως συνέλαβε· καὶ μετὰ τοῦτ' ἐπὶ τὸ βῆμα ἀνέβη, σχῆμα ἄρχοντος ἀναλαβών· καὶ καλέσας τὸν ἑκατόνταρχον, τῆς κεφαλῆς ἀπεξύρησε, καὶ ἔφη, Ἄγγελλε τοῖς δεσπόταις σου, ὅτι, Τοὺς δούλους ὑμῶν τρέφετε, ἵνα μὴ λῃστεύωσι. πλείστους γὰρ ὅσους τῶν Καισαρείων εἶχε, τοὺς μὲν ὀλιγομίσθους, τοὺς δὲ καὶ παντελῶς ἀμίσθους γεγονότας. ταῦτ' οὖν ὁ Σεβῆρος ὡς ἕκαστα πυνθανόμενος, ὀργῇ ἔφερεν, ὅτι ἐν τῇ Βρεττανίᾳ τοὺς πολέμους δι' ἑτέρων νικῶν, αὐτὸς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ λῃστοῦ ἥττων ἐγίγνετο· καὶ τέλος, χιλίαρχον ἐκ τῶν σωματοφυλάκων σὺν ἱππεῦσι πολλοῖς ἔστειλε, δεινὰ ἄττα αὐτῷ ἀπειλήσας, ἂν μὴ ζῶντα αὐτὸν ἀγάγῃ. καὶ οὕτως ἐκεῖνος μαθών, ὅτι γυναικί τινι ἀλλοτρίᾳ χρῷτο, ἀνέπεισεν αὐτὴν διὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπ' ἀδείας συναίρεσθαι σφίσι· κἀκ τούτου ἐν σπηλαίῳ τινὶ καθεύδων συνελήφθη· καὶ αὐτὸν ὁ Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος ἀνήρετο, Διὰ τί ἐλῄστευσας; καὶ αὐτὸς ἀπεκρίνατο, Διὰ τί σὺ ἔπαρχος εἶ; καὶ θηρίοις μετὰ τοῦτο ὑπὸ κηρύγματος ἐδόθη, καὶ

tibi, Cæsar, quod patrem inueneris: quasi ante patrem non habuisset, propter ignobilitatem & obscuritatem generis. Sub id tempus [a] Bulas homo Italus, comparata manu sexcentorũ latronum, biennio in Italia maximas prędas fecit imperatorib. ipsis, totque militibus illic præsentibus: quumque illum persequerentur multi; Seuero ipsum studiose diligenterque inuestigante, visus non videbatur, non inueniebatur inuentus, deprehensus non capiebatur: idque maximis donis perficiebat, homo magna prudentia præditus. Intelligebat enim, non solum qui Roma exirent, & qui Brundusium [b] nauigarent; sed etiam qui, qualesve, & quot homines essent; & quantas facultates haberent. Ex quibus nonnullos dimittebat statim; accepta aliqua parte eorum, quæ habebant: artifices retinebat aliquanto tempore, vt eorum opera vteretur, eosque deinde datis muneribus dimittebat. Quumque duo ex prędonibus ipsius aliquãdo capti essent, eosque non multo tempore post ad bestias damnari oporteret; ipse ad custodem carceris venit, simulauitque se regionis præfecti esse, ac [paucis] eiuscemodi hominibus egere. itaque suos recepit ac liberauit. Dein accessit ad centurionem, cui mandatum erat a Seuero, vt ho prædones tolleret: apud eum, tamquam alius sit ipse, se accusat; promittitque ei, si sequi velit; se latronem in manus daturum. [c] post eundem in vallem concauam & saxosam ducit, tanquam ad Philicem capiendum, (nam id Bulæ cognomen erat) ibi hominem facile comprehendit; eoq; facto, conscendit in tribunal, accepta veste magistratus: tum ad se centurionẽ vocat, eiq; radi caput iubens; Nuntia (inquit) dominis tuis, vt ipsi seruos suos alant, ne latrocinentur. habebat enim cõplures Cæsarianos, [*] partim exigua mercede cõductos, partim nullo certo stipẽdio. Hæc dũ [d] sigillatim cognosceret Seuer⁹, stomachabatur, ꝙ quũ aliorũ opera hostes in Britãnia vinceret; ipse in Italia latrone inferior esset. [e] Ob hãc causã mittit tribunũ stipatorũ, cũ magno equitũ numero; eiq;, nisi latronem ad se viuũ adducat; grauiter minatur. Tribunus vbi intellexit, latronẽ cũ aliena vxore habere cõsuetudinẽ, mulieri ꝑvirũ ꝑsuadet, [*] vt se securo animo iuuare velit. Itaq; secũdũ hęc latro mulieris hui⁹ ope in spelunca quadã dormiẽs cõprehẽditur. Qui quũ postea interrogaretur à Papiniano ꝑfecto ꝑtorio, cur latrociniũ fecisset; respondit, Et tu cur ꝑfectus es? Tandẽ vero ad vocẽ præconis ipse bestiis obiectus, tur-

† βούλλας

† λοχμώδη

† Φήλικα

[a] Bulla quodam.

[b] adpelleret.

[c] Sic eum in quemdam concauum saltuosumq; locũ tanquam ad Felicem (nã id quoq; Bulla cognomen erat) adducens, facile comprehendit:

[*] quorum alii perexigua, prorsus alii nulla mercede promptissimi meruerunt.

[d] singulatim

[e] Tandem tribunũ ex corporis sui custodibus mittit,

[*] impunitate promissa, vt se iuuare velit.

baque reliquorum prædonū dispersa est. Adeo tota vis sexcentorum in ipso erat reposita. Post hæc Seuerus in Britanniam cum exercitu proficiscitur, dum filios intemperantes esse, & legiones nimio otio diffluentes corrumpi videt: idque fecit, quū sciret, se inde non esse reuersurum: quod maxime cognouerat ex stellis, sub quibus natus erat.* Id enim in laquearib. ædium, quæ erant in palatio, in quib. ius reddebat, 'scriptū reliquit, ita vt ab omnibus præter eam partem, quæ ad horam, qua nat* esset, spectabat, (ea dicitur Græcis horoscopus) videretur. Hunc enim vtrobique non eodē modo insculpsit. Idē etiam audiuerat ex vatibus. Nam fulmen in statuam ipsius, quæ ad eam portā collocata erat, qua exercitum erat eductur*, quæque spectabat in viam, qua illuc itur, cecidit; tresque literas de nomine eius deleuit. Itaque Seuerus, vt prædictū fuerat a vatibus, reuersus non est: sed tertio anno post, discessit [b] e vita, quum grandē pecuniam collegisset. Cæterum Britannorum *duo sunt præsertim genera, Caledonii & Mæatæ. nam cæterorum nomina ad hos fere referūtur. [c] Incolūt Mæatæ iuxta eum murū, qui insulam in duas partes diuidit: Caledonii post illos sunt. [d] Possident vterq; mōtes asperrimos, & sine aqua, itemq; campos desertos, plenosque paludibus: [e] quodq; mœnia non habent nec vrbes, agros nullos colunt: de præda & venatione, fructibusq; arborum viuunt. nam pisces, quorū ibi maxima est & innumerabilis copia, non gustant. Degūt in tentoriis nudi, & sine calceis: vtuntur [f] cōmunibus vxoribus, liberosq; omnes alunt. Apud hos populus magna ex parte principatū tenet: latrocinantur libētissime: militant in curribus: equos habent paruos & celeres: *pedites currūt celerrime: dū stant, firmissimi sunt. Horum arma sunt scutum, & hasta breuis, in cuius inferiore parte pomum est ex ære, vt dum concutitur, hostes sonitu perterrefaciāt. Pugiones quoque habent, & [inprimis] famem, frigusque, ac [g] labores omnes perferunt. nam merū in paludibus capite tenus, per multos dies [inediam] sustinent: in siluis autem, corticibus atq; radicibus arborum aluntur. Certum cibi genus parant ad omnia, quem si ceperint quanta est vnius fabæ magnitudo, minime esurire aut sitire solent. [h] Quū igitur Britannia insula talis sit, incolas huiusmodi habet. Est.n. insula, quod constitit illis temporibus, vt supra dictū est. Ea patet in lōgitudine in. †ad millia passuum DCCCXCII

* Illas.n.in laquearibus conclauium palatii, in quibus ius reddebat, ita pingi curauerat; vt ab

b e vita. Magnā quoq; pecuniā summā fecit amassit.

* duæ sunt nationes amplissimæ;

c Habitant

d Incolunt vtriq; montes asperos, & aquosos;

e nec habent castella, nec oppida, nec agrorū cultores, sed e pastura, & venatione, fructibusq; nōnullarum arborum viuunt.

f promiscuis vxoribus, & quidquid eis nascitur, alunt. Statu populari vt plurimum reguntur.

* pedites citā sunt, tam ad currendū velocissimi, quā ad consistendū vna, firmissimi.

g ærumnas oēs tolerare possunt. Nā & in paludes se mergunt, vbique plures ad dies perdurāt, caput extra aquā duntaxat habētes: & in siluis

h Talis est insula Britānia, & tales habet incolas, qua parte cum Romanis hosti le bellū gerit.

† septē millia centum triginta duo stadia:

A αὐτοῦ καὶ τὸ λῃστρικὸν διελύθη, οὕτω που ἐν ἐκείνῳ πᾶσα ἡ τῶν ἑξακοσίων ἰσχὺς ἦν. ὁ δὲ δὴ Σεβῆρος ἐπὶ Βρεττανίαν ἐστράτευσε, τούς τε παῖδας ἐκδιαιτωμένους ὁρῶν, καὶ τὰ στρατεύματα ὑπὸ ἀργίας ἐκλυόμενα, καίπερ εἰδὼς ὅτι οὐκ ἀνακομισθήσεται. ᾔδει δὲ τοῦτο μάλιστα μὲν ἐκ τῶν ἀστέρων †ὑφ' ὧν ἐγεγέννητο (καὶ γὰρ ἐς τὰς ὀροφὰς αὐτοὺς τῶν οἴκων τῶν ἐν τῷ παλατίῳ, ἐν οἷς ἐδίκαζεν, ἐνέγραψεν· ὥστε πᾶσι, πλὴν τοῦ μορίου τοῦ τὴν ὥραν ὥς φασιν ἐπισκοπήσαντος, ὅτε ἐς τὸ φῶς ἐξῄει,
B ὁρᾶσθαι. τοῦτο γὰρ οὐ τὸ αὐτὸ ἑκατέρωθι ἐνετύπωσεν) ᾔδει δὲ καὶ παρὰ μάντεων ἀκούσας. ἀνδριάντι γὰρ αὐτοῦ, πρὸς ταῖς πύλαις, δι' ὧν ἐκστρατεύσειν ἔμελλεν, ἑστῶτι, καὶ πρὸς τὴν ὁδὸν τὴν ἐκεῖσε φέρουσαν ἀποβλέποντι, σκηπτὸς ἐμπεσὼν, τρία ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ γράμματα ἀπήλειψε. καὶ διὰ τοῦθ', ὡς οἱ μάντεις ἀπεφήναντο, οὐκ ἐπανῆκεν, ἀλλὰ καὶ τρίτῳ ἔτει μετὰ τοῦτο μετήλλαξε. καὶ χρήματα δὲ πάμπολλα συνεξήγαγε. δύο δὲ γένη τῶν Βρεττανῶν μέγιστά εἰσι, Καληδόνιοι καὶ Μαιάται·
C καὶ ἐς αὐτὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων προσρήματα (ὡς εἰπεῖν) συγκεχώρηκεν. οἰκοῦσι δὲ οἱ μὲν Μαιάται πρὸς αὐτῷ τῷ διατειχίσματι, ὃ τὴν νῆσον διχῇ τέμνει· Καληδόνιοι δὲ, μετ' ἐκείνους. καὶ νέμονται ἑκάτεροι ὄρη ἄγρια καὶ ἄνυδρα, καὶ πεδία ἔρημα καὶ ἑλώδη, μήτε τείχη μήτε πόλεις μήτε γεωργίας ἔχοντες, ἀλλ' ἔκ τε νομῆς καὶ θήρας ἀκροδρύων τέ τινων ζῶντες. τῶν γὰρ ἰχθύων, ἀπείρων καὶ ἀπλέτων ὄντων, οὐ γεύονται. διαιτῶνται δὲ ἐν σκηναῖς γυμνοὶ καὶ ἀνυπόδετοι, ταῖς γυναιξὶν ἐπικοίνοις χρώμενοι, καὶ τὰ γεννώ-
D μενα πάντα ἐκτρέφοντες. δημοκρατοῦνταί τε ὡς πλῆθος, καὶ λῃστεύουσιν ἥδιστα. στρατεύονται δὲ ἐπί τε ἁρμάτων, ἵππους ἔχοντες μικροὺς, ταχεῖς· καὶ πεζοὶ δὲ εἰσὶ, καὶ δραμεῖν ὀξύτατοι, καὶ συστῆναι παγιώτατοι. τὰ δὲ ὅπλα αὐτῶν, ἀσπὶς, καὶ δόρυ βραχὺ μῆλον χαλκοῦν ἐπ' ἄκρου τοῦ στύρακος ἔχον, ὥστε σειόμενον κτυπεῖν πρὸς κατάπληξιν τῶν ἐναντίων. εἰσὶ δ' αὐτοῖς καὶ ἐγχειρίδια· δύνανται δὲ καὶ λιμὸν καὶ ψῦχος καὶ ταλαιπωρίαν πᾶσαν ὑπομέ-
E νειν. ἔς τε γὰρ τὰ ἕλη καταδυόμενοι καρτεροῦσιν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, τὴν κεφαλὴν μόνον ἔξω τοῦ ὕδατος ἔχοντες, καὶ ἐν ταῖς ὕλαις τῷ τε φλοιῷ καὶ ταῖς ῥίζαις διατρέφονται, καὶ πρὸς πάντα σκευάζουσί τι βρῶμα, ἀφ' οὗ κυάμου τι μέγεθος ἐμφαγόντες οὔτε πεινῶσιν, οὔτε διψῶσι. τοιαύτη μέν τις ἡ νῆσος ἡ Βρεττανία ἐστὶ, καὶ τοιούτους οἰκήτορας ἥ γε πολεμία ἔχει. νῆσος γάρ ἐστι, καὶ τότε σαφῶς (ὥσπερ εἶπον) ἠλέγχθη. καὶ αὐτῆς τὸ μὲν μῆκος στάδιοι ἑπτακισχίλιοι καὶ ἑκατὸν τριάκοντα δύο εἰσί

† ἐφ' ὧν

A τὸ δὲ δὴ πλάτος τὸ μὲν πλεῖστον δέκα καὶ τριακόσιοι καὶ δισχίλιοι, τὸ δὲ ἐλάχιστον τριακόσιοι. καὶ τούτων ἡμεῖς οὐ πολλῷ τινι τῆς ἡμισείας ἔλαττον ἔχομεν. ὁ δ' οὖν Σεβῆρος, πᾶσαν αὐτὴν καταστρέψασθαι ἐθελήσας, ἐσέβαλεν ἐς τὴν Καληδονίαν. καὶ διιὼν αὐτὴν, ἀμύθητα πράγματα εἶχε, τάς τε ὕλας τέμνων, καὶ τὰ μετέωρα κατασκάπτων, τά τε ἕλη χωννύων, καὶ τοὺς ποταμοὺς ζευγνύων. οὔτε γὰρ μάχην τινὰ ἐμαχέσατο, οὔτε πολέμιόν τινα ἐν παρατάξει εἶδε. πρόβατα δὲ καὶ βοῦς προβαλλομένων αὐτῶν ἐξεπίτηδες, οἱ στρατιῶται ἥρπαζον, ὅπως ἐπὶ πλεῖον ἀπατώμενοι τρύχωνται. B καὶ γὰρ ὑπὸ τῶν ὑδάτων δεινῶς ἐκακοῦντο, καὶ ἀποσκεδαννύμενοι ἐπεβουλεύοντο. εἶτ' ἀδυνατοῦντες βαδίζειν, ὑπ' αὐτῶν τῶν οἰκείων ἐφονεύοντο, ἵνα μὴ ἁλίσκωνται· ὥστε ἐς πέντε μυριάδας ὅλας τελευτῆσαι. οὐ μέντοι ἀπέστη πρὶν τῷ ἐσχάτῳ τῆς νήσου πλησιάσαι· ὅπου γε τὰ μάλιστα τήν τε τοῦ ἡλίου παράλλαξιν, καὶ τὸ τῶν ἡμερῶν τό τε τῶν νυκτῶν καὶ τῶν θερινῶν καὶ τῶν χειμερινῶν μέγεθος ἀκριβέστατα κατεφώρασε. καὶ ὁ μὲν οὕτω C διὰ πάσης (ὡς εἰπεῖν) τῆς πολεμίας κομισθεὶς (ἐκομίσθη γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐν σκιμποδίῳ καταστέγῳ τινὶ τὰ πολλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν) ἐς τὴν φιλίαν ἐπανῆλθεν, ἐς ὁμολογίαν τοὺς Βρεττανοὺς ἐπὶ τῷ χώρας οὐκ ὀλίγης ἐκστῆναι, ἀναγκάσας ἐλθεῖν. ἐξέπληττε δ' αὐτὸν ὁ Ἀντωνῖνος, καὶ ἐς φροντίδας ἀνηνύτους καθίστη, ὅτι τε ἀκολάστως ἔζη, καὶ ὅτι καὶ τὸν ἀδελφὸν δῆλος ἦν (εἰ συνθείη) φονεύσων, καὶ τὸ τελευταῖον, ὅτι καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ ἐπεβούλευσε. ποτὲ μὲν γὰρ ἐξεπήδησεν D ἐξαίφνης ἐκ τοῦ σκηνώματος, βοῶν καὶ κεκραγὼς, ὡς ὑπὸ τοῦ Κάστορος ἀδικούμενος. οὗτος δὲ ἀνήρ, ἄριστος τῶν περὶ τὸν Σεβῆρον Καισαρείων ἦν, καὶ ἐπεπίστευτο τήν τε γνώμην αὐτοῦ καὶ τὴν κοιτωνίαν. καὶ συνέστησάν τινες ἐπὶ τούτῳ στρατιῶται προπαρεσκευασμένοι, καὶ συνεβόησαν· κατελήφθησαν δὲ δι' ὀλίγου, αὐτοῦ τε τοῦ Σεβήρου ἐπιφανέντος σφίσι, καὶ τοὺς στασιωδεστέρους κολάσαντος. ἄλλοτε δὲ προσήλαυνον μὲν ἀμφότεροι πρὸς τοὺς E Καληδονίους, ἵνα τά τε ὅπλα παρ' αὐτῶν λάβωσι, καὶ περὶ τῆς ὁμολογίας διαλεχθῶσιν. ὁ δ' Ἀντωνῖνος, ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἄντικρυς αὐτοχειρίᾳ ἐπεχείρησεν. ἤεσαν μὲν γὰρ ἐπὶ ἵππων, καὶ ὁ Σεβῆρος, καίπερ καὶ τοὺς ταρσοὺς ὑπὸ ἀσθενείας ὑποτετμημένος, ὅμως ἵππευε καὶ αὐτός, καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα συνεφείπετο, τό τε τῶν πολεμίων καὶ αὐτὸ συνεωρᾶτο. καὶ τῷ καιρῷ τούτῳ, τῇ τε σιγῇ καὶ τῷ κόσμῳ τὸν ἵππον ὁ Ἀντωνῖνος ἀναχαιτί-

in latitudinem, qua parte latissima est, * CCLXXXIX: qua vero parte est angustissima, a XXXVII. Huius insulæ b pars paulo minus, quam dimidia, nostra est. quam Seuerus quum vellet omnem in suam potestatem redigere, ingressus est in Caledoniam; eamq; dum pertransiret, habuit c maxima negotia, quod siluas cæderet, & loca alta perfoderet, quodque paludes obrueret aggere, & pontes in fluminibus faceret. Nullum enim prœlium d gessit, neque copias hostium e instructas vidit; a quibus proponebantur consulto oues bouesque, vt quum ea milites nostri raperent, ac per fraudem hanc longe de via declinarent, facile opprimerentur. Ad hæc nostris aquæ valde oberant, dispersisque insidiæ parabantur: quumque non possent iter facere, occidebantur à suis, vt ne ab hostibus caperentur. Itaque mortui sunt è nostris ad quinquaginta millia. Neque tamen destitit Seuerus, quousque ad extremam partem insulæ venit; f vbi diuersum quam apud nos sit cursum solis, itemque noctium ac dierum tam æstiuorum, quam hibernorum magnitudinem g diligentissime cognouit. Tandem per omnem fere terram hostilem vectus, (nam h plurimum propter imbecillitatem i operta lectica vehebatur) reuertit ad socios, Britannis ad fœdus faciendum coactis ea conditione, vt non parua regionis parte cederent. Perturbabat eum Antonius; & † solicitabat maxime, non solum quod libidinose ac petulanter viueret; sed etiam quod perspicuum esset, ab eo, quum primum daretur potestas, fratrem interfectum iri, quodque iam ipsi Seuero insidias fecisset. Exiluerat enim aliquando e tabernaculo, exclamans sibi à Castore iniuriam afferri. Hic erat vir omnium Cæsarianorum, qui cum Seuero erant, optimus; cui consilia Seueri credita, & cura cubiculi mandata erat: præstoque fuere subito pauci milites, qui ante ob eam causam instructi fuerant, à quibus vna conclamatum est. alii, quod repente visus esset Seuerus, capti sunt, atque in seditiosiores est animaduersum. Præterea quum ambo k proficiscerentur ad Caledonios, vt arma ab iis caperent, & de fœderibus colloquerentur; Antoninus ipsum palam sua manu occidere est conatus: Nam quum forte equitarent vna, (Seuerus enim, licet ei plantæ pedum, quæ sanæ non erant, sectæ essent, tamen equo vehebatur) † equitaretque pariter reliquus exercitus, hostium copiæ viderentur: Antoninus equo * refrænato, ma-

* duo millia trecenta decē stadia. a ccc. stadia. b non multo minus, quam dimidia pars. c ineffabilia. d pugnauit, e instructas acie aduersa vidit. Oues autem, bouesque, data opera nostris hostes obiiciebant, vt quū f Vbi maxime cum solaris circuitus diuersitatem, g exactissime deprehendit. h verum i operto quodam grabato. † Et in solicitudines perpetuas coniiciebat, k equitârit alio tempore ad Caledonios, † Et sequeretur eos pariter * retrorsum inhibito,

gio silentio percommode gladium distrinxit, a vt tergum patris percuteret: quod vbi animaduerterunt ii, qui simul equitabāt, exclamauerunt protinus, eoq; clamore perterritus Antoninus, se abstinuit. Seuerus, etsi ad clamorē eorum cōuersus, gladium vidit; tamen nullū verbū fecit, sed peractis pro tribunali rebus necessariis reuertit in prætorium: ibi filium, & Papinianum, & Castorem ad se vocat: deinde gladium in medio collocari iubet. Hic illum increpat, b quod tantum facinus esset ausus committere, quodq; sociis & hostibus videntibus nefarium scelus facere constituisset: tandem, Si me cupis, inquit, interficere, hic me interfice. c nam vita iam functus sum & senex, & iaceo. quod si id recusas, aut times tua manu facere, adest tibi Papinianus præfectus, cui iubere potes, vt me interficiat. d nam is tibi quicquid præceperis, propterea quod sis imperator, efficiet. Hæc quum dixisset Seuerus, tamen nihil filio * nocuit; quanquam sæpe accusabat Marcum, q Commodū non sustulisset; ac crebro ipsi filio se id facturum minabatur. Sed ea Seuerus per iram dicebat. e erant enim ei filii multo clariores, quam ciues: quanquam hac re alterum ex filiis prodidit, dum certo sciret, quid ei esset euenturum. Post hæc facta est iterum defectio Britannorum. quamobrem Seuerus conuocatis militibus, iussit vt regionem eorū inuaderent, atque omnes, f quibus occurrissent, interficerent: idq; præcepit his versibus.

Nemo manus fugiat vestras, cædemque cruentam:
Non fœtus, grauida mater quem gestat in aluo,
Horrendam effugiat cædem.

Quo facto, quod Caledonii cum Mæatis defecerant, cōparabat se, vt ipsemet bellū illic gereret. Sed dum in iis rebus esset, morbo extinctus est pridie nonas Februarii: g traduntq; hunc morbū nonnihil ab Antonino esse auctum. Ante quam vero moreretur, fertur hæc liberis dixisse: (referā enim ea, quæ dicta sunt, sine vllo ornatu verborū) Facite, inquit, vt cōueniat inter vos, locupletate milites, cæteros omnes contemnite. Post hæc corpus eius h more militari effertur à militib⁹, imponiturque in rogum, honestatum militum & filiorum ipsius decursione. Coniecere in eum dona militaria, qui tum aliquid eorum habebant: filii ignem accenderunt: ossa in vrnam factam ex porphyto

a Vt à tergo patrem feriret.

b tum quod alio quoque tempore facinus eiusmodi fuisset ausus adgredi, tum quod in omnium sociorū & hostium conspectu tantū malū tunc admissum erat, tandem:

c Nā viribus tu quidē pol deses, ego vero senex sum, & iaceo. Quod si id detrectas, & manum inferre mihi reformidas: adstat tibi

d Omnino enim faciet, quidquid abs te quū imperator sis, mandatum fuerit.

* grauius fecit.

e Tunc vero magis amātem filiorū se declarauit, quam reipublicæ:

f in quos incidissent

g quū Antoninus etiam nonnihil operæ contulisset, vt perhibetur.

h militariter ornatū, & rogo fuit impositū, honestatumq;

A σας, ἐσπάσατο τὸ ξίφος, ὡς καὶ κατὰ νώτου τὸν πατέρα πατάξων. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ ἄλλοι οἱ συνιππεύοντες, ἐξεβόησαν. καὶ οὕτως ἐκεῖνός τε ἐκπλαγεὶς, οὐκέτι οὐδὲν ἔδρασε· καὶ ὁ Σεβῆρος μετεστράφη μὲν πρὸς τὴν βοὴν αὐτῶν, καὶ εἶδε τὸ ξίφος, οὐ μέντοι καὶ ἐφθέγξατό τι, ἀλλ' ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ τελέσας ὅσα ἐχρῆν, ἐς τὸ στρατήγιον ἐπανῆλθε· καὶ καλέσας τόν τε υἱὸν καὶ τὸν Παπινιανὸν καὶ τὸν Κάστορα, ξίφος τέ τι τεθῆναι ἐς τὸ μέσον ἐκέλευσε, καὶ ἐγκαλέσας αὐτῷ, ὅτι τε ἄλλως τοιοῦτόν B τι ἐτόλμησε, καὶ ὅτι πάντων ὁρώντων τῶν τε συμμάχων καὶ τῶν πολεμίων, τηλικοῦτον κακὸν δράσειν ἐμέλλεν, τέλος ἔφη, Ἀλλ' εἴγε ἀποσφάξαι με ἐπιθυμεῖς, ἐνταῦθά με κατάχρησαι. † ἔρρωσαι γὰρ ἔγωγε, καὶ γέρων εἰμὶ, καὶ κεῖμαι. ὡς εἴγε τοῦτο μὲν ἀναδύῃ, τὸ δὲ αὐτόχειρ μου γενέσθαι ὀκνεῖς, παρέστηκέ σοι Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος, ᾧ δύνασαι κελεῦσαι ἵνα με ἐξεργάσηται. πάντως γάρ που πᾶν τὸ κελευσθὲν ὑπὸ σοῦ, ἅτε καὶ αὐτοκράτορος ὄντος, ποιήσει. τοιαῦτα εἰπὼν, ὅμως οὐδὲν δεινὸν αὐτὸν ἔδρασε, καίτοι C πολλάκις μὲν τὸν Μάρκον αἰτιασάμενος, ὅτι τὸν Κόμμοδον οὐχ ὑπεξῆλε· πολλάκις δὲ καὶ αὐτὸς τῷ υἱῷ ἀπειλήσας τοῦτο ποιήσειν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὀργιζόμενος, ἀεί ποτε ἔλεγε· τότε δὲ φιλότεκνος μᾶλλον ἢ φιλόπολις ἐγένετο· καίτοι καὶ τὸν ἕτερον ἐν τούτῳ παῖδα προέδωκε, σαφῶς εἰδὼς τὰ γενησόμενα. ἀποστάντων δὲ τῶν ἐν τῇ νήσῳ αὖθις, καλέσας τοὺς στρατιώτας, ἐκέλευσεν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἐμβαλεῖν, καὶ οἷς ἂν ἐντύχωσιν ἀποκτεῖναι, αὐτὸ τοῦτο εἰπὼν,

D —τῶν μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον
Χεῖράς θ' ὑμετέρας· μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ
Κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.

γενομένου δὲ τούτου, καὶ τῶν Καληδονίων προσαποστάντων τοῖς Μαιάταις, ἡτοιμάζετο μὲν ὡς καὶ αὐτὸς αὐτοῖς πολεμήσων. καὶ αὐτὸν περὶ τοῦτ' ἔχοντα ἡ νόσος τῇ τετάρτῃ τοῦ Φεβρουαρίου ἀπήνεγκε, συνεργασαμένου E τι πρὸς τοῦτο καὶ τοῦ Ἀντωνίνου, ὡς λέγεται. πρὶν γοῦν μεταλλάξαι, τάδε λέγεται τοῖς παισὶν εἰπεῖν (ἐρῶ γὰρ αὐτὰ τὰ λεχθέντα, μηδὲν ὅ,τι καλλωπίσας) Ὁμονοεῖτε, τοὺς στρατιώτας πλουτίζετε, τῶν ἄλλων πάντων καταφρονεῖτε. ἐκ δὲ τούτου τό, τε σῶμα αὐτοῦ στρατιωτικῶς κοσμηθὲν, ἐπὶ πυρὰν ἐτέθη, καὶ ἐτιμήθη τῇ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῇ τῶν παίδων περιδρομῇ· τά τε δῶρα τὰ στρατιωτικὰ, οἵ τι τῶν παρόντων εἶχοντες, εἰς αὐτὴν ἐνέβαλον, καὶ τὸ πῦρ οἱ υἱεῖς ἐνῆκαν· καὶ μετὰ τοῦτο τὰ ὀστᾶ ἐς ὑδρίαν πορφυροῦ λίθου

† Syl. ἔρρωσαι χείρ. ἐγὼ δὲ γέρων

λίθου ἐμβληθέντα, ἐς τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη, καὶ ἐς τὸ Ἀντωνίνειον ἀπετέθη. λέγεται δὲ τὴν ὑδρίαν ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου μεταπέμψασθαί τε αὐτόν, καὶ ἐπιψηλαφήσαντα εἰπεῖν, Χωρήσεις ἄνδρα ὃν ἡ οἰκουμένη οὐκ ἐχώρησεν. ἦν δὲ τὸ σῶμα βραδὺς μὲν, ἰσχυρὸς δὲ, καίπερ ἀσθενέστατος ὑπὸ τῆς ποδάγρας γενόμενος· τὴν δὲ δὴ ψυχὴν δριμύτατος καὶ ἐρρωμενέστατος. παιδείας μὲν γὰρ ἐπεθύμει μᾶλλον, ἢ καὶ διὰ τοῦτο πολύγνωμος † [μᾶλλον] ἢ πολύλογος ἦν· φίλοις οὐκ ἀμνήμων, ἐχθροῖς βαρύτατος, ἐπιμελὴς τῶν πρακτέων, ἀμελὴς τῶν περὶ αὐτοῦ λογοποιουμένων· χρηματιστὴς ἐξ ἅπαντος τόπου, πλὴν καθότι οὐδένα τούτων χάριν ἀπέκτεινε· περὶ τὰς δαπάνας ἀφειδέστατος. καὶ πολλὰ μὲν ᾠκοδομήκως ἐκ καινῆς, πολλὰ δὲ καὶ ἐπεσκευακώς· ὅς γε καὶ τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἡρακλεῖ νεὼν ὑπερμεγέθη ᾠκοδομήσατο. καίτοι δὲ παμπληθῆ δαπανήσας, ὅμως οὐκ εὐαριθμήτους τινὰς μυριάδας δραχμῶν κατέλειπεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλάς. καὶ ἐνεκάλει μὲν τοῖς μὴ σωφρονοῦσιν, ὡς καὶ περὶ τῆς μοιχείας νομοθετῆσαί τινα· καὶ διὰ τοῦτο γραφαὶ αὐτῆς ὅσαι πλεῖσται ἐγένοντο. τρισχιλίας γοῦν ὑπατεύων εὗρον ἐν τῷ πίνακι ἐγγεγραμμένας. ἐπεὶ δὲ ὀλίγοι πάνυ αὐταῖς ἐπεξῄεσαν, οὐκέτι οὐδὲ αὐτὸς ἐπολυπραγμόνει. ὅθεν καὶ μάλα ἀστείως Ἀργεντοκόξου τινὸς γυνὴ Καληδονίου πρὸς τὴν Ἰουλίαν τὴν Αὔγουσταν ἀποσκώπτουσάν τι πρὸς αὐτὴν μετὰ τὰς σπονδὰς ἐπὶ τῇ ἀνέδην σφῶν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίᾳ, εἰπεῖν λέγεται, ὅτι „Πολλῷ ἄμεινον ἡμεῖς τὰ „τῆς φύσεως ἀναγκαῖα ἀποπληροῦμεν ὑμῶν τῶν „Ῥωμαικῶν. ἡμεῖς γὰρ φανερῶς τοῖς ἀρίστοις ὁ„μιλοῦμεν, ὑμεῖς δὲ λάθρα ὑπὸ τῶν κακίστων μοιχεύεσθε. τοῦτο μὲν ἡ Βρεττανὶς εἶπεν. ἐχρῆτο δὲ ὁ Σεβῆρος καταστάσει τοῦ βίου εἰρήνης οὔσης τοιᾷδε· ἔπραττέ τι πάντως νυκτὸς ὑπὸ τὸν ὄρθρον, καὶ μετὰ τοῦτ' ἐβάδιζε, καὶ λέγων καὶ ἀκούων τὰ τῇ ἀρχῇ πρόσφορα· εἶτ' ἐδίκαζε χωρὶς, εἰ μή τις ἑορτὴ μεγάλη εἴη. καὶ μέντοι καὶ ἄριστα † αὐτῷ ἔπραττε. καὶ γὰρ τοῖς δικαζομένοις ὕδωρ ἱκανὸν ἐνέχει, καὶ ἡμῖν τοῖς συνδικάζουσιν αὐτῷ παρρησίαν πολλὴν ἐδίδου. ἔκρινε δὲ μέχρι μεσημβρίας· καὶ μετὰ τοῦθ' ἵππευεν, ἐφ' ὅσον ἂν ἐδυνήθη· εἶτ' ἐλοῦτο, γυμνασάμενός τινα τρόπον. ἠρίστα δὲ ἢ καθ' ἑαυτὸν, ἢ μετὰ τῶν παίδων, οὐκ ἐνδεῶς. εἶτ' ἐκάθευδεν ὡς πλήθει· ἔπειτ' † ἐξαρθεὶς, τά τε λοιπὰ προσδιῴκει, καὶ λόγοις καὶ Ἑλληνικοῖς καὶ Λατίνοις συνεγίνετο ἐν περι-

† Leuncl. hoc μᾶλλον irrepsit e linea p̄cedenti.

† αὐτὸ

† ἐξαρθεὶς

A lapide cōiecta Romā perlata, & in Antoniniano reposita sunt. Fertur Seuerus hāc vrnam paulo ante, quam decederet e vita, iussisse ad se perferri: dein contrectasse atque ita dixisse; Tu virum capies, quē totus orbis terrarum non cepit. Seuerus erat tardo corpore, sed tamen [a] forti, quāquam podagra valde imbecillum fecerat: præterea acutissimo & [b] excellentissimo ingenio, studiosus bonarum artium: quarum scientiam quum esset consequutus, cōsilio plusquā verbis poterat: erga amicos gratus, inimicis grauissimu: diligens B in rebus gerendis, negligens in requirendo, quis sermo de ipso haberetur: auidus pecuniæ, quam omnibus modis colligebat, nisi quod eius causa nemini mortem attulit. In sumptu † parcissimus erat. ædificia noua exstruxit, vetera restituit. quippe [*] Baccho & Herculi templum maximum ædificauit. Et quanquam magnos sumptus fecit, tamen multa millia aureorum reliquit. Criminari solebat incontinentes, ob eamque causam leges de mœchis tulit, ex quibus quamplurimi in ius vocati sunt. Ego quidem, quum consul C essem, inueni scriptū in tabulis, tria millia mœchorum esse accusata. Sed quum iam pauci mortales ea iudicia exsequerentur, cœpit de iis quærere negligentius. Ex quo vrbane inprimis Argentocoxi Caledonii vxor, Iuliæ Augustæ, quæ ipsam mordebat [c] initis fœderibus, [d] quod ipsæ impudenter cum maribus versarentur, dixisse fertur: Nos multo melius explemus ea, quæ naturæ postulat necessitas, quam vos Romanæ. nam aperte cum optimis viris habemus cōsuetudinem: vos autem occulte pessimi homines [*] constu- D prant. id quidem ab illa muliere Britanna dictum fuit. Seuerus autem, quū pax esset, [e] ita vitam instituerat, vt hæc omnia faceret: Prima luce ius reddebat, post deambulabat, dicens audiensque, quæ ad imperii vtilitatem pertinerent: [f] dein iudicabat separatim, nisi celeberrimus dies festus esset: agebatq; in eo optime, quod & litigantibus aquam, quantum satis erat, suppeditaret; & nobis vna iudicantibus magnam libertatem in dicendis sententiis largiretur. Iudicabat autem ad meridiem vsq; post meridiē equitabat, quan- E tum poterat: post hanc exercitationem corporis lauabat: prandebat vel solus, vel cū liberis, [g] satis opipare & apparate. post prādii tēpus magna ex parte dormire cō sueuerat. Excitatus e somno, persequebatur reliquā: inprimis versabatur in studio Græci & Latini sermonis, quū interim de-

[a] robusto.

[b] Validissimo ingenio. Doctrina potius cupidi, quam quod inde magnū iudiciū aut magnā eloquentiam nactus esset. Erga amicos nō immemor.

† minime parcus erat.

[*] tā Baccho, quam Herculi

[c] post inita fœdera,

[d] quod libere cū marib. coirent,

[*] adulteriis polluunt.

[e] huiusmodi quada ratio ne vita agēdatvtebatur. Omnino quid noctu sub diluculū agebat, postea deambulabat,

[f] deinde ius reddebat, extra quam si magnum aliquod esset festū, idq; peragebat optime, quod &

[g] haud tenuiter. Inde plerumque dormiebat

bularet. Sub vesperum iterū lauabat, cœnabatq; cum suis domesticis & familiaribus. nam ex aliis conuiuā admittebat neminem, certisq; diebus tantum, iisq; maxime necessariis, sumptuosas cœnas faciebat. Vixit annos LXV, mēses IX, dies XXV: erat enim natus III Idus Aprilis. Regnauit annos decem & septem, menses octo, dies tres. In summa, adeo fuit in rebus gerendis acer & industrius, vt dixerit moriens; [a] Agedum, siquid nos oportet facere.

[a] Agite dum date, si quid peragendū habemus.

A πάτῳ, εἶθ' οὕτω πρὸς ἑσπέραν ἐλούετο αὖθις, καὶ ἐδείπνει μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτόν. ἥκιστά τε γὰρ ἄλλον τινὰ συνέστιον ἐποιεῖτο, καὶ ἐν μόναις ταῖς πάνυ ἀναγκαίαις ἡμέραις τὰ πολυτελῆ δεῖπνα συνεκρότει. ἐβίω δὲ ἔτη ἑξήκοντα πέντε, καὶ μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας πέντε καὶ εἴκοσι. τῇ γὰρ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου † ἐγεγένητο· ἀφ' ὧν ἦρξεν ἔτη ἑπτακαίδεκα, καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ ἡμέρας τρεῖς. τό, τε σύμπαν οὕτως ἐνεργὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀποψύχων διαφθέγξασθαι, Ἄγετε, δότε, εἴ τι πρᾶξαι ἔχομεν.

† ἐγεγόνει.

DIONIS HISTORIÆ ROMANÆ LIBRI LXXVII EXCERPTA, PER IO. XIPHILINVM.

HÆC INSVNT LIBRO LXXVII Dionis.

De Antonino Caracallo Aug.
Vt Getam fratrem Antoninus occiderit.
Antonini crudelitas in Papinianum, & alios.
Antoninus æmulator Alexandri Macedonis.
Antonini perfidia in Augarum Osroenum, & in Armenium regem.
Kenni Antoninum prœlio superant.
Bellum Antonini Parthicum.
Clades Alexandrinis ab Antonino illata.

TEMPORIS SPATIVM, ANNI V, QVIBVS HI consules recensentur.

ANNO V.C.

965. Pompeius Asper, & † Iulius Asper.
966. Antoninus Aug IV, & Cœlius Balbinus.
967. Silius Messalla, & Aquillius Sabinus.
968. Æmilius Lætus, & Anicius Cerealis.
969. Aquillius Sabinus II, & Sex. Cornelius Anullinus.

† Sic appellatur a Dione libro 79. Fasti nomen hoc nō habēt.

POST mortem Seueri Antoninus totū imperium obtinuit. nā etsi dicebat id sibi esse cum fratre cōmune, tamen reuera solus statim imperare cœpit, diremitq; bellum cū hostibus, ac regione cessit, & [b] munita loca deseruit. Domesticos suos partim dimisit, in quo- B rum numero fuit Papinianus præfectus prætorio: partim occidi iussit, in quibus fuit Euhodus educator ipsius, & Castor, vxorq; Plautilla cum [c] Plauto, fratre eius. In vrbe sustulit hominem minime quidem nobilem, sed tamen percelebrem in eo studio, cui se dediderat. [d] nam egregium aurigam, quod esset factionis contra-

[b] castella.

[c] Plautio

[d] Nam Europrepem aurigam.

ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα ὁ Ἀντωνῖνος πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβε. λόγῳ μὲν γὰρ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, τῷ δὲ δὴ ἔργῳ μόνος εὐθὺς ἦρξε· καὶ πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους κατελύσατο, καὶ τῆς χώρας αὐτῆς ἐξέστη, καὶ τὰ φρούρια ἐξέλιπε. τοὺς δὲ δὴ οἰκείους τοὺς μὲν ἀπήλλαξεν, ὧν καὶ Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος ἦν· τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινεν· ὧν ἦν καὶ Εὔοδος, ὁ τροφεὺς αὐτοῦ, ὁ Κάστωρ, ἥ τε γυνὴ αὐτοῦ ἡ Πλαυτίλλα, καὶ ὁ ταύτης ἀδελφὸς Πλαύτιος. καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ δὲ αὐτῇ ἄνδρα δῆθεν μὲν οὐκ ἐλλόγιμον, διὰ δὲ τὴν ἐπιτήδευσιν ἐπιφανέστατον ἐξεργάσατο. τὸν † γὰρ Εὐπρεπῆ τὸν ἁρματηλάτην, † ἐπειδὴ ἀντίθετα αὐτῷ ἐσπούδαζεν, ἀπο-

† γὰρ
† ἐσπού

ζει, ἀπέκτεινε. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐν γήρᾳ ἀπέθανε, πλείοσιν ἀγῶσιν ἵππων στεφανωθείς. δύο γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀνείλετο, ὅσους οὐδεὶς ἄλλος. τὸν γὰρ ἀδελφὸν ἠθέλησε μὲν καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς, φονεῦσαι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ οὔτε τότε δι' ἐκεῖνον, οὔθ' ὕστερον ἐν τῇ ὁδῷ διὰ τὰ στρατεύματα. πάνυ γὰρ εὔνοιαν αὐτῷ εἶχον, † ἄλλως τε ὅτι καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατος τῷ πατρὶ ἦν. ἐπεὶ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀπῆλθε, καὶ τοῦτον κατειργάσατο. προσεποιοῦντο μὲν γὰρ καὶ φιλεῖν ἀλλήλους, καὶ ἐπαινεῖν· πάντα δὲ τὰ ἐναντιώτατα ἔδρων, καὶ ἦν οὐκ ἄδηλον ὅτι δεινόν τι παρ' αὐτῶν γενήσοιτο· ὅπερ που καὶ πρὶν πρὸς τὴν Ῥώμην αὐτοὺς ἐλθεῖν προεγνώσθη. θῦσαί τε γὰρ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας αὐτῶν τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς, καὶ αὐτῇ Ὁμονοίᾳ ψηφισθὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν ὑπηρέται τὸ τῇ Ὁμονοίᾳ τυθησόμενον ἱερεῖον ἡτοίμασαν, καὶ ὁ ὕπατος ὡς καὶ βουθυτήσων ἀφίκετο· οὔτε δὲ οὗτος ἐκείνους οὔθ' οἱ ὑπηρέται τὸν ὕπατον εὑρεῖν ἠδυνήθησαν· ἀλλὰ διετέλεσαν πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν νύκτα ζητοῦντες ἀλλήλους, ὥστε μὴ δυνηθῆναι τότε τὴν θυσίαν γενέσθαι. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δύο λύκοι ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀναβάντες, ἐκεῖθεν ἐξεδιώχθησαν. καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ που καταληφθεὶς, ὁ δὲ μετὰ ταῦτα ἔξω τοῦ πωμηρίου, ἐσφάγη. καὶ τοῦτο καὶ περὶ ἐκείνους ἐγένετο. ἐβουλήθη μὲν οὖν ἐν τοῖς Κρονίοις τὸν ἀδελφὸν ὁ Ἀντωνῖνος φονεῦσαι, οὐκ ἠδυνήθη δέ. καὶ γὰρ ἐκφανέστερον ἤδη τὸ κακὸν ἢ ὥστε συγκρυβῆναι, ἐγεγόνει· καὶ ἐκ τούτου πολλαὶ μὲν μάχαι αὐτῶν, ὡς καὶ ἐπιβουλευόντων ἀλλήλοις, πολλαὶ δὲ καὶ ἀντιφυλακαὶ συνέβαινον. ἐπεὶ οὖν καὶ στρατιῶται καὶ γυμνασταὶ καὶ ἔξω καὶ οἴκοι, καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ συχνοὶ τὸν Γέταν ἐφρούρουν, ἔπεισε τὴν μητέρα μόνους σφᾶς ἐς τὸ δωμάτιον, † ἵνα δὴ καὶ συναλλάξῃ, μεταπέμψασθαι. καὶ οὕτω πιστεύσαντος τοῦ Γέτα, εἰσῆλθε μὲν μετ' αὐτοῦ· ἐπεὶ δὲ εἴσω ἐγένοντο, ἑκατόνταρχοί τινες εἰσπηδήσαντες ἀθρόοι παρὰ τοῦ Ἀντωνίνου προπαρεσκευασμένοι, καὶ τοῦτον πρός τε τὴν μητέρα, ὡς εἶδε σφᾶς, περικαταφυγόντα, καὶ ἀπό τε τοῦ αὐχένος αὐτῆς ἐξαρτηθέντα, καὶ τοῖς στήθεσι τοῖς τε μαστοῖς προσφύντα, κατέκοψαν, ὀλοφυρόμενον καὶ βοῶντα, Μῆτερ μῆτερ, τεκοῦσα τεκοῦσα, βοήθει, σφάζομαι. καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπατηθεῖσα, τόν τε υἱὸν ἐν τοῖς ἑαυτῆς κόλποις ἀνοσιώτατα ἀπολλύμενον ἐπεῖδε, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐς αὐτὰ τὰ σπλάγχνα τρόπον τινὰ ἐξ ὧν ἐγεγέννητο, εἰσεδέξατο. καὶ γὰρ τοῦ αἵματος πᾶσα ἐπλήσθη, ὡς ἐν μηδενὶ λόγῳ τὸ τῆς χειρὸς τραῦμα ὃ ἐτρώθη ποιήσασθαι. οὔτε δὲ πενθῆσαι, οὔτε θρηνῆσαι τὸν υἱὸν, καίπερ

† ἄλλως τε καὶ ὅτι

δι' ὃ

A riæ, interfecit. Hic senex mortuus est, postea quam coronatus esset in plurimis equorum certaminibus. obtinuerat enim coronas DCCLXXXII. quod ante contigerat nemini. Fratrem quoque, vel patre viuo, voluit interficere: sed neque propter patrem tunc, neque post in itinere propter exercitum potuit, apud quem ille carissim[us] erat, præsertim quod facie patri simillimus esset. Sed postquam Romam venit, ipsum quoque sustulit. Simulabãt hi mutuam inter se beneuolentiam, collaudabantque se inuicem; quum tamen agerẽt

B omnia contraria. Nec erat obscurum, fore, vt aliquod magnum malum * ab ipsis existeret. Nam quum esset decretum a senatu, vt pro concordia vtriusque sacrificaretur diis immortalibus, ac præsertim ipsi Concordiæ; victima * a sacerdotibus [eius deæ] ad sacrificium comparata, consul profect[us] est, vt sacra faceret. [b] Sed nec is sacerdotes, nec illi inuenire consulem potuerunt, sed omnem fere noctem consumpserunt, dum se mutuo quærerent,

C adeo vt sacrificium fieri tunc non potuerit: postridieq; eius diei duo lupi ascendêre in Capitolium, * quos dum aliquot homines insequerentur, alterum comprehenderunt in foro, alterum postea extra pomeriũ occiderunt. Quæ res ad Antoninum & Getam pertinuit. Statuerat Antoninus fratrẽ occidere Saturnalibus, sed nequiuit propterea, [c] quod id facinus manifestius fuisset, quam vt potuisset occultari. Ex eo tẽpore complures eorum pugnæ factæ sunt, quasi mutuo si-

D bi insidiarentur, contrariis [d] præsidiis collocatis. Sed quum magnus numerus militũ atque gladiatorum, domi forisq; dies atque noctes Getam custodiret; persuasit matri, vt se ambos in thalamum vocaret, vt in eo reconciliarentur. [e] Eo Geta, qui matri confidebat, ingreditur cum Antonino. postquam intus fuere, aliquot centuriones, [f] qui fuerant in insidiis ab Antonino collocati, simul in Getam impetum faciunt; eumque, qui visis percusso-

E ribus ad matrem perfugerat, ac iam tum ex collo eius pendebat, adhærebatq; ipsius pectori atq; vberibus, occidunt lamẽtantem clamantemq; in hæc verba: Mater mater genitrix genitrix, fer opẽ, occidor. Itaque mater decepta, filiũ occisum nefarie in sinu suo conspexit, eiusq; cædẽ intra sua viscera quodãmodo, ex quibus ipsum pepererat, recepit. nã ita sanguine perfusa est, vt vulnus, quod ipsa accepit in manu, nihili faceret. [g] Neq; vero lamẽtata est, aut luxit interitum filii, quamuis

* ab ipsis existeret. quod quidem præ etiã cognitũ fuit, quam ipsi Romam venissent. Nam quum a ministris ad sacrificiũ Concordiæ parata,

b Sed nec ministri, nec ministri consulẽ inuenire potuerunt,

* indeq; fuerunt expulsi, & alter quidem in foro cõprehensus, alter postea extra pomerium occisus.

c q malũ hoc iã factũ esset manifestius, quam vt occultari posset.

d custodiis

e Hoc modo quũ Geta fidem habuisset, ingreditur

f quos Antoninus ante paratos habebat, vna insilire subito impetum eumque

g Neq; vero lamẽtari vel lugere

immaturum, oblatumque miserabiliter, (natus enim erat duos & xx annos, mensesq; IX) sed quasi foret in maxima felicitate, lætari & ridere coacta est. adeo verba eius omnia, nutusque, & color obseruabantur. Itaque huic soli, quum esset Augusta, imperatoris vxor, & imperatorum mater, ne priuatim quidẽ licuit flere casum acerbissimum. Antoninus statim, quanquam vesper erat, tamen ad milites proficiscitur; exclamatque perpetuo in itinere, contra se factam esse coniurationem, seq; in maximum periculum venisse. Post vbi murũ est ingressus; Saluete, inquit, cõmilitones. iam mihi quidem licet in vos maxima beneficia conferre. Simul ante, quam audirent omnia, os eis tot promissis [a] conclusit; vt quod piũ erat, intelligere non possent, aut loqui. Ego, inquit, sum vnus ex vobis, cupioque propter vos solos viuere, vt multa vobis largiar. Vestri enim sunt thesauri omnes, [b] optoq; inprimis vna vobiscum viuere: sin minus, saltem vobiscum mori.* nec enim aliter volo quam in bello ex hac vita discedere, quod vel in eo mortẽ oppetere virũ fortem, vel nusquam deceat. Postero die in senatu pauca dixit in eandẽ sententiã: quumque surrexisset e sede, adstaretque ad fores; Audite, inquit, rem maximam, vt totus orbis terrarum gaudeat. Omnes exsules rei facti cuiusvis sceleris, quomodocunq; damnati sint, restituantur. [c] Is quum exules hoc modo ex insulis deduxisset, præstitissetque securitatẽ nefariis & damnatis hominibus, easdẽ nõ ita multo post repleuit: interfecitq; subito ex Cæsarianis, militibusq;, qui cum Geta fuerãt, ad hominum mulierumve viginti millia, vt quisque in [d] palatio fuit. Cæsi sunt ex illustribus quoq; multi, & maxime Papinianus: cuius interfectorẽ increpauit, quod eum securi interfecisset, non gladio. Cilonem quoq;, qui ipsum educauerat, & à quo multa beneficia acceperat, quique præfectus vrbi fuerat patris temporibus, quem etiam patrẽ sæpenumero appellauerat, vita priuare voluit: sed milites, quos miserat, vt eũ interficerẽt direptis vasis argẽteis, veste, pecunia, cæterisque rebus eius omnibus, illum cũ sandaliis, (nam capt[us] erat in balneis) & amictũ [e] indusio ducunt via sacra, [f] vt perducant in palatium, eumq; ibi interficiãt: tum vestẽ eius discindunt, & faciẽ [g] percutiunt. Quod vbi plebs vidit cohortesq;

[a] obturauit:

[b] optoq;(nã hoc etiã addidit)

* Quippe nec alioqui mortẽ metuo, & in bello huiusmodi finem facere volo:

[c] Atq; hoc modo quum insulas exsulibus euacuasset, & sceleratissimis quibusquedamnatorũ impunitatem concessisset,

[d] regia

[e] tunicula

[f] Velut in palatiũ allaturi, & illic interfecturi:

[g] percutiũt. ita quidẽ, vt ipsa plebs & vrbani milites nonnihil tumultuarentur: quorum pudore

πρόωρον οὕτως οἰκτρῶς ἀπολωλότα, ὑπῆρξεν αὐτῇ, (δύο γὰρ καὶ εἴκοσι ἔτη καὶ μῆνας ἐννέα ἐβίω) ἀλλ' ἠναγκάζετο ὡς καὶ ἐν μεγάλῃ τινὶ εὐτυχίᾳ οὖσα, χαίρειν καὶ γελᾶν. οὕτω που πάντα ἀκριβῶς καὶ τὰ ῥήματα αὐτῆς καὶ τὰ νεύματα τά τε χρώματα ἐτηρεῖτο. καὶ μόνῃ ἐκείνῃ τῇ Αὐγούστῃ, τῇ τοῦ αὐτοκράτορος γυναικί, τῇ τῶν αὐτοκρατόρων μητρί, οὐδ' ἰδίᾳ που ἐπὶ τηλικούτῳ παθήματι δακρῦσαι ἐξῆν. ὁ δ' Ἀντωνῖνος, καίπερ ἑσπέρας οὔσης, τὰ στρατόπεδα κατέλαβε, διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ κεκραγὼς ὡς ἐπιβεβουλευμένος καὶ κινδυνεύων. εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸ τεῖχος, Χαίρετε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται· καὶ γὰρ ἤδη ἔξεστί μοι εὐεργετεῖν ὑμᾶς. καὶ πρὶν πάντα ἀκοῦσαι, ἐνέφραξε σφῶν τὰ στόματα τοσαύταις καὶ τηλικαύταις ὑποσχέσεσιν, ὥστε μήτ' ἐννοῆσαι μήτε φθέγξασθαί τι αὐτοὺς εὐσεβὲς δυνηθῆναι. Εἷς γὰρ (ἔφησεν) ἐξ ὑμῶν εἰμι, καὶ δι' ὑμᾶς μόνους ζῆν ἐθέλω, ἵν' ὑμῖν πολλὰ χαρίζωμαι. ὑμέτεροι γὰρ οἱ θησαυροὶ πάντες εἰσί. καὶ δὴ καὶ τοῦτο εἶπεν ὅτι, Μάλιστα μὲν μεθ' ὑμῶν ζῆν, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ μεθ' ὑμῶν γε ἀποθανεῖν εὔχομαι. οὔτε γὰρ ἄλλως δέδια τὸν θάνατον, καὶ ἐν πολέμῳ τελευτῆσαι βούλομαι. ἢ γὰρ ἐνταῦθα δεῖ τὸν ἄνδρα ἀποθνήσκειν, ἢ μηδαμοῦ. πρὸς δὲ τὴν σύγκλητον τῇ ὑστεραίᾳ ἄλλα τέ τινα διελέχθη, καὶ μετὰ τὸ ἐκ τοῦ βάθρου ἐξαναστῆναι, καὶ πρὸς τῇ θύρᾳ γενέσθαι, Ἀκούσατέ μου, εἶπε, μέγα πρᾶγμα, ἵνα πᾶσα ἡ οἰκουμένη χαρῇ. πάντες οἱ φυγάδες, οἱ καὶ ἐφ' ὁτῳοῦν ἐγκλήματι καὶ ὁπωσοῦν καταδεδικασμένοι κατελθέτωσαν. τὰς μὲν οὖν νήσους οὕτω τῶν φυγάδων κενώσας, καὶ τοῖς κακίστοις τῶν καταδεδικασμένων ἄδειαν δεδωκώς, εἶτ' οὐ πολλῷ ὕστερον αὖθις ἐπλήρωσε. τῶν δὲ δὴ Καισαρείων † τῶν στρατιωτῶν † τῶν μετὰ τοῦ Γέτα γενομένων, καὶ ἐς δύο μυριάδας παραχρῆμα ἀπέκτεινεν, ἄνδρας ἁπλῶς καὶ γυναῖκας, ὥς πού τις καὶ ἔτυχεν ἐν τῷ βασιλείῳ ὤν· ἐκ δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἄλλους τε, καὶ τὸν Παπινιανόν. καὶ τῷ γε τὸν Παπινιανὸν φονεύσαντι ἐπετίμησεν, ὅτι ἀξίνῃ αὐτόν, καὶ οὐ ξίφει διεχρήσατο. τὸν δὲ δὴ Κίλωνα τὸν τροφέα, τὸν εὐεργέτην, τὸν ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεπολιαρχηκότα, ὃν καὶ πατέρα πολλάκις ἐκεκλήκει, ἠβουλήθη μὲν ἀποστερῆσαι τοῦ ζῆν, καὶ οἱ στρατιῶται οἱ πεμφθέντες ἐπ' αὐτόν, τὰ μὲν ἀργυρώματα καὶ τὰ ἱμάτια, τά τε χρήματα καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ ἐκείνου διήρπασαν. αὐτὸν δὲ ἀνῆγον διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, ὡς καὶ ἐς τὸ παλάτιον κομιοῦντες, βλαύτας ὑποδεδεμένον, (ἐν βαλανείῳ γὰρ ὢν ἔτυχε) καὶ χιτωνίσκον ἐνδεδυμένον, ὡς καὶ ἐκεῖ καταχρησόμενοι. καὶ τήν τε ἐσθῆτα αὐτοῦ περιέρρηξαν, καὶ τὸ πρόσωπον ᾐκίζοντο, ὥστε καὶ τὸν δῆμον καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς

† καί

ἀστικοὺς

ἀστικοὺς ὑποθορυβῆσαι· καὶ δὴ τοῦτο καὶ τὸν Ἀντωνῖνον, καὶ αἰδεσθέντα αὐτοὺς καὶ φοβηθέντα, ἀπαντῆσαι σφίσι, καὶ τῇ χλαμύδι (τὴν γὰρ στρατιωτικὴν ἐσθῆτα εἶχε) περιβαλόντα αὐτὸν εἰπεῖν, Μήτε τὸν πατέρα ὑβρίζετε, μήτε τὸν τροφέα παίετε. ὁ δ' δὴ χιλίαρχος ὁ κελευσθεὶς αὐτὸν φονεῦσαι, καὶ οἱ στρατιῶται οἱ συμπεμφθέντες αὐτῷ, ἀνῃρέθησαν, λόγῳ μὲν ὡς ἐπιβουλεύσαντές αὐτῷ, τὸ δ' ἀληθές, ὅτι μὴ κατέσφαξαν αὐτόν.

A vrbis, tumultuantur. horum pudore adductus Antoninus metuque, eis procedit obuiam, ipsumque Cilonem chlamyde cõtegit: (nam tum ei vestis militaris erat) Nolite, inquiēs, patrē meum iniuria afficere, nolite educatorem percutere. Dein tribunus, cui mādatum erat, vt illum occideret, cæterique milites, qui vna missi fuerant, morte affecti sunt propterea, quod, vt ipse dicebat, Ciloni fecissent insidias: sed reuera propterea, quod illum non sustulissent.[a]

Πάντας δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω,

ὅσους τῶν ἐπιφανῶν οὐδεμιᾷ δίκῃ ἀπέκτεινεν. ὁ μὲν γὰρ Δίων, ἅτε γνωριμωτάτων κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς τῶν πεφονευμένων ὄντων, καὶ ἐξ ὀνόματος αὐτῶν ποιεῖται κατάλογον· ἐμοὶ δ' εἰπεῖν ἐξαρκεῖ, ὅτι πάντας † ὁμοίως, οὓς ἤθελε κατεχειρίζετο, ὅστ' αἴτιος, ὅς τε καὶ οὐκί· καὶ ὅτι τὴν Ῥώμην ἠκρωτηρίασεν, ἀγαθῶν ἀνδρῶν στερήσας αὐτήν. ἐκ δὲ τῶν φόνων ἐς τὰς παιδιὰς ἀποκλίνας, οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν ταύταις ἐφόνα. ἐλέφαντα μὲν γὰρ, καὶ ῥινοκέρωτα, καὶ τίγριν, καὶ ἱππότιγριν ἐν οὐδενὶ λόγῳ θείη ἄν τις φονευομένους ἐν τῷ θεάτρῳ. ὁ δὲ καὶ μονομαχούντων ἀνδρῶν ὅτι πλεῖστον ἔχαιρεν αἵμασι· καὶ ἕνα γε αὐτῶν Βάτωνα τρισὶν ἐφεξῆς ἀνδράσιν ὁπλομαχῆσαι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀναγκάσας, ἔπειτα ἀποθανόντα ὑπὸ τῆς τελευταίου, περιφανεῖ ταφῇ ἐτίμησε. περὶ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω πέπληκτο, ὥστε καὶ ὅπλοις τισὶ καὶ ποτηρίοις, ὡς καὶ ἐκείνου γεγονόσι, χρῆσθαι, καὶ προσέτι καὶ εἰκόνας αὐτοῦ πολλὰς καὶ ἐν τοῖς στρατοπέδοις, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ στῆσαι· φάλαγγά τε τινὰ ἐκ μόνων τῶν Μακεδόνων ἐς μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους συντάξαι, καὶ αὐτὴν Ἀλεξάνδρου τε ἐπονομάσαι, καὶ τοῖς ὅπλοις, οἷς ποτε ἐπ' ἐκείνου ἐκέχρηντο, ὁπλίσαι· ταῦτα δ' ἦν, κράνος ὠμοβόειον, θώραξ λινοῦς τρίμιτος, ἀσπὶς χαλκῆ, δόρυ μακρὸν, αἰχμὴ βραχεῖα, κρηπῖδες, ξίφος. καὶ οὐδὲ ταῦτα μέντοι αὐτῷ ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον Ἑῷον Αὔγουστον ἐπεκαλεῖτο. καί ποτε καὶ τῇ βουλῇ ἔγραψεν, ὅτι ἐς τὸ σῶμα αὖθις τὸ τοῦ Αὐγούστου εἰσῆλθεν, ἵνα, ἐπειδὴ ὀλίγον τότε χρόνον ἐβίω, πλείονα αὖθις δι' ἐκείνου ζήσῃ. καὶ δὴ καὶ τοὺς φιλοσόφους τοὺς Ἀριστοτελείους ὠνομασμένους τά τε ἄλλα δεινῶς ἐμίσει, ὥστε καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατακαῦσαι ἐθελῆσαι, καὶ τὰ συσσίτια, ἃ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ εἶχον, τάς τε λοιπὰς ὠφελείας, ὅσας ἐκαρποῦντο, ἀφείλετο, ἐγκαλέσας σφίσιν ὅτι συναίτιος τῷ Ἀλεξάνδρῳ τοῦ θανάτου Ἀριστοτέλης

militesq; seruassent, inuenturos sperarẽt: Romani magis ira commoti, quod capti non fuissen, quam eis gratiam habentes, quod illos non occidissent, nec alioquin moderati quidquam responderunt, & omnes captiuos, omnesq; transfugas, cum obsidibus, flagitarunt; pariterque postulata magna pecuniæ summa, cum deditione virorum principum, non aliquod à Cretensibus, qui essent domi, responsum exspectarunt; sed alterum e cõsulibus statim misere, qui hęc reciperet, ac nisi darent, (daturi vero non erant) bellum eis inferret. Nam qui ab initio, & prius quidem, quam huiusmodi quid ab eis exigeretur, & quam potiti essent victoria, pacem facere noluerant; quo nam modo post victoriam sibi tot ac talia simul imperari sustinuissent? Id ergo quum certo Romani scirent, & suspicione futurũ pręcepissent, vt legati nonnullos adgrederẽtur pecunia corrumpere, quo bellum hoc impedirent: senatusconsulto prohibuere, ne quis eis quidquam mutuo daret.

τῶν τε στρατιωτῶν αὐτῶν σωτηρίας εὑρήσεσθαι, οὗτοι ὀργὴν μᾶλλον ὅτι μὴ ἑάλωσαν, λαβόντες ἢ χάριν αὐτοῖς, ὅτι μὴ ἐκείνους ἔφθειραν, νέμοντες, οὔτ' ἄλλως μέτριόν τι ἀπεκρίναντο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τούς τε αὐτομόλους ἅπαντας, καὶ ὁμήρους παρ' αὐτῶν ἀπῄτησαν χρήματά τε πολλὰ αἰτήσαντες, τάς τε ναῦς τὰς μείζους, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς κορυφαίους ἐξαιτήσαντες, οὐκ ἀνέμειναν τὴν οἴκοθεν αὐτῶν ἀπόκρισιν· ἀλλὰ τῶν ὑπάτων αὐτίκα ὃν ἕτερον ταῦτά τε ληψόμενοι, καὶ πολεμήσοντα σφίσιν, ἂν μὴ διδῶσιν, ὥσπερ οὐκ ἔμελλον, ἐξέπεμψαν. οἱ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς, πρὶν αἰτηθῆναί τι τοῦτο, καὶ κρατῆσαι, μὴ θελήσαντες ὁμολογῆσαι, πῶς ἂν μετὰ τὴν νίκην τοσαῦτά τε ἅμα καὶ τοιαῦτα προσταττόμενοι ἐνέγκαι; τοῦτό τε οὖν σαφῶς εἰδότες, καὶ προσυποπτεύσαντες τοὺς πρέσβεις ἐπιχειρήσειν τινάς, ὡς καὶ κωλῦσαι τὴν στρατείαν, διαφθαρῆναι χρήμασιν, ἐψηφίσαντο ἐν τῇ βουλῇ, μηδένα αὐτοῖς μηδὲν δανεῖσαι.

VIRO-

VIRORVM DOCTISS.

NOTÆ,

Quibus DIO quà illustratur, quà emendatur; & primum

CASTIGATIONES ROBERTI STEPHANI.

LECTORI.

CVm vnico exemplari, eoq; valde mendoso vsi essemus, de iis locis te admonere, quos adhibita coniectura, similiumve locorũ collatione emendatũ iri speraremus, non incommodum fore putauimus: reliquos autem, in quibus apertiora menda haberentur, quàm vt ea probatione aliqua indigerent, seorsum annotare. Tu igitur LECTOR, pro tuo animi candore conatus nostros æqui bonique facito.

Pagina 8, principio. Desideratur hic belli Cretici (ex quo Metellus Creticus cognomen inuenit) initium: cuius mentionem faciunt Plutarchus in Pompeio, & Lucius Florus in gestis Romanorum.

Pagina 10, medio. οὐ μέντοι ἐς μεγάλην, ὅτι γε ἰσχυρῶν, φορτίδα αὐτῶν ἐπεπόνθει.] *Constat* φορτίδα ναῦν, *seu* φορτηγὸν *a Græcis appellari, quæ alio nomine* ὁλκὰς, *a Latinis autem* onecaria *vocatur: quod cum ita sit, non video quis ex hac lectione sensus elici possit, crediderimque legendum potius,* φθονῆσαι αὐτῶν ἐπεπόνθει: *quod genus loquendi vt vsitatissimum, ita huic loco aptissimum est, præsertim cum eodem pertineat quod paulo ante dixit,* ὡς οὐδεμία σφίσιν ἐπιφορὰ ἐγένετο. *Denique vt hanc lectionem audacius tuear, facit quod in nostro exemplari reliqua quædam animaduerterim huius lectionis vestigia, adeo vt altera supposititia videatur. Ib.* ἐν παντὶ ἐγένετο. *Eodem modo dixit pagina 109, f.* ὥστε ἐν παντὶ τὸν Καίσαρα γενέσθαι, *id est,* adeo vt in summas angustias ad luctus sit Cæsar. *Quanquam frequentius ita loqui solet, genitiuo* κινδύνου, *aut* κακοῦ *addito, vt pagina 67. f.* ὡς δὲ ταῦτα ἐπήλπιστο, καὶ ἄλλο οὐχ εὑρίσκετο, ἐν παντὶ κακοῦ ἐγένετο. *Mendo igitur vtraque lectio caret.*

12, *princ.* μηδ' ὅτι τὸ σῶμα καὶ πόσα γέγονε ἀριθμεῖσθαι] *Deprauatus esse videt hic locus, & vox hæc* σῶμα *a scriba non satis ad negotium suum intento ex superioribus repetita, ac loco alterius posita.*

13, *fine.* νῦν ἐς ἀκμάζον] *Commodius legitur* νῦν δὲ, *vt respondeat particula* δὲ *præcedenti* μέν.

14. *f.* ἰδὼν δὲ τοῦτο ὁ Γαβίνιος· φθέγξασθαι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησεν, &c.] *Plutarchus in Pompeio hanc rem ita narrat,* Γαβινίου δὲ προσελθόντος οὐδεὶς ἤκουσεν. ὁ δὲ ταῖς δακτύλοις διεσήμαινε, μὴ μόνον, ἀλλὰ δεύτερον αἱρεῖσθαι Πομπήϊον. ἐπὶ τούτῳ λέγεται δυσχεράναντα τὸν δῆμον τηλικοῦτον ἀνακραγεῖν, ὥστε ὑπερπετόμενον κόρακα τῆς ἀγορᾶς τυφλωθῆναι, καὶ καταπεσεῖν εἰς τὸν ὄχλον. *Locum tibi expendendum relinquo.*

15. *f.* στρατηγοῦ ἐκπρέποντα] *Exigit sententia vt* ἐκπρέπουσαν *legamus.*

16, *med.* ἐφ' ᾧ μήτε πλείω τοῦ τεταγμένου χρόνου, &c.] *Sic est hic locus legendus: nam alibi etiam ita loquitur,* ἐφ' ᾧ μηδὲν ἀδικήσωσι, *id est* ὅπως, *vel* ἵνα. *Ib. f.* περὶ νόμοις φιλαρχίας] *Legendum est sine dubio,* περὶ νόμοις φιλαρχίας: *vt alibi Pompeium* φιλοτιμότατον καὶ φιλαρχότατον *vocat.*

18 *pr.* προσφορὰ ἐς αὐτὰ ἔτι ἦν, &c.] *Expungendum videtur* ἦν, *vt superuacaneum: aut certe mutandum in pronomen* οἱ, *quo sæpissime vtitur pro* αὐτοῦ. *Ib.* καταλόγους ποιήσασθαι] *Sic legendum, hoc est* στρατιὰν καταλέξασθαι, delectũ habere: *vt alio loco dixit,* καταλόγους τε αὐτῷ χρημάτων ποιήσασθαι ἐπιτρέψαι. *Ib. m.* πολλῇ δὲ ἐς φιλανθρωπίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντάς οἱ, ὥστε καὶ ὑπὸ τοῦ τοιούτου παμπόλλους προσποιήσασθαι] *Ita legendum esse aperte ipsa sententia docet, quæ est huiusmodi,* Magna etiam eos qui se illi dederent, humanitate comprehendebat, adeo vt quam plurimos ea sibi conciliatos adiunxerit. *Est enim repetendum a superioribus verbum* ἐχρῆτο.

19, *m.* τότε μὲν, πρὶν ἐπιψηφίσαι, &c.] *Hanc veram esse huius loci lectionem affirmare non dubitarim, præsertim cum sequatur particula* δὲ *illi* μὲν *respondens.*

20, *m.* καὶ ἔπαινον ἐπ' αὐτοῖς ἔλαβεν] *Dicere solet* ἔπαινον λαβεῖν, *aut* ἔχειν ἐπί τινι, *vt pagina 189, m.* καὶ ἐπὶ μὲν τούτῳ ἔπαινον ἔσχεν, ἐπὶ δὲ δὴ τῇ προσποιήσει γέλωτα ὤφλισκεν. *Quo sensu autem hic dictum sit* ἐπ' αὐτοῖς, *tu videris: mihi certe magis placeret, vt* ἐπ' αὐτοῦ *legeretur.*

Ib. f. καὶ διότι ὅ, τι Μάρκιος καὶ ὁ Ἀκίλιος, πρὶν τὸν χρόνον σφίσι τῆς ἀρχῆς ἐξήκειν, κατελύθη] *Si lectionem hanc sequamur, paucis immutatis, concinnam sententiam efficiemus, quæ talis esse videt̃:* quia etiã Marco & Acilio ante exactũ tẽpus, magistratus abrogabatur. *Sed nomen* Μάρκου *in* Μαρκίου *(meo quidem iudicio) mutandum est: quod tu vbi longius in huius lectione progressus fueris, comprobabis.*

21, *p.* τό τι τῶν ἱερῶν, &c.] *In nostro exemplari apposita est huic loco nota ea, qua locus deprauatus significari solet.*

Ib. ἵν' ἐπ' ἀμφοτέρων σπουδάζηται προσέθετο] *Hæc paucis immutatis sic restitui posse videntur,* ἵν' ὑπ' ἀμφοτέρων σπουδάζηται, ἐπεκράτει. *hoc sensu:* & modo horum, modo illorum partes, vt gratiam ab vtrisque iniret, defendebat. *Sæpe enim solet hoc* ἵν' *pro* ἵνα *integro vti.*

23, *m.* ἐς ὃ ἐβουλεύετο] *Dum scripturam hanc in nostro exemplari propius inspicerem, animaduerti vestigia veteris lectionis* ἐβούλετο, *quam cum indoctus quispiã nõ probaret, mutauit in* ἐβουλεύετο. *Quod etsi parum interest, satius tamen fuerit lectionem antiquã retinere.*

Ibid.f. χωρίῳ καίνῳ] *legendum videtur, vt paulo post sequitur. Siquidem altera lectio huic loco non congruit.*

26,*m.* ἥ τε φοινίκη καὶ ἡ σωφανηνὴ χώρα] *Plutarchus in Pompeio rem eandem tractans σωφηνὴν appellat, cum ait,* ἀλλ' ὁ πομπήϊος ἔφη τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ λαβόμενος προσαγαγέσθαι, καὶ πλησίον ἱδρύσασθαι ἑαυτοῦ, τῶν δ' υἱὸν ἐπὶ θάτερα· τῶν μὲν ἄλλων ἔφησε δεῖν αὐτὸν ἀπαλλάξαι λύκουλλον. ὑπ' ἐκείνου γὰρ ἀφῃρῆσθαι συρίαν, φοινίκην, κιλικίαν, γαλατίαν, σωφηνήν· ἃ δ' ἄχρι ἑαυτοῦ διατετήρηκεν, ἕξειν, ἐκτίσαντα ποινὴν ἑξακισχίλια τάλαντα ῥωμαίοις τῆς ἀδικίας. σωφηνῆς δὲ βασιλεύσειν τὸν υἱόν. *Eam regionem Strabo lib.*11. τῶν χωρογραφικῶν, σωφηνὴν *vocatam ait. Plinius quoque* Sophenem *appellat. At Stephanus ab Arriano* σωφανηνὴν *etiam nominatam scribit, sed διὰ τοῦ ι. Quare nostra lectio reiicienda non est.*

28,*p.* λ. αὐρήλιος μ. υ. κόττας ὕπ.] *Integra horum nominum scriptura est huiusmodi,* λεύκιος αὐρήλιος μάρκου υἱὸς κόττας ὕπατος. *Nos autem in his prænominibus eam rationem decurtandæ scripturæ secuti sumus, quam & in exemplari nostro reperimus, & ipsum quoque auctorem secutum esse arbitramur, præsertim cum eum morem Romanis in vsu fuisse doceat etiam Plutarchus in quæstionibus Romanis his verbis,* ἀλλ' ἔτι σώζεται τῶν προτέρων ὀνομάτων, ὡς ὁ σέξτος, καὶ ὁ δέκιμος. καὶ ὁ γάϊος. τὰ δὲ πρῶτα τῶν ὀνομάτων οὐχ ὁλογραφοῦσιν, ἀλλ' ἢ δι' ἑνὸς γράμματος, ὡς τὸν τίτον καὶ τὸν λεύκιον καὶ τὸν μάρκον· ἢ διὰ δυοῖν, ὡς τὸν βέρριον, καὶ τὸν γναῖον· ἢ διὰ τριῶν, ὡς τὸν σέξτον καὶ τὸν σερουίον, *&c. Hoc etiam quod hic ait Plutarchus, in vetustissimis codicibus videre est. Quod autem ad* ὀρθογραφίαν, *id est, rectam scripturam nominum propriorum attinet, nos quoque scito religioni habuisse, a nostro exemplari ea in re dissentire. quare mirum videri tibi non debet si idem nomen non vno modo excusum a nobis vbique reperias, quale est* πίσων. *nam scriptum etiam inuenimus* πείσων: *sic* σκιπίων, & σκηπίων, *quorum posterius apud Polybium, ac Suidã etiam reperitur, apud Plutarchum autem vtrumque:* πείσων *vero non* πίσων *idem Plutarchus scribit. Sunt præterea sæpenumero in huiusmodi consulum enumeratione, quæ singulis libris præfigitur, deprauata nomina, sæpe etiam præpostero ordine collocata, idque non nostro, sed ipsius exẽplaris vitio. Quare officio nostro satisfecisse nobis videmur, quod te admonuerimus: tu, si videatur, exemplaris culpam hac in re facile præstabis.*

36,*f.* ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ] *sic in nostro exemplari legitur: ausim tamen contra eius fidem affirmare,* διακένῳ *legendum esse, suppresso nomine* χρόνῳ, *quod alibi expressit, cum ait,* καὶ οἱ σπουδαρχιῶντες πολλὰ καὶ κακὰ ἐν τῷ διακένῳ χρόνῳ τούτῳ ἐποίουν, *id est* ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, Interea, *seu* interea loci, *vt Comicus loquitur.*

38,*m.* τὴν ἑλλάδα, τήν τε ἰταλίαν, *&c.*] *Aliquid tale desideratur ad explendum locum.*

48,*p.* καίτοι τῷ ἀριθμῷ τῶν προειρημένων ἐλάττονες παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντες] *id est,* quanuis minor esset eorum qui interfecti erant numerus, quam qui lege definitus esset, *&c. Nisi hæc vera sit huius loci lectio, non video quæ alia esse possit. Ibid.* οἱ κατέχοντες τῷ καπνίνᾳ τῶν πραγμάτων] *Reponendum videtur* μετέχοντες. *sic enim Plutarchus quoq; sæpe loqui solet,* μετέχειν τινὶ τῆς συνωμοσίας, *pro eo quod est,* συγκατανοεῖν, participem & socium esse coniurationis, & consilia vna agitare. *At* κατέχειν *longe diuersum sensum habet, & plane huic loco alienum.*

49, *f.* ἡ μὲν οὕτω γε χαρίζεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ διὰ τοῦτο ψηφισθῆναί τι ἐβούλετο, *&c.*] *Ita emendo: nam sic quoq; pagina precedẽte vsus est his particulis, & alibi sæpe vtitur,* μὰν *autem pro* μὴν *soli poetæ dicere consueuerunt.*

62,*m.* καὶ μάρκος τις δ' αὐτὸ φαυώνιος ζηλωτὴς ἐς τὰ μάλιστα αὐτοῦ ὤν] *Hunc eundem pagina* 98, φαώνιον *nominat: at pagina* 106, φαυώνιον: *Plutarchus autem in Catone* φαώνιον *eum appellat, vbi ipse quoque Catonis æmulum fuisse narrat.* ἦν δὲ (*inquit*) μάλιστα φαώνιος ἑταῖρος αὐτοῦ καὶ ζηλωτὴς, οἷος ὁ φαληρεὺς ἀπολλόδωρος ἱστορεῖται περὶ σωκράτην γενέσθαι τὸν παλαιόν. *Idem in Cæsare,* φαώνιος δὲ, ὁ ζηλωτὴς κάτωνος, ὡς οὐδὲν ἐπέραινεν αὐτὸς λέγων, ἐξεδραμεν διὰ θυρῶν, *& cat. Cicero autem in oratione pro Milone* M. Fauonium *nominat. Quare de tribus his scripturis eligere quam velis, tibi per me liberum est.*

63,*pr.* καὶ τὰ ἀβεβαιότερα ἐς ἑτέρους ἀπωθοῦντες] *Si ita legerimus, plana erit huius loci sententia: nisi forte quis alteram lectionem tueri malit, deriuatumque ἀπώτερα ab ἀπωτέρω credat: sed si ita legatur, quis tandem esse possit huius loci sensus, ei perpendendum relinquo.*

68,*pr.* μόνος ἢ καὶ μάλιστα, ὡς ἔοικεν, ἔλαβε. καὶ διὰ τοῦτο, *& cat.*] *Sic commode hæc sententia perfici posse videtur, nisi malis pro* ἔλαβε, *legere* ἔσχε. *Nam apud hunc authorem frequens est,* αἰτίαν λαβεῖν ἐπί τινι, & αἰτίαν ἔχειν: *pro quo alii sæpius* αἰτίαν ὑπέχειν *dicunt. Fortasse etiam pro* ἔοικε *legendum est* ἔσχε.

69,*princ.* τῶν ἐχθρῶν ὑπερειρίσαν] *Si a verbo* ὑπερείρω *hoc participium esse dicamus,* ὑπερείραν *legendum erit, vt pagina* 163, περιοίσοντες *dixit: si ab* ὑπερείημι (*pro quo frequentius* περίειμι *dicitur*) ὑπεριόμενος *legamus oportet. Vnicum verbum est* ὑπερείδω *a quo huiusmodi participium formari possit, sed huic loco minime conueniens, præsertim cum alibi in eadem locutione verbo* περίειμι *vtatur, cum ait,* τῷ γὰρ πλήθει πολὺ τῶν ἐναντίων περιῆσαν. *Vnde facile adducor vt credam, auctorem hunc vt alibi sæpe, ita hic quoque nouitate delectatum, & communi vsu neglecto, hoc participium ab* ὑπερείημι, *nouo quodam modo formare voluisse.*

69,*fin. Post verbum* ἐποιήσατο *claudenda est parenthesis non post* κλώδιος. *sic enim relicta parenthesi, sententia hæc continuanda esset,* ὁ μέντοι καίσαρ τὴν μὲν γὰρ παρανομίαν τὴν περὶ τὸν λεντούλου πραχθέντων κατεψηφίσατο, τὴν μέντοι, *& cat.*] *Particula autem* γὰρ *magis impedimento sensui esse videtur, quam adiumento: quod alibi quoque obseruaui, pagina* 411. *versu* 42. *Sed in vtroque loco otiosa sit hæc particula, necne, tuum esto, Lector, iudicium.*

74,*f.* οὐδ' αὐτῶν ἐσμὲν] *Omnino sic legendum est, vt sit* αὐτῶν *pro* ἑαυτῶν. *hoc enim dicit,* Nostri iuris non sumus, neque ad arbitrium nostrum libidinemque vitæ modum deligere nobis licet, sed ex fortuna pendemus.

75,*pr.* μηδὲν ἀδικήσαντί σοι ἐγκατάξαι] *Sic legendum est, vt sit sensus*: tibi qui neminem læseris, facessi negotium, teque multis conflictari molestiis.

77,*prin.* παραθαλάσσιον] *legit P. Victorius, locum hunc citans, atque ita sine dubio est legendum.*

79,*pr.* ἔχοντες ποτε ῥοδανὸν διαβῆναι, *& cat.*] *Videtur desiderari accusatiuus* γνώμην *ante* ἔχοντες, *aut aliquid simile: vt sit* γνώμην ἔχοντες τὸν ῥοδανὸν διαβῆναι, in animo habentes Rhodanum traiicere. *Sic alibi loquitur,* καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ γνώμην ἔχω περὶ πάντων τῶν πεπραγμένων αὐτῷ τὰ λεγόμενα συγγράψαι. *Pro eodem etiam dicit* γνώμην ποιοῦμαι. *Ibidem fin.* καὶ διὰ τῶν ἀιδούων] *Emendare tuto hic possumus* αἰδούων, *& paulo post pro* αἰδούοισι, αἰδουοί, *vt pagina* 81. *habetur. Nam & Cæsar Commentariorum de bello Gallico lib. primo, hac de re verba faciens, Heduos nominauit:* Heluetii (*inquit*) iam per angustias & fines

Sequa-

Sequanorum suas copias traduxerant, & in Heduorum fines peruenerant, eorumque agros populabantur. Hedui cum se suaque ab his defendere non possent, legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxiliũ. *Quæ verba a Dione expressa videtur. Plutarchus autẽ in Cæsare, non ἀδούους, sed ἐδύας nominat, & ἐλβηττίους, ἐλβηττίους.*

80,p. ὥστε ἐς ὁμολογίας ἐπιχωρεῖα τινὶ ἐθελῆσαι ἐλθεῖν] *Conflatæ sunt duæ dictiones in vnam. Legendum enim videtur* ἐπὶ χώρᾳ τινὶ, *expuncto etiam* ι. *aut certe* ἐπὶ χωρίῳ τινὶ, *id est*, adeo vt cum Cæsare pacisci ea conditione voluerint, vt regionem aliquam illis assignaret. *Malo tamen legere* ἐπὶ χώρᾳ τινὶ, *ea motus ratione, quod pagina precedente dixerit*, καὶ χώρας ἐκ αὐτάρκη τῆ πολυανθρωπίᾳ σφῶν ἔχοντες: *quod Cæsar dixit*, & pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur. *Hæc autem vt tibi certius constet, ipsius Cæsaris verba afferam, quibus rem totam exponit: sunt autem huiusmodi*, Heluetii repentino eius aduentu cõmoti, cum id quod ipsi diebus xx. ægerrime confecerant, vt flumen transirent, illum vno die fecisse intelligerent, legatos ad eum mittunt. *Dion autem dixit*, ἐς πονδιοῦν ὃν τῇ τῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐκ τῆς τάχους τῆς διαβάσεως αὐτοῦ ἐξεπλάγησαν. *Quod vero hic breuiter dixit*, ὥστε ἐς ὁμολογίας ἐπὶ χώρᾳ τινὶ ἐθελῆσαι ἐλθεῖν, *ille pluribus exposuit*: si (*inquit*) pacem populus Romanus cum Heluetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Heluetios, vbi eos Cæsar constituisset, atq; esse voluisset. *Porro quod sequitur de dandis obsidibus, non multo post etiam a Cæsare commemoratur.*

84.f. ἐπιθυμοῦσιν αὐτῷ] *Postulat sermonis Græci consuetudo vt ita legamus.*

95,m. συνωμόσαντο ἀρὰς προσπεποιημένοι] *Sic emendari posse videtur hic locus, detracta vnica littera, atque ita alibi animaduerti eum esse locutum. Cæsar tamen initio libri secundi de bello Gallico hanc rem tractans, non addit hæc verba*, ἀρὰς προσποιούμενοι. *Sic enim illum orditur.* Cum esset Cæsar in citeriore Gallia in hibernis, crebri ad eum rumores afferebantur, literisq; item Labieni certior fiebat, omnes Belgas (quam tertiã esse Galliæ partem dixeramus) contra populum Romanum coniurare, obsidesq; inter se dare. *Solitos tamen esse Romanos in huiusmodi rebus frequenter imprecationes & diras adhibere, ex multis tum huius auctoris, tum Plutarchi locis constat. Ibid.* πρὸς τῷ αὐξουέννᾳ ποταμῷ στρατοπεδευσάμενος.] Ad Axonam flumen castra se posuisse *dicit Cæsar in suis Commentariis.*

94.p. καὶ τούτῳ ἀτουατικοὶ πλησιόχωροί τε αὐτοῖς ὄντες, καὶ τὸ γένος, τό τε φρόνημα τὸ τῶν κίμβρων ἔχοντες, &c.] *Cæsar* Aduaticos *hos nominat, vbi idem quod hic Dion narrat, his verbis commemorat*, Aduatici cum omnibus copiis auxilio Neruiis venirent, hac pugna nuntiata, ex itinere domum reuerterunt: cunctis oppidis, castellisque desertis, sua omnia in vnum oppidũ egregie natura munitum contulerunt. *Paucis etiam interiectis, quod hic breuiter perstringit dicens*, καὶ τὸ γένος, τό τε φρόνημα τὸ τῶν κίμβρων ἔχοντες, *ille pluribus explicat. Possit tamen aliquis hanc nostram lectionem, Eutropii auctoritate tueri, a quo lib. 6. rerum Romanarũ* Atuatici *constanter nominantur. Ib.m.* ἀλλὰ πάντες ἐπεσχέθησαν] *Legendum potius videtur* ἐπράθησαν. *Est enim a* περάω τὸ πιπράσκω: *vt apparet ex Commentariis ipsius Cæsaris, quo loco* sectionem eius oppidi vniuersam se vendidisse ait. *Ib.f.* γαρβαροπορίους ὑποστρατηγὸν αὐτοῦ] *Legendum est*, γάλβας ὁ σερούιος. *Nam Cæsar initio lib. 3. de bello Gallico* Seruium Galbã *hunc appellat, vbi sic ait*, Cum in Italiam proficisceretur Cæsar, Seruium Galbam cũ legione duodecima, & parte equitatus in Antuates, Veragros, Sedunosque misit, qui à finibus Allobrogum, & lacu Lemano & flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent. *Idcirco autem inde totum hunc locum tibi descripsi, vt cum verbis Dionis conferre liceat. Nam* οὐεράγρους, Veragros, ἀλλόβριγας, Allobrogas, λίμνην λημάνην, lacum Lemanũ *vocat. Quæ enim a Dione de his bellis Gallicis dicuntur, omnia propemodum apud Cæsarem, sed sparsa legũtur: quare labori tuo consulens, quæ huc pertinere mihi visa sunt, inde desumpsi.*

103,m. τὸν γάιον ἐνιέντες] *Legendum est sine dubio* ἐνιέντες, *ab* ἐνίημι. *id est*, Gaium immittentes & subornãtes.

105,f. ἄναρχος ἐκείνων] *Post hoc verbum claudenda est parenthesis, non post* ἄρχειν. *De hac autem eadem re Plutarchus in Catone hũc in modum scriptum reliquit*, μετὰ δὲ ταῦτα τρεβώνιος ἔγραψε νόμον ὑπὲρ νομῶν ἐπαρχιῶν τοῖς ὑπάτοις, ὥστε τὸν μὲν ἰβηρίαν ἔχοντα καὶ λιβύην ὑπ' αὐτῷ, τὸν δὲ συρίαν καὶ αἴγυπτον, οἷς βούλοιντο πολεμεῖν καὶ καταστρέφεσθαι ναυτικαῖς καὶ πεζικαῖς δυνάμεσιν ἐπιόντας, οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ἀντίπραξιν καὶ κώλυσιν ἀπογνόντες, ἐξέλιπον καὶ τὸ ἀντειπεῖν, *&c. Tu cum verbis Dionis confer.*

106,m. κατασχεῖν ἐλπίζων καιρὸν, πρὶν καὶ ὁμοίου τῶν ἐρρωμένων] *Hæc postrema dictio deprauata est in nostro codice: at in eo quo N. Leonicenus vsus est dum auctorem hunc in sermonem Italicum transferret, integra remanserat, quantum ex eius interpretatione coniicio. Plutarchus autem in Catone hoc quoque cõmemorat his verbis*, κάτωνι δὲ ἀναβαίνοντι πρὸς τὴν ψηφοφορίαν ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ βουλομένῳ λέγειν, μόλις ὥραν δυεῖν λόγου ἔδωκαν. ὡς δὲ πολλὰ λέγων καὶ διδάσκων καὶ προθεσπίζων, κατανάλωσε τὸν χρόνον, οὐκέτι λέγειν αὐτὸν εἴων, ἀλλ' ἐπιμένοντα κατέσπασεν ὑπηρέτης προσελθών, *&c. Vide nunc ex his verbis cõiicere possis quomodo sit emendandus ille Dionis locus.*

110,m. ἐπεὶ δὲ ὅ, τε ἄνεμος ἐξαπιναίως ἐπέσχε, καὶ τὸ κῦμα ἐστορέσθη, τά τε πλοῖα οὐκέθ' ὁμοίως ὑπὸ τῶν σκοπῶν ὠκεῖτο] *Veram huius loci lectionem esse existimo* ὑπὸ τῶν κωπῶν ὠκεῖτο: *vt sit hic sensus*, cumq; non iam eodem modo nauigia remis incitarentur. *Hic autem expressa sunt verba hæc Cæsaris*, Ac iam conuersis in eam partem nauibus quo ventus ferebat, tanta subito μαλακία ac tranquillitas extitit, vt se loco mouere non possent.

111,p. δορυδρέπανα προήρτητο σφίσιν οἱ ῥωμαῖοι ἐπὶ δόρατος, καὶ τούτοις τὰ σχοινία αὐτῶν διέτεμνον, καὶ τὰ ἱστία διέσχιζον] *Cæsaris verba in commentariis ad hanc rem pertinentia sunt hæc*, Vna erat magno vsui res præparata à nostris, falces præacutæ insertæ affixæque longuriis, non absimili forma ruraliũ falcium: his cum funes qui antennas ad malos distinebant, comprehensi, adductiq; erãt, nauigio remis incitato prærumpebãtur. *Inepte autem nõnulli eo in loco pro* ruralium falcium, muralium legunt. *Ibid.* καὶ αὐτῶν τοὺς λογιμωτάτους ὁ καῖσαρ ἀποσφάξας, τοὺς ἄλλους ἐπώλησε] *Sic Cæsar hac de re*, Itaq; omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit. *Ib.m.* ἐν δ' αὐτῷ ἐν τῷ κεινῷ ἔτει, κοΐντος τιτούριος σαβῖνος ὑποστράτηγός τε ἐστάλη, ἐπὶ οὐνέλλους, ὧν ἡγεῖτο ἰδουίξ, καὶ τὰ μὲν πρῶτα, *&c.] Neque* οὐνέλλοι *hi a Cæsare vocantur, neque eorum dux* Idouix, *sed* Viridouix, *adeo vt mutilum ac imminutum videatur nomen* ἰδουίξ. *Vt autem horum nominum emendationem, & huius loci explicationem ex eius Commentariis petas, ea adscribam, quæ hac de re lib. 3. de bello Gallico reperi.* Dum hæc (*inquit*) in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum his copiis quas à Cæsare acceperat, in fines Vnellorum peruenit: his præerat Viridouix, ac summam imperii tenebat earum omnium ciuitatum quæ defecerant, ex quibus exercitum magnasque copias coegerat. *Cum ergo aperte videamus, historiam hanc a nostro authore ex ipsis etiam Cæsaris verbis hinc inde desumptis contextam, nulli dubium esse debet, quin hæc quoque nomina propria ad illius exemplar sint corrigenda. Nisi forte quispiam integram lectionem in nostro hoc*

authore conseruatā putet, in illo autem Cæsaris loco vitiatam: quod mihi non sit verisimile.

112,*m.* ὁ κράσσος ὁ πλούσιος τὸ κράσσου τοῦ μάρκου παῖς] *Supra quodam loco pro* μάρκου, *legebatur* μάρκου: *at hic pro* μάρκου, *legitur* μάρκον. *Tanta est horum nebulonum, qui libros quæstus solum gratia perfunctoriè describendos sibi sumunt negligentia. Nec est quod pluribus lectionē hanc nitar confirmare, cum ex Plutarcho, Cæsare & Cicerone hunc* μάρκον κράσσον *appellatum, omnibus constet. Sed Dion prænomina nominibus vt in aliis quamplurimis locis, ita hic quoque postponit: sic enim dicendum fuerat,* ὁ πέπλιος κράσσος τοῦ μάρκου κράσσου παῖς. *Ibidem* ὁ στρατιώτας ἐκ τῆς ἰβηρίας σερτωρείους ἔχοντας] *Aut* σερτωρείους *στρατιώτας,* Sertorianos milites *intelligamus oportet, vt nomen sit adiectiuum, vti* καισάρειοι, *vel potius* καισαρειανοὶ *στρατιῶται dicuntur* milites Cæsariani: *aut (quod mihi magis probatur)* σερτωρίου *in genitiuo casu legamus. sed hoc leue est. Hac autem de re apud Cæsarem sic reperio,* Duces vero hi deliguntur, qui vna cum Q. Sertorio omnes annos fuerant, summamque scientiam rei militaris habere existimabantur. *Ibidem f.* χιμάζοντων δὲ τῶν ῥωμαίων ἐν τῇ φιλίᾳ, πάγκοινοί τε ἐκ ἄσκηνοι, καὶ κελτικῶν, τὸ μέν τι ἐκ σφῶν ὑπὸ σουήβων ἐκβιασθέντες δὲ, ἐκ σφῶν τῶν γαλατῶν ἐπικληθέντες, τόν τε ῥῆνον διέβησαν, ἐκ ἐς τὴν τῶν τρηβήρων ἐσέβαλον] *Cogimur hic quoque loci huius emendationē simul & explicationem è Commentariis Cæsaris petere. Sic igitur ille librum IIII. Comment. de bello Gallico orditur,* Ea quæ sequuta est hyeme (qui fuit annus Cn. Pompeio & M. Crasso consulibus) Vsipetes Germani, & item Tenchteri magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt, non longe à mari quo Rhenus influit. Causa transeundi fuit, quod ab Sueuis complures annos exagitati bello premebantur, & agricultura prohibebantur. *Audacter igitur pro* ὑπὸ σουήβων, *emendo* σουήβων, *vt paulo post legitur: & pro* τρηβήρων, *τεγκτήρων: sic enim pag. 125, m. dicuntur quos Cæsar* Treuiros *nominat. Alibi etiam eosdem* τεγκτῆρας *vocauit.*

113, *f.* ὑβίοι] *à Cæsare* Vbii, σύγαμβροι *autem* Sicambri *vocantur.*

115. *f.* τῷ γὰρ πλήθει πολὺ τῶν ἐναντίων προεῖχον] *Non dubito quin hic legendum sit* πολύ: *id est,* Nam quod ad multitudinem attinebat, erant hostibus multis partibus superiores. *Sic antea dixit,* ὡς ἐκ πολὺ τῶν ἐχθρῶν ὑπερέχων.

118, *f.* αἴτι αὐτῷ (ἐκ πάντων γὰρ &c.] *Sic videtur explendus hic locus,* αἴτι οὐ οἰκίαι, *cum sequatur paulo post,* ἐκ γὰρ αἱ λοιπαὶ οἰκίαι.

120, *m.* συνήρπασεν, ἐπεὶ δὲ πάχιστα τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπαίνων ἔτυχε] *Sine dubio legendum* ἐπαίνων, *id est,* simul atque pro rostris funebris laudatio pronunciata est. *P. Victorius quoque locum hunc citans ita legit. Ibidem.* καὶ τούτῳ ἐκ ὁ πομπτῖνος ὁ γάϊος τὰ ἐπινίκια τὰ τῶν γαλατῶν ἔπεμψε] *Audacter* πομπτῖνος *emendabo, cum eundem antea hoc nomine appellarit, & M. Tullius quoque in epistola quadā ad Q. fratrem eum* Pomptinū *vocet: vbi de eodem negotio agens, hunc in modum scribit:* ea re non longius quam vellem, quod Pomptino ad triumphum ad IV. Non. Nouemb. volebam adesse: etenim erit nescio quid negotioli. Nam Cato & Seruilius Prætores prohibituros se minantur, nec quid possint, scio. Ille enim & Appium Cos. secum habebit, & Prætt. & Tribb. pl. sed minantur tamen, in primisque ἄρης πνέων Q. Scæuola. *Quæ Ciceronis verba multum conducent castigando & explicando huic Dionis loco. Eadem de re ad Atticum scribit libro quarto epistolarum. Ibidem f.* ἐν γρῷ τῷ πομπτῖνου χάμματα αὐτοῖς παρέσχεν, ὥστε ἐς στάσεις συμβῆναι] *Me diu torsit hæc vox* χάμματα, *donec in eum locum Ciceronis incidi, quem proximè attuli, ex quo* πράγματα *legendum esse intellexi: ait enim illic,* etenim erit nescio quid negotioli. *Dion quoque hic scribit, illos Pomptino negotium exhibuisse, adeo vt res ad manus atque ad pugnam venerit, eamque non incruentam. Tandem vero animaduerti hanc meam coniecturam etiam à P. Victorio confirmari, qui ex suo exemplari* πράγματα *παρέχειν describserit.*

121, *m.* ἐν μὲν δὴ τῇ ῥώμῃ ταῦτα τότε ἐπράχθη ἐπὶ ἀγρίπ-] *Eadem hæc verba quæ in fine libri huius habentur, principio sequentis repetuntur: quod tibi fortasse mirum, mihi certe nouum non videtur, præsertim cum idē in Dionysii Halicarnassei de antiquitatibus Romanorū libris (qui iampridem è nostra officina exierūt) obseruarim, & nominatim IV, V, & VI: nec in hoc duntaxat, sed etiam aliis antiquis scriptoribus. Ibidem.* τὸ δομοῦν αὐτοῦ χειλεῖ] *Sic legendum videtur.*

122, *m.* σωρηδὸν ἐπισωρεύονται] *Vtitur & alibi hoc verbo,* καί τὰ ἐκ πάλαι σωρηδὸν συνειλεγμένα αὐτοῖς ἔλαβε. *Sic apud Herodotum,* σωρεύεται, cumulata & coaceruata *sunt.* σωρεύω *etiam apud Homerum* σωρηδὸν *significat, quia nendo agglomeramus. Ib.* περὶ τε τὸν τάμεσον ποταμόν] *Flumen hoc a Cæsare in Commentariis* Thamesis *appellatur.*

123, *f.* ἦρξαν δὲ τοῦ πολέμου τούτου ἐβούρων οἱ ἡγούμενοι σφίσιν ἀμβιόριγος] *Lectio hæc sine dubio est imperfecta: quare legendū puto (quo modo etiam Leonicenus legisse videtur)* ἐβούρωνες αἰχμάλωτοι, ἡγουμένου σφίσιν ἀμβιόριγος. *vt pagina 79 dixit,* ἡγουμένου σφίσιν ἡγεμόνος. *Porro hic non* Ambriorix *sed* Ambiorix *à Cæsare nominatur.*

124, *p.* ἐ μὴν ἀλλὰ αὐτοὶ μὲν ὑπὸ τῆς ἀπειρίας τῆς στρατιᾶς, οὐδὲ ἐν αἰσθήσει τοῦ φθειρομένου ἦσαν] *Pro* ὑπὸ *crediderim legendū* ὑπὸ, *id est,* præ. *erit autem aperta huius loci sententia,* Veruntamen præ multitudine militum, non animaduertebant eorū partem aliquam internecione deleti. *vel,* Tanta erat militum multitudo, vt nō animaduerterent, *&c. Eodem modo alibi dixit,* ὑπὸ τοῦ πλήθους σφῶν. *Ib. m.* δοῦλόν τινα ἑαυτοῦ δι' ἀγγέλου αὐτοῖς παρέσχε] *Malim legere coniunctè,* διάγγελον, *id est,* internunciū, *à verbo* διαγγέλλω, *quo non semel vtitur. Sic* διάγγελος *vocatur* nuntius qui quæ intus fiunt foras perfert & prodit, *vt scribit in suo Lexico Budæus.*

125, *m.* ἰνδουτιομάρου σφᾶς αἰτιωμένου] *Hunc Cæsar in Comment.* Induciomarū *appellat.* Treuiri *(inquit)* Induciomari nunciis impulsi. *Legendum igitur hic* ἰνδουτιομάρου, *vt pagina 134 legitur. Quos autem versu sequente* ῥημοὺς *appellat, & Cæsar* Rhemos, ῥήμους *antea vocauit.*

127, *p.* καίτοι μήτε τῶν ῥωμαίων τι παρηνωχλεῖτο, ἐκ πρὸς ἄν ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἀπεσχημένου] *Debent hæc verba includi notis parentheseos. Ante ἃ autem desiderari videtur* ἔστιν, *vt sit,* ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἔστιν ἃ προσιέμενοι, *i.* τινὰ προσιέμενοι. *Sic enim sæpenumero loquuntur Græci,* ἔστιν οἱ, *vel* ἔστιν οἵτινες, sunt qui, *pro, aliqui:* ἔστιν ἃ, sunt quæ, *id est, aliqua.*

130, *f.* ἄλλοι τοῖς κοντοῖς αὐτοὺς ἐπῆγον, ἐκ αἱ ἀκροβολισμοὶ ἐφέροντο] *Sic legendū est: intelligit enim eos fuisse trāsfixos.*

131, *f.* γυμνώσεως σφῶν προσίεσαν] *In hoc sensu* προσίεσαν *potius dici solet, atque ita (opinor) autor scriptū reliquerat.*

133, *f.* ἀφ' ὧν ὁ κράσσος ῥᾳδίως αὐτοὺς, ἅτε μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀπώσατο] *Pro* κράσσος *emendo* κάσσιος. *Quibus autem adductus rationibus ita emendem, intelliges ex ea quæ proximè sequitur annotatione.*

134, *p.* ὅ, τε γὰρ κράσσος ἐφθαρὼς αὐτοὺς ἀπεκρούσατο] *Iam ei qui præcedentia legerit, satis constat de morte Crassi vtriusque, id est, tam M. Crassi patris, quam ipsius P. Crassi filii. Quocirca cum hic locum non habeat nomen* κράσσος, *contendo legendum esse hic, & supra p. 133. f.* κάσσιος, *eamque lectionem, Ciceronis & Plutarchi, ac sequentium locorum testimonio confirmabo. Nam Cicero libro v. epistolarum ad Atticum ita scribit,* Rumore aduentus nostri & Cassio qui Antiochia tenebatur

tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Itaq; eos cedêtes ab oppido Cassius insecutus, rê bene gessit: qua in fuga magna authoritate Osaces dux Parthorum vulnus accepit, eoq; interiit paucis post diebus. Erat in Syria nostrû nomê in gratia. Venit interim Bibulus, credo voluit appellatione hac inani nobis esse par. *Vides quam pulcre conueniat hic locus Ciceronis cum verbis Dionis: nam & quod de Bibulo hic dicit Cicero, à Dione memoratur,* ἅμα δὲ ἐπὶ πολλαῖς ... ὁ Βίβουλος ἄρξων τῆς συρίας ἀφίκετο. *Idê Cicero eodem libro scribit in hunc modum,* Parthi Euphratem transierunt, duce Pacoro Orodis Parthorû regis filio, cunctis referto copiis. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. *Plutarchi locum, qui habetur in Antonio, ne longior sim, prætermittam cum sequentia etiam* κάκοις *legendum esse probent. Ibidem f.* χαλεπῶς ἐπὶ τε τὸ τῷ τὸ ἰσδυνάμεως θανάτω ἔχοντας] *Sic legendum existimo. Nisi quis malit ex* ἐπὶ *facere* ἔτι.

135.p. σεμινιζαντες τῆς τῶν τρεβήρων χώρας] *Miris modis fuit nomen hoc Treuirorum peruersum & deprauatum in nostro exemplari. Nam antea* τρῆροι *&* τρηνίεροι, *hic vero etiam* τελύροι *&* τελύροι *vocantur. Tu ex his scripturis quam maxime probabis sequere. Nos enim nullam aliam ob causam omnes has scripturas, quanuis deprauatas, in nostrum contextum recepimus, quam vt suo iudicio postea permitteremus. Ib.f.* ὑπ' μόνοις δὲ ἀπεχώρησε τοῖς συλλαμβροις τὰ ἐκείνων ἀνίσασθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ῥωμαίοις ἐπέθεντο] *Quis non videt de verbo* ἀπεχώρησε *expungendum esse* ω, *vt legatur* ἀπέχρησε, *id est* ἐξήρκεσε, *ab* ἀπέχρη. *sicq; horum verborum sensus huiusmodi,* Nô tamen satis fuit Sicambris eorum bona diripere, sed etiam in ipsos Romanos inuaserunt. *vel sic potius,* Veruntamê Sicambris parum esse visum est quod prædas egissent, nisi etiam in castra Romanorum irruptionê facerent. *At si legatur* ἀπεχώρησε, *sententia (meo quidem iudicio) ex hoc loco elici nulla poterit. Ib.f.* καὶ τούτω σφισι βοηθησάντων σφῶν] *Inserenda est huic participio syllaba* πα, *legendumque* σφισι βοηθησάντων, *id est,* Cum autem suppetias interim illi venissent.

136.p. ἡγεμόνα σφῶν οὐερκιγγετόριγα] *Ita legendum esse patet ex sequentibus, vbi* οὐερκιγγετόριξ *nominatur,* Vercingetorix: *a Plutarcho vero* οὐεργεντόριξ *dicitur. Ib.m.* καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς ἐς ἀβριτούριγας ἐμβάλλοντας] *Qui à Dione* ἀβριτούριγες *appellantur,* Bituriges *à Cæsare vocantur: & oppidum* Auaricum, *quod erat maximum munitissimumq; in finibus Biturigum, atque agri fertilissima regione,* ἀουαρικὸν *continuo post ab eodem Dione nominatur. Ib.f.* καὶ τοὺς ἀνθρώπους ταύτης ὀργῇ τε καὶ τῇ ... τῆς ἀλώσεως ... ἔσφαξαν] *Cæsar hac de re ita scribit,* Sic & Genabensi cæde, & labore operis incitati, non ætate confectis, non mulieribus non infantibus pepercerunt.

137.p. μακρὰ δὲ ἐπὶ τῇ μάχη ... αὐτοὺς ...] *Commodius, (meo quidem iudicio) legetur* μακρὰ καὶ ... *Sic enim hæc verba Cæsaris reddidit:* iis quam longissime possent progredi iussis. *Sed vt totum locû intelligas, verba Cæsaris huc afferam, quæ expressisse videtur Dion: sunt autem hæc,* Itaque ne id accideret, siluestri loco positis castris, è regione vnius eorû pontiû quos Vercingetorix rescindendos curauerat, postridie cum duabus legionib. in occulto restitit: reliquas copias cum omnibus impedimentis, vt consueuerat, misit, demptis quibusdam cohortibus, vti numerus legionum constare videretur. His quam longissime possent progredi iussis, cum iam ex diei tempore coniecturam caperet in castra peruentum, iisdem sublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere cœpit. *Quem locû in pauca verba contraxit Dion. Ib m.* ἐς γεργοβίαν συνέφυγον] *Hoc oppidum Cæsar* Gergouiam *appellat in Commentariis, vbi ipse quoque de eius expugnatione se desperasse ait. A Suetonio etiam* Gergouia *nominatur. Ib. f.* καὶ ... οἱ καταληφθέντες ἀπώλοντο] *Mihi dubium non est quin legendum sit* καταλειφθέντες: *id est,* perlime cum iis qui remanserant actum est. Nam C. Fabium legatû cû legionibus duabus castris præsidio reliquerat Cæsar: quûq; inde mouisset, medio fere itinere equites à Fabio missi, quanto res in periculo fuerit exponût, summis copiis castra oppugnata demonstrant, cum crebro integri defessis succederent, ac suos assiduo labore defatigarent. *Sed Dion, more suo, rem totam paucis verbis perstrinxit.*

139.m. τὸ ἄλλο τὰς ἀχρειοτάτας ἐξέβαλεν] *Particula* καὶ *videtur ante articulum* τὸ *desiderari.*

140.p. πολλοὶ δὲ ἐς γόνυ, τῷ τε χεῖρε πρήνεις ἰδεῖν] *Facile est, quis sit huius loci sensus coniicere, sed quæ recta sit lectio, non item. Nam Commentariis Cæsaris adiici nihil sumus, vtpote qui hoc tantum dixerit,* Vercingetorix deditur, arma proiiciuntur. *Plutarchus vero hæc in re cum Dione propemodum cõsentit: scribit enim in Cæsare,* ὁ δὲ τῶν σύμπαντος ἡγεμὼν πολέμου οὐεργεντόριξ ἀναλαβὼν τῶν ὅπλων τὰ κάλλιστα καὶ κοσμήσας τὸν ἵππον ἐξίππευσε διὰ τῶν πυλῶν, καὶ κύκλῳ περὶ τὸν καίσαρα καθεζόμενον ἐλάσας, εἶτα ἀφαλόμενος τοῦ ἵππου, τὴν μὲν πανοπλίαν ἀπέρριψεν, αὐτὸς δὲ καθίσας ὑπὸ πόδας τοῦ καίσαρος, ἡσυχίαν ἦγεν, ἄχρις οὗ παρεδόθη φρουρησόμενος ἐπὶ τὸν θρίαμβον. *Quod enim dixit Dion,* πολλοὶ ἐς γόνυ, *Plutarchus significat cû ait,* καθίσας ὑπὸ πόδας τοῦ καίσαρος. *sed hoc amplius addit hic author,* τὼ χεῖρε πρήνεις: *quibus verbis habitum supplicis misericordiam implorantis exprimit.* Solebant enim supplices *(vt scribit Plinius)* genua attingere, & ad ea manus tendere: *quod etiam patet ex illo Quintiliani loco,* Tendit ad vestra genua supplices manus: *& ex illo Ciceronis,* Supplex manus tendit patria communis. *Significat igitur Dion sine dubio, Vercingetorigem genibus Cæsaris aduolutum, manus tetendisse. Atque id eo audacius affirmo, quod videam N. Leonicenum hanc sententiam esse secutum: sed haud scio an in eius exemplari deprauate legeretur, vt in nostro,* τὼ χεῖρε πρήνεις. *Ib. m.* οἱ τε ... οἱ πλανητικώτεροι κομμίου ... ἀτρεβάτας ... ὠνομασμένοι σφῶν] *Legendum est* ἀτρεβάτας, *vt paulo post habetur, & à Cæsare quoque* Comius Atrebas *vocatur. Ib. f.* καὶ χαλεπῶς αὐτῶν αὐτοῦ ἐκράτησε] *Sic legendum: id est,* & iis plurimû exhibuit negotii. *Eodem sensu alibi dixit,* βαρὺς ἐγένετο.

141.p. ἐπεὶ τε γὰρ ἐς ἔξοδον, καὶ ὁ πόλεμος ἐπέπαυτο] *Libenter mutarem illud* ἐπεὶ *in* ἤδη: *est enim hic sensus,* Nã & annus iam erat in exitu, *vel,* Iam totus propemodum annus exactus, & à bello cessatum erat. *Nec est quod vereamur ita emendare, cum pagina sequente eodem modo locutus sit. Ib.m.* κἀπὶ χαὶ τε καὶ τὸ πλεονεκτικὸς] *Asterisci nota ante particulam* καὶ *apponenda fuit, quæ indicaret locum imperfectum esse: quod facile perspicies si ordine verborum commutato, ita legas,* ἄλλως τε καὶ τὸ πλεονεκτικὸς, ὅπερ που καὶ μόνον ἐν τῇ φιλίᾳ αὐτοῦ κατεῖχέ τι καὶ. *Pro* αὐτοῦ *autem dubium mihi non est quin* αὐτοῖς *legendum sit.*

143.p. ὕστερον δὲ φοβηθεὶς μὴ ἐξέλθῃ τῆς γυναικὸς καταφύγαξη] *Mihi non videtur locum hic habere verbum* ἐξέλθῃ, *sed reponendum* ἐπεξέλθῃ. *hoc sensu,* Deinde veritus ne iniuriam sibi factam Clodius vlcisceretur, cum interfecit. *Eodem modo dixit Herodianus,* ἐπεξελθεῖν τῷ τοῦ βασιλέως αἵματι, *pro* Persequi & vlcisci mortem regis. *Sic etiam alibi ipsum Dionem locutum memini. Ibidem m.* καὶ μετὰ τῶν πυρὰν ἐκ τῶν βάθρων ἀνοικοδομήσαντες] *Expungendum est* ἀ *de principio huius participii. Dicitur enim* πυρὰν ποιῆσαι, rogum extruere.

145,m. τῶν γὰρ δὲ τελῶν δωρυφορηκότων] *Exemplaris nostri scripturam retinui, nec δωρυφορηκότων emendaui, quod scirē in hoc verbo, vt in aliquot aliis, nullam a scribis seruatam esse constantiā. Siquidem in vetustis codicibus legi δωρυφορεῖν & δορυφορεῖν, vt δαδουχεῖν & δαδουφορεῖν, ψηφοφορεῖν & ψαφηφορεῖν: sic etiā χαμμαπφόρος & χαμμαπηφόρος. Hoc quamuis leue, non indignum tamen admonitione putaui.*

160,m. ἐπειδὴ τῆς γαμβρικῆς φιλίας πολὺς θεραπεύων.] *Pro φιλίας legitur etiā χάρις, eodem sensu. Ib. f* ἐπὶ συνείδα μὲν ἐν ἐμαυτῷ τά τε ἄριστα & τὰ συμφέροντα τῇ πατρίδι προτεθέντα] *Legendum est,* συνείδα ἐμαυτῷ προθέμενα. *Hoc enim dicit,* Mihi conscius sum, semper me commodis vtilitatiq; patriæ seruiire. *Sic dicitur,* συνείδα ἐμαυτῷ δεινὰ εἰργασμένῳ, *vel* εἰργασμένος.

158,m. αὐτίκα τε ἐπὶ πόλεις ἐς τὸ βρεντέσιον ἀφωρμήθη, & τὸ δομέτιον ἐκλιπόντα τὸ κορφίνιον, ἀπολυθῆναι ἐκέλευσεν] *Hoc oppidum à Stephano & Plutarcho* βρεντέσιον *appellatur: Latinè* Brundusium *siue* Brundisium. Κορφίνιον *autem nomen viri proprium esse credidit scriba noster, ideoq; ex articulo τὸ nimis imprudenter fecit τόν.*

159,m. τότε ἐξ αὐτῆς ἐπέσπεσε ὁκέλμαν] *De hac lectione nemini dubium esse potest.*

160,m. τότε δὲ & ὁ σφαιρίας ὁ μετὰ φιλίππου τινὶ πρυτανεύσας ἀπέθανεν] *Emendo* πέντε δέ: *præcessit enim,* ἐν τῷ ὑστέρῳ ἔτει. *Qui autem* σφαιρίας *hic dicitur, a Plutarcho* σφηνίτας *nominatur, & à Plinio quoq; atq; ita, vt opinor, scriptum reliquerat Dion.*

162,m. τῷ τε βρούτῳ τῷ δικίῳ] *Hunc antea* δέκιμον βροῦτον *vbiq; vocauit, atq; ita Plutarchus quoq; eum nominat. Apud Suetonium quoq;,* Decimum Brutum, *nō* Decium *legi. In sequentibus tamen à Dione modò* δέκιος βροῦτος, *modò* δέκιμος *vocatur. Ibidem f.* & τῷ μὲν φαβίῳ τὴν τε ὄπισθε τῆς πυρήνης φρουρὰς πεποιημένῳ] *Hic* πυρήνης ὄρος *vnico p scribit: at pagina 165* πυῤῥήνης: *rectè vtroq; modo. Nam & in Commentariis Eustathii in Dionysii Periegesim (quos his paucis diebus diuulgauimus) vtrāq; scripturam reperio.*

164,pag. ὡς γὰρ πολλαχῇ τειχίζοντες, οὐδαμῇ διαφυγεῖν ἐδυνήθησαν] *Non video quis esse possit huius loci sensus, nisi* πειράζοντες *legatur.*

166,p. αἰσχρὸν μὲν γὰρ, τὸ δ' ἀρχαῖμά τε ἡσσῶντας, ὅστερον μαχησώμεθα.] *Dicere solet,* ἡσσῶσθαί τινι, *vt pagina 11. f.* οὐκ ἴχε πῶς κατ' ἀξίαν ἡσσῶ τοῖς παροῦσι. *Eodem modo hic quoq; postulare sensus videtur, vt* τινὶ ἡσσῶντας *legamus.*

170,p. ὦ, τί αὖ ὑμᾶς ὀνομάσαιμι] *Sic locutus est pagina 574, versu 38.*

171,f. λύκιος σκελλώνιος λίβων] *Audacter ita emendo, ex alio loco qui habetur pagina 366*

174,p. τό, τε κοινὸν τὸ πολίμου ἤρτητο] *Legendum mihi videtur,* τό τε κρεῖον τὸ πελίων ἤρτητο: *quo modo N. Leonicenum in suo exemplari legisse arbitror.*

175,p. πεποιθὸς μὲν δὴ φρόνημα & πιστὸν τὴν ἐλπίδα, ἢ πιστότην] *Aut abundant, suntq; perperam a scriba repetita postrema haec verba* ἢ πιστότην: *aut (quod mihi probabilius videtur) deest vox aliqua post* πιστότην.

176,m. περὶ τὴν τῆς ῥαχὶ δυσχέρειαν] *Non video quomodo* ῥαχὶ *in genitiuo dici possit, ideoq;* τῆς ῥάχεως *reponendum puto, a nominatiuo* ῥάχις: *aut* ῥαχίας, *a recto* ῥαχία.

180,p. & αὐτοὺς ἐλευθερωτὰς αὐτῶν ὀνομάζοντες] *Cum* αὐτοὺς *hic accipiatur pro* ἑαυτοὺς, *si regulas grammaticorum sequamur, aspirandum est. Ea tamen differentia in vetustis codicibus raro obseruatur.*

181,m. ὥσπερ τινὰ ὑπὸ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, ὑπὲρ & τινὰ κατὰ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας ποιούμενοι] *Pro* ὑπὸ *legendum esse* ὑπὲρ, *vel ex eo liquet quod illi opponat* κατὰ. *Siquidem iis particulis vt contrariis vtuntur Graci, cum dicunt,* μάχεσθαι ὑπέρ τινος, *vel* ὑπερμαχεῖν, *aut* ὑπερμαχεῖν τινος, pro aliquo pugnare: & μάχεσθαι κατά τινος, καταμαχεῖν τινος, contra aliquem pugnare.

182 p. διά τε τὸ ἀπαλοῦς, & διὰ τὸ ἀπαλῶσαι] *Crediderim scripsisse Dionem* ἀπαλοῦς, *idq; ex alio loco coniicio: interim tamen non ignoro* ἀπαλοῦς *ab* ἴδεα *formari posse, vt* ἀπαλοῦς *ab* ἴδεα.

183,m. ἐρυθρόδημον τι ἐν μέρει μὲν τοῦ τῆς χιλιάδος δυναστεύοντος] *Emēdo* ἐρυθρόδημον, *ex alio tum huius authoris, tum etiam Ciceronis loco. Ibidem f.* καὶ ἐγκαλεῖν & αὐτῷ τὸ ἀνακαλεῖν, ὅτι & πατρὸς καὶ αἰδοῖος περὶ τὸ εὐεργέτην ἐγένετο] *Dicimus* ἐγκαλεῖν τινι τινὸς, *vel* τί, Crimini dare, aut obiicere alicui aliquid: *vt pagina 385, p.* ὅ δὲ δὴ μάλιστα ἐπεί τι τῷ καίσαρι ἐγκαλεῖν. *Dicimus etiam* ἐπικαλεῖν τινί τι, *vt pagina 207, m.* τότε ἄλλα ἐπεκάλεσεν αὐτῷ, καὶ ὅτι τὸ παιδίον τὸ εὐεργέτην ἐκάλεσεν. *Quocirca hic legendum esse* τὸ ἐγκαλεῖν *aut* ἐπικαλεῖν, *& simplex* καλεῖν *hoc in sensu nouū & inauditum esse existimo.*

184,f. *Pro* καλῶνος *emendandum* καλώνος, *& pro* αἰπῖτες, ἰαῖνοι. *Quod si qua sint alia errata in hac Consulum enumeratione, ea hic quoq; (vt antea dixi) tibi emendanda relinquam.*

187,f. καὶ νίκας πολλὰς μὲν ἐν τῇ ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ ἀσίᾳ, τῇ τε εὐρώπῃ παραδόξως & κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἐκ μεγάλων αἰτιλόμενος] *Locus hic miserè deprauatus est, & quāmuis primo aspectu sensum aliquem præ se ferat, si tamen penitus inspicias, aliter iudicabis: nam quo referetur* αἰτιλόμενος? *Sic igitur emendo,* καὶ νίκας πολλὰς μὲν ἐν τῇ ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ ἀσίᾳ τῇ τε εὐρώπῃ παραδόξως ἀνελόμενος. *vt pagina 234 p. & 235 f.* ὅτε νίκην τινὰ ἐπ' αὐτὴν ἀνεῖλεν). *Nam cum imperitus scriba* νίκας παραδόξους *dici posse non crederet, ex nomine, insertis duabus litteris, fecit participium, & ex* πολλαί, πολλάς. *Hanc autem meam castigationem confirmabit, vt spero, exemplar N. Leoniceni.*

189,f. χρονίσαι τε γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ συνόδῳ] *Sic legēdum est, à verbo* χρονίζω.

193,m. τοῖς μὲν δὴ ἰδιώταις, τοῖς δὲ θαρσοῦσι τοῖς ἐχρῆτο] *Ita malim legere, alium locum secutus.*

195,p. καλῖνος ὁ μάρκος] *Hic animaduertis eam scribæ inconstantiam, cuius te prius admonui: nam cum antea* καλῖνος *vbiq; scriptum sit, hic* καλῖνος, *quam scripturam apud Plutarchum etiam reperio.*

196,f. ἐψηφισμένων δὲ τούτων, & ἐνίοτε λαθὼν ἱερὸν τῶν παρακαλουμένων] *Locum hunc ita emendandum arbitror,* & ἐνυοῦς τε λαθὼν ἱερὸν παρακαθῃρέθη. *hoc sensu,* Cum autem hoc accidisset, Bellonæ quoque templū quoddam illis incognitum corruit. *Repetendum autem a superioribus erit* τεμένισμα. *Nam sic alibi etiam* ἐνυὼ *vocat,* τὸ τῆς ἐνυοῦς τεμένισμα. Bellonæ deæ (*quæ* ἐνυὼ *vocatur*) templum: *sic* ὁμονόειον, τὸ τῆς ὁμονοίας, templum Concordię deæ, *cuius Cicero quoque meminit: sic* διοσκούρειον *&* ἡρακλεῖον.

204,f. ἀχθεσθεὶς δὲ ἐπὶ τῇ τῆς τύχης & τῆς γυναικὸς ἀρχῇ] *Hic* ἀχθεσθεὶς *legamus necesse est, id est,* λυπηθείς.

209 p. στρατηγός τε δίκα ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἀποδεῖξαι, & ἑτέρους ὑπὲρ τὸ νενομισμένον] *Pro* ἀποδεῖξαι, *aperte docet ipsa sententia legendum esse* ἀποδεῖξαι: *&* ὑπὲρ τὸ νενομισμένον, *id est,* præter morem: *vt pagina 4 dixit* παρὰ τὸ νενομισμένον, *& alibi,* ἔξω τοῦ νενομισμένου: *nisi quis malit nostram lectionem retinere, vt intelligat accusatiuum* ἀεδίλης.

215,m. καὶ πέτρων τὸν χειλέα τὸ τὸ περιεχόμενον αὐτῷ] *Scribendum* χειλῶνι, *vel potius* χαίνωνι. *vt pagina 510 versu 34.* χαιτωνίας, *διὰ τῆς* αι *διφθόγγου. In nostro autem exēplari male cohærebant inter se syllabæ: legebatur enim* ἐν χε τὸ λοιπό.

220,p. μετὰ χιλίας δίκας] *Emendo,* χιλὲς δίδυ, *idque ex alio loco. Ibidem f.* πολλὰ τοιαῦτα ὀκνεῖν & λέγων καὶ ἰπεράξαι] *Omnino legendum puto,* καὶ ἐλέξων καὶ ἐπράξαι. *Quod autem hic de Mario atque Sylla dicit, idem pagina 161, & 289 dictum reperies, poterisque conferre.*

213,f. ἄλλοι δὲ & ὁ ἐξῆς ἐπίεσε θανατωθῆναι] *Reponendum*

dum est ὑπομνήσειεν, *ex eo loco qui habetur pagina* 140. *vbi post alia multa, tandem de hoc Vercingetorige dicit Dion*, καὶ διὰ τοῦτο ὅτι ἐν τῷ πρὸς ἔχθρα αὐτοῦ ἐλπίσαν ἐχρῆτο, οὐκ εὐθὺς ἐν δεσμοῖς ἐδέθη, καὶ ἐς τὰ ἐπινίκια μετὰ τοῦτο πέμψας ἀπέκτεινε. τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο. *Quæ postrema verba cum illic addit, ostendit hæc non eo tempore facta fuisse, sed aliquanto post: hic vero quodnam fuerit illud tempus, docet: quo fit vt audacter* ὑπομνήσειεν *reponam.*

226, *f.* τὴν πολυπαιδίας ἆθλα ἐτίθησι] *Conturbat sententiam articulus* τὴν, *ideoque aut expungendus, aut in* τὰ *mutandus videtur. Horum autem* τῆς πολυπαιδίας ἄθλων *meminit etiam pagina* 549.

234, *m.* ἄλλοις τε πολλοῖς πομπικοῖς ἐχρήσατο] *Dicti sunt antea* πομπήϊοι Pompeiani, *vt* καισάρειοι Cæsariani: *at hic locum non habet hæc lectio. Lege igitur* πομπείοις, *qua voce significantur* pompæ fercula, τὰ εἰς τὰς πομπὰς κατεσκευασμένα σκεύη. *Sic vsus est pagina* 223.

236, *p.* περὶ τοὺς βασιλεύσοντάς ποτε ἐν ῥώμῃ] *Quis non videt hic legendum esse* βασιλεύσαντας?

257, *m.* ἵνα καὶ τοὺς ἰσχυροὺς τοὺς δημοσίους, οὐχ ὅτι τοὺς βουλευτὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς πάντας τι προστίθεσθαι, καὶ ἀπεκήρυξε τὰς κλίνας] *Locus hic sine dubio est deprauatus: sed cū mihi non constet quomodo sit corrigendus, satius duco tacere, quam aliquid ἀπροσδιόνυσον afferre. Nisi forte legēdum sit,* πάντας τι ἐς τὸ προστίθεσθαι ἐσελώσης, *vt pag.* 681. *aut* ἐς τὸ προστίθεσθαι ἐξέθηκεν, *vt pagina* 301. *Sed illud quoque* ἰσχυροὺς *suspectum mihi est.*

243, *p.* ἱερωμένους τε ἐς τοὺς τῶν παιδὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρείαν, τὴν ἰουλίαν ὀνομάσαντες] *Primum hic lego* παιδὸς *γυμνοπαιδίας: siquidem* γυμνοπαιδίας παιδὸς, *vt pagina* 245 λυκαίων γυμνοπαιδία, *vocantur à Dione* Lupercalia, *quæ sacra a nudis sacerdotibus in honorē Panis celebrabātur. Quod apparet ex Suetonio Trāquillo: nam is quoq; vbi honores oēs Cæsari decretos recenset,* Lupercos *eis annumerat.* Sed & ampliora etiā (*inquit*) humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia & pro tribunali, thensam & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra, iuxta deos puluinar, flaminem, Lupercos, appellationem mēsis è suo nomine, ac nonnullos honores ad libidinē cepit & dedit. *Iam igitur de hac lectione constat. Verum articulus* τὴν *hic quoque sententiam conturbat, nisi quis ex participio verbum faciat, vt legatur,* τὴν ἰουλίαν ὠνόμασαν. *Ib. f.* ἀλλ' ἔτι μεῖζον ἄλλο καθ' ὑπερβολὴν ἐσέφερον] *Si relicta parenthesi cum præcedentibus hæc connectas, intelliges legendū esse* ἀεί τι μεῖζον.

244, *f.* λυκίου καισίου φλαύιου] *Hic à Suetonio* Cæsetius Flauius, *non* Flaccus *nominatur: vter rectius, ipse videris.*

249, *f.* ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐλευθερώσει τῆς πόλεως, προσβαλόμενοι τὴν καὶ πρᾶξιν πεποιηκότες] *Antea duobus in locis inuenimus particulam* τὴν *otiosam & supernacaneam: quare ex alterutro eorum locorum huc transferatur oportet, vbi ea maxime opus est: vt legamus* τὴν προσβαλόμενοι, *id est,* quā liberationem reipublicæ facto suo prætendebant.

255, *m.* οὐ γάρ τι καὶ ἀγνοῆσαι αὐτὰ πεποιήκασι] *Sic Aristoteles in* 7. *Ethicorum locutus est,* μόνα γὰρ αὐτὰ ὁ θεὸς στερίσκεται, ἀγένητα ποιεῖν ὅσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

262, *p.* παρελθὼν ἐς τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων] *Conatur Leonicenus in sua Italica interpretatione sensum aliquē ex hac lectione elicere, perinde ac si dixisset Dion,* παρελθὼν σὺν τοῖς παμφορμένοις τὰ νικητήρια: *sed repugnant sequētia ac plane ostendunt legendum esse* τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων, *id est,* τὴν πομπὴν τῶν ἐπινικίων, τὸν θρίαμβον. *vt pagina* 359. τὸ γὰρ δοθῆναί τινι ἐξουσίαν τὴν τῶν νικητηρίων πέμψεως, μεῖζον τοῦ στρατηγίας αἰτεῖν παρ' ἑτέρου λαβεῖν. *Sic & alibi:*

266, *p.* τιμαῖς τε οἵαις οὐδένα ἄλλον ἠγγέλκατε] *Nullo modo congruit huic loco* ἠγγέλκατε, *ab* ἀγγέλλω: *ideo repono* ἠγάλατε, *quod præteritum est a verbo* ἀγάλλω, *quo sæpe vtitur pro* κοσμῶ, *vt pagina* 574. καὶ ὑμεῖς ἐξ τῶν ἄθλων ἀγάλλω, *id est,* & vos propositis à me præmiis orno. *Itidem & hic,* τιμαῖς ἠγάλατε, honoribus decorastis.

268, *pagina* γνοὺς γάρ τις * περὶ τὸν στρατηγὸν ὁμωνυμίας ἀπώλετο, ἐφοβήθη μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃ] *Sensus huius loci est huiusmodi.* Nam cum quidam Gaius Cascas intellexisset, Cinnæ causam mortis attulisse quod ipsi duci exercitus esset cognominis, timuit ne sibi idem contingeret. *Atque ita integra erit sententia: sed ipsa verba quæ hic desunt, aliunde supplere non ausim, quam ex aliquo emendatiore exemplari, quod mihi ad manum non est.*

279, *m.* ὅτ' αὖ παρέσται δέον τι πρᾶξαι, καθυφήσομαι αὖ καὶ μετὰ κινδύνου τοῦ ποιῆσαι] *Locus hic ita sine dubio est emēdandus,* ὅτ' αὖ παρὸν τῶν δεόντων τι πρᾶξαι, *&c. vt sit hic sensus,* neque vero si quid sit in quo officium meum præstare possim, vllius periculi metu ab eo deterreri queam. *Sic pag.* 282. μηδὲν τῶν δεόντων δρᾶσαι. *Illud autem* παρὸν *impersonaliter dicitur, vt* ἐξόν. *Sic pag.* 287. παρὸν αὐτῷ ἀκινδύνως εἶναι μόνον.

281, *p.* οὐ μέμνησθε προστησάμενοι ὑμᾶς ἐπὶ τῷ τὸ καίσαρος τελευτῇ λαβεῖν, *&c.*] *Post verbum* μέμνησθε *desiderari videtur particula* ὅπως, *vel* ὅτι, *vt pagina* 85, οὐ μέμνησθε ὅτι *&c.*

287, *m.* ἀλλ' ἁμαρτεῖν ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῦτό τι ἀκούσας, *&c.*] *Non erit (meo quidem iudicio) bona consecutio, nisi pro* ἁμαρτεῖν *legamus* ἥμαρτεν.

302, *p.* πρὸς τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν δεόντων τι εἶπεν] *Lege* πρὸς τῷ. *Est enim idem loquēdi genus cum eo quo pagina* 19. *vsus est, cum dixit,* ὥστε πρὸς τῷ τοὺς ἐλεγχομένους κολάζειν, καὶ τοὺς κατηγοροῦντας αὐτῶν ἐτίμα.

303, *m.* ἵνα καρπανίαν ἐπ' ἀδείας ἔχῃς] *Scribendum est* κερωνίαν. *Hoc enim nomine vocata fuit mulier illa, cuius abusus consuetudine & familiaritate Cicero iam senex, multa dignitate sua aliena & fecit & dixit: vt ne ipse quidem eam quam tantopere nobis commendatam esse voluerat, grauitatem seruare potuerit. Hanc autem in quadam epistola ipse P. Seruilio collegæ intime commendans,* necessariam suam *appellat.*

30-, *p.* τοῦ μὲν γὰρ ἐξ ὧν ἀδικοῦσιν ἑαυτοὺς συνίσασιν οὐ πιστεύουσι] *Omnino legendum censeo* ἀδικοῦσιν ἑαυτοῖς συνίσασιν, *vt Isocrates loquitur.* συνίσασι γὰρ οἱ μὲν δι' ἡμᾶς φιλοπραγμοσύνην ἠμελημένοι τῶν ἀρχόντων γεγενημένοις.

325, *p.* ὡς καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης δεδωκὼς συνεβάλλοντο] *Legendum puto* ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης: *vt pagina* 96. *dixit,* ἐκεῖνος γὰρ τοῦτο τε οὐκ ἀπὸ γνώμης σφᾶς πεποιηκότας εἰδώς. *id est,* cū sciret eos non de suo consilio id fecisse: *vel,* authores non fuisse vt id fieret. *Quo in loco cauendum ne pro* ἀπὸ *scribas* ἄπο: *esset enim cōtrarius sensus, vt apud Pausaniam initio τῶν ἀχαϊκῶν,* Καὶ πως ἐδόκει τῷ ἰωνι ἐγένετο οὐκ ἄπο γνώμης. *id est,* ex animi sententia, vt optabat. *Sic Sophocles in Trachiniis,* κ' οὐ κ' εἰμὶ καὶ γὰρ νῦν ἄπο γνώμης λέγεις.

346, *m.* καὶ τοὺς ἄλλους συναποστήσωσι] *Audacter emendo* συναποστήσωσι, *id est,* vna secum ad rebellionem impellerent. *Est enim* ἀποστῆσαι, ἀποστάσιν προτρέπειν, ad defectionem, siue rebellionem sollicitare & perpellere, *vt pagina* 443. ὅτι τοὺς τε μορίους ἐν τῇ ἀσίᾳ ἀπὸ τοῦ ἀντωνίου πρὸς τὴν ῥωμαίων ἀπέστησε, *&c. At significatio verbi* ἀποστῆσαι *plane abhorret ab hoc loco.*

353, *m.* τὸ γὰρ ἄλγημα ὁ θάνατος προσελάμβανεν] *Expungēdum est* σ *de hoc verbo, vt* προελάμβανε *legamus: hoc sensu,* siquidē dolorē mors anteuertebat, adeo subita erat & repentina. *At vero* προσλαμβάνω, *idem est quod* assumo, ascisco, suscipio: adiuuo *apud Strabonem:* cōfirmo *apud Polybium. Has enim omnes huius verbi significationes enumerat in suo Lexico Budæus, quarum tamen nulla huic loco quadrare mihi videtur: ideoque lego* προελάμβανεν, *cuius verbi vim explicat idem in suis linguæ Græcæ Commentariis.*

357,p. Οἱ μὲν οὖν βρῦτοι, ὅ, τι κάσιος ὕπως ἀπώλοντο, ... ξίφεσιν οἷς τὸν καίσαρα ἀπεχρήσαντο σφαγέντες, οἱ ἄλλοι οἱ &c.] *Eadem prope Suetonius quoque scribit*, Percussorum autem fere neque triennio quisquam amplius superuixit, neque sua morte defunctus est: damnati omnes: alius alio casu periit pars naufragio, pars prælio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violauerant, interemerunt.

360,p. διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν, ὃ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ πίσταν ἐπέθετο] *Hic cognomento* Pius *vocatus est, ob eam quam fratri præstiterat pietatem: vt* Metellus Pius, *ob eam quam patri. Quare nomen hoc* πίσταν *tibi emendandum relinquo.* Pietas enim *Græce sonat* εὐσέβεια: *&* Pius εὐσεβής: *siquidem antea* Metellum Pium, μέτελλον εὐσεβῆ *nominauit.*

369,m. ἀφανισθείσαι οἱ δόξαι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμαλῦναι] *Crediderim pro* ἀμαλῦναι *legendum esse* ἀφελεῖν. *Quanquam Leonicenus aliam lectionem secutus videtur.*

375,f. συμπλείους τοῖς τοὺς δούλους ἔχουσι προσπαρέχειν] *Significatio verbi* προσπαρέχειν *huic loco nullo modo conuenit, idcirco inserta litera c lego* προσεπιτάττειν. *Sic enim Xenophōn dixit,* προστάττειν εἰσφοράς, imperare tributum: *idem quod* συντελείας προστάττειν.

379,p. ταῦτα ὅ οὖν συνῄρηκεν] *Nemo (opinor) ibit inficias quin hæc vera sit huius loci lectio.*

380 p. ὃ αὐτοθεσίων ὃ αὐτὸ ἐκεῖνο] *Lege* αὐθαιρετον, *vt paulo post* αὐθαιρέτως: *siquidem in* αὐτοθεσίων *geminata est præpositio* αὐτὸ, *idque perperam.*

383,p. ὃ προσέταξεν ... δουλευτικὴν μονομαχίαν] *Dormitabat scriba cum pro* βουλευτικὴν *scripsit* δουλευτικὴν.

391,f. πέπτει, σίξηνυός] *Recte emendare potes pro* πέπτει, πομπήιος.

412,m. ὃ τοὺς ἄλλους ἐκ τόπου ὃ ἐλπίσας καὶ κατέστησε] ἐλπίζειν *sperare significat: at* ἐπελπίζειν τινὰ, aliquem in spē adducere, facere vt aliquis bene speret, nec animū despondeat. *Quare non dubito quin hic Dion scripserit* τοὺς ἄλλους ἐπελπίσας, *vt pagina* 220, παραμυθήσατο τε αὐτοὺς, καὶ ἐπήλπισεν, consolatus est eos, ac eorum animos cōfirmauit, *vel* eos bene sperare bonoque animo esse iussit.

416.p. ἐκείνην τὴν βασιλίδα βασιλείον] *Scripserat, vt opinor, Dion,* βασιλίδα βασιλίδων: *sed scriba genitiuum* βασιλείων *qui ad sequentem locum pertinebat, vtrique accommodare voluit.*

424,p. ἤδη γὰρ ἐκ μαντείου ἦν] *Eodem modo locutus est, pagina* 158, *m.*

426,m. καὶ ἔτι καὶ αὐτὴ καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πάντα καὶ ἐνεργήσασθαι καὶ ἐναυλοχίσασθαι] *Post verbum* ἀναυλοχίσασθαι *videbam deesse aliquid, ideoque asterisci notam apposui: perfici tamen posse videtur sententia si legamus,* ἐναυλοχίσασθαι ἐπιτήδεια, *vt paulo post dixit,* ἐμμαχέσασθαι δὲ ἐν σαρακοσίοις ἐπιτηδειοτέροις.

431,m. οἱ καὶ πρὶν κρατῆσαί τι πεποιηκότες] *Subest (meo quidem iudicio) huic loco mendum aliquod, atque alium lectionem secutus est N. Leonicenus.*

440 f. οἱ δὲ ἐδόκει τι ὡς ἕκαστοι διεκρίθησαν] *Ita legit Lazarus Baysius, totum hunc locum citans in libro de re nauali.*

442,p. ὑπὸ τῆς φλογὸς καὶ ὑπὸ τῶν δρακόντων] *Baysius legit* ὑπὸ τῶν δρομάδων. *Hunc autem locum e quodam exēplari descripsit, quod habetur Venetiis.*

446,m. ἐπεὶ δὲ οὔτε προσεδέξατο αὐτὸν ἡ δύναμις, καὶ τὰς περιτειχίσεις. &c.] *Sic videtur perfici posse sententia.*

449,f. καὶ αὐτὴ ἐν τῷ ἡρῴῳ ἐξαίφνης ἐνεδύσατο] *Pro* ἡρῴῳ *legitur etiam* ἡραίῳ, *id est,* τῆς ἥρας ναόν, Iunonis templū. *Verior tamen est altera lectio, quippe quæ cum Plutarcho consentiat: siquidem ille in Antonio hanc Cleopatræ vere Ægyptiacam fallaciam commemorans, quod hic Dion dicit, ἐν τῷ ἡρῴῳ ἐνεδύσατο, ibi dixit, εἰς τὸ ... καταφυγ. Adde etiā quod Dion* μνημεῖον *&* μνῆμα *vocat paulo post, quod antea* ἡρῷον *dixerat. Denique altera lectio cum ipso sensu auctoris, imo vero cum ratione pugnare mihi videtur.*

451,m. αἰσχυνθεῖσα τι ἐρυθελομένη] ἐρυθελάω *vel* ἐρυθελιάζω, erubesco *significat, a quo formari poterit* ἐρυθελομένη, rubore & pudore suffusa.

458,m. ἀλλά τι ἰσόθεοι τιμαὶ δ' ὄντως, καὶ δι' ὃ ἡρῷα τιμῶντα] ἡρῷα *hoc accentu accusatiuus est ab* ἥρως, *vt versu* 20. *huius paginæ. At hic* ἡρῷα *legendum est. Dicitur enim* ἡρῷον, templum *vel* simulacrum Herois, *vt antea* ἡρῷον ... *dixit. Ibid.* ... ὁ δημοσίᾳ καὶ αὐτοῖς, &c.] *Non videtur hic locum habere articulus* ὁ.

46 p. καὶ μετὰ τοῦ καὶ τριβαλλοὺς ὁμόρους αὐτοῖς ὄντας, ... τε δαρδάνους ἐν τῇ χώρᾳ τῇ ἐκείνων οἰκοῦντας ἐχρήσατο] *Malim* τριβαλλοὺς *scribere, Strabonem & Stephanum, ac reliquos secutus. Qui autem hic δαρδάνοι dicuntur, in calce huius libri* δαρδάνιοι *vocantur, idque rectius.*

46:p. ἀλλ' ἵνα ἑαυτοῖς δουλωσώμεθα] *Aperte ipsa sententia ostendit legendum esse* αὐτούς.

467,p. τὸ τῆς ὁμίλου ... ἐλευθερίᾳ βιβιώσειν] *Hic quoque legendum puto* ἐν ἐλευθερίᾳ, *vt alibi locutus est.*

473,p. *Spatium inane (quam vulgo lacunam vocare solemus) ideo reliquimus, vt hic nonnulla desiderari significaremus, nimirum finem orationis habitæ ab Agrippa & principium eius quam Mæcenas habuit. Id autem spatii Leonicenus quoque in suo exemplari vacuum reperit.*

475,f. ὥσπερ τι αἴτημα αὐτῷ ὄν, &c.] *Particulæ duæ mutilatæ in vnam dictionem conflatæ sunt: siquidem ex* ὥστε ἅπερ *factum est* ὥσπερ, *huic loco minime congruens Quod autem hic legendum sit* ὥστ' ἅπερ, *constat ex aliis multis locis, in quibus particulis his vtitur, sententiam concludens, vt pagina* 74. *&* 167, *p.* ὥστ' ἅπερ ... ἀσκεῖτε, μισεῖτε μὲν τοὺς ὡς πολεμίους.

477,p. ὅποσοι ποτ' ἂν εὐρήσωσί σε] *Reponendum arbitror* εὐαρεστήσωσί σε, *id est*, quotquot tibi placuerint: *vel*, grati acceptique tibi fuerint. *Non ignoro tamen, apud reliquos scriptores verbum hoc in ea significatione raro fere inueniri: ac proinde mallet fortasse aliquis legere* ἀρέσωσί σε, *vt dixit pagina* 60, εἴ τι μὴ ἀρέσειεν ὑμᾶς.

478,p. φρονήματι χρώμενοι] *Post hoc participium asterisci notam apposui, non quod locum deprauatum aut imperfectum esse iudicarem, sed quod spatium aliquod vacuum nostrum exemplar haberet.*

483 p ὃ ἐκκλησίας μάλιστα ζῆν ἀναγκαζόμενον] *Pro* ἐκκλησίας, *lego* ἐκ λείας, *id est*, ex præda: *vel*, quod ex rapto viuere cogitur, *vt locutus est Naso. Nemo autem, opinor, qui sensum expenderit, huic mea castigationi reclamabit.*

485,p. ἀλλ' ἐγένετο ἔξω τι τῶν πατρίδων ἀναγκαίως διαμεῖναι] *N. Leonicenus legit* συλλεγέντι, *quomodo Dionem scripsisse arbitror.*

488,f. καὶ ῥᾷον ... μιμεῖται τὰ κρείττω, τὰ δὲ ἔργα ...] *Ita legēdum arbitror, cum sequatur,* ... κωλυμένα.

49:p. τὸ μὲν οὖν γνώμη, καὶ τὸ μηδὲν πλείονος τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμεῖν] *Nemini dubium esse potest quin ita legendum sit.*

49 pag. ... μηδέποτε συγχωρήσας τι] *Potior mihi videtur hæc lecti o: nisi forte particulas has traiecerit, vt alibi.*

499,m. ἐκεῖ οὔπως τινὰ ἄλλον καὶ ... ἀλλ' ... σε] *Non dubito quin hic legendum sit, ... vt superius dixit,* καὶ μάλα ... *Ibidem* ... τὴν μοναρχίαν, &c.] *Nisi inseratur* parti-

particula ἢ ante ὅτι, imperfecta erit huius loci sententia.

507.f. αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ αἱ ἐκ τῶν δήμων αἱ πάνθ' ἡμῖν γενόμεναι, ἐκ νῦν δὲ τῆς τιμῆς καθέστηκε] *Integram sententiam habebimus, si τιμὴν δὲ τῶν τιμητῶν legamus: atque ita pagina 509 hac particula vtitur.*

517.p. ἐπεί τι γε καὶ προσμίξειαν αὐτοῖς] *Sermonis Græci consuetudo exigit vt ita legamus. Nam προσμιγνύναι datiuo iunctum significat idem quod συμμιγνύναι,* manum conserere, *vel potius,* collato pede præliari: *quod & προσμίξαι μάχῃ à Thucydide dicitur.*

520.p. μάρκος κλ. μ. υ. μάρκελλος αἰσερνῖνος, ὑπ.] *Hæc Consulum nomina ita negligentes scribæ partim deprauarant, partim etiam perturbarant, & confuderant, vt ea aut omnino nobis prætermittenda, aut certe prius emendanda esse & in ordinem digerenda putauerimus: quod tum pro tempore ita præstitimus, vt nulla, aut pauca aliunde quam ex ipso contextu emendare visum sit: nunc autem non abs re fuerit, quæ aliunde etiam corrigenda nobis visa sunt hic annotare. Ib.* ἰγγ. αἰλιόβαρβος] *Tribus his litteris* ἰγγενοι *significari puto. Ib.* λύκιος καλπούρνιος λ. υ. πίσων φύρηος. *Deinde.* μ. λικίνιος. μ. υ. κράσσος. *Ita hæc lego: sed* φύρηος *deprauatum puto. dictus est enim hic* L. Calphurnius Piso Frugi, *quem citat Dionysius Halicarn. lib. 4. Antiquit. Romanarũ. pagina* 158. λεύκιον πίσωνα τὸν φρυγὶ enim *appellans. Ib.* πόπλιος κύιντιος, σέξτου υ. ν αυ π. γαρουκάειος μάρκου υ. μάσαλος ἄρβατος ὑπ.] *Emẽdo* κουίντιλιος σέξτου υ. οὔαρος. *Nam hic* P. Quintilius Varus *vocabatur. Deinde,* μάρκος οὐαλέριος μάρκου υ. μέσαλος βάρβατος. *Ib.* ἰούλιος αἰτουΐκος μ. υ. ἀφρικανὸς. κ. φάβιος. κ. υ.] *Legendum puto,* κ. φάβιος. κ. υ. μάξιμος ἀφρικανός.

522.f. ἐρήμην μὲν οὖν ἐκ φυγῆς μακρὰν ἥλωσαν] *Emẽdo* ἐρήμην ἥλωσαν, *quomodo locutus est pagina* 322. *Quid autem sit* ἐρήμην ἁλίσκεσθαι, *siue* ἁλῶναι, *docet Budæus in suis Græcæ linguæ Commentariis.*

523.p. οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες, ὅπως σημαίνωσι σφίσιν ὁπόταν βουληθῶσι, δυνάμενοι] *Sẽsus est imperfectus, qui tamen coniectura sic perfici poterit:* οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες, κώδωνα ἔχουσιν, *aut* κώδωνι χρῶνται, ὅπως *&c. Aliquid tale deesse hic videtur.*

529.f. καὶ διεμίσεις οὐχ ὅτι τῆς κακίας τοῖ ἐπιῤῥήτοις, ἀλλὰ καὶ τῆς κολακείας ἐκφανῶς ἐποιεῖτο] *Hic lego,* διὰ μίσους ἐποιεῖτο, *id est,* ἐμίσει. *Vt enim dicitur,* δι' ὀργῆς ποιεῖσθαί τινα, *pro* ὀργίζεσθαί τινι, succẽsere alicui: *ita* διὰ μίσους ποιεῖσθαι, *est* μισεῖν, odio prosequi quempiam. *Quas locutiones non necesse habeo exẽplis confirmare, cũ sint passim legẽtibus obuiæ.*

530.f. κἂν ὅτι μάλιστα δικαιότατος συμβῇ] *Non video quis esse possit huius loci sensus, nisi* δικαιότατα *aduerbialiter legamus, aut* δικαιοτάτως, *quod tamẽ raro est in vsu.*

531.m. ἐν σοὶ ὀρχήστραν ἐπὶ καὶ νῦν προτέρας ὅλας] *Hic* ὀρχήστραν *dixit pro* ὀρχηστρίαν: *nec est quod locum deprauatum quis suspicetur, cum in sequentibus hoc eodem nomine subinde vtatur.*

534.f. μάρκελλος λέντλος ῥουματάλκην θεῖόν τι τῶν τοῦ κότυος παίδων] *Lege* ῥυμητάλκης, *vt alibi sæpe à Dione vocatur. Nisi forte malis cũ Plutarcho eum* ῥυμητάλκην *appellare.*

535.p. σύγαμβροί τε γὰρ καὶ οὐσιπέται καὶ τέγκρηνοι] *Pro* τέγκρηνοι *repono* τέγκτηροι, *iisdem litteris seruatis, sed alio ordine collocatis. Sic pag.* 112, τέγκτηροί τε καὶ οὐσιπέται κελτικὰ γένη. *At vero Cæsar in Comment.* Tẽchtheros *eos nominat, mutatis tenuibus in aspiratas,* τεγχθηρούς.

542.m. καὶ αὐτὸς τὰς μοναρχίας διετίθει] *Locum hic nõ habet* μοναρχίας, *proinde repono* μονομαχίας, *id est,* τοὺς μονομαχίας ἀγῶνας, certamina gladiatoria exhibuit.

545.m. βουλευταί ὅσοι βραχὺ βεστὶ ἱερὸς τῷ παρ' αὐτοῖς διονύσου] *In nostro exemplari habetur adscripta margini altera lectio* βωμός. *Ib.* καὶ προσαναχωροῦσι τοὺ οἴκαδε τῶν βίσων] *Hic quoque adscriptam habet alteram lectionem nostrum exẽplar,* βησσῶν, *quorum antea mentionem fecit.*

547.f. γ. καίσαρ αὔγουστος τὸ. ιγ.] *Paulo ante legitur,* αὔγουστος τὸ ιβ, *&* τὸ ιγ ὕπατος: *hic igitur legendum puto* τὸ ιδ, *loco harum literarum* τὸ ιγ.

550.f. καὶ δὲ τῶν δημάρχων προτετιμημένοι] *Legendum puto,* καίτοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι, *id est,* quãuis Tribunos dignitate anteirent.

560.f. καθάπερ καὶ ὅτι τῶν πάλαι, οὐδὲ μείζοσι, *&c.*] *Videtur extrinsecus subaudiendum participium* ἀμφοτέρων, *aut aliquod huius modi post* πάλαι, *atq; ita sensus fore perfectus.*

572.m. γ. πομπαῖος υ. σαβῖνος ὑπ.] *Lege* πομπαῖος, *vt pagina* 637.

575.f. οὐ πείσεσθαι ἔτι νόμοις] *Vbi sensum expenderis, intelliges legendum esse* πείθεσθαι.

577.p. ἀπελαύνει τὸ κόρας καὶ μηδέπω γάμων ὡραῖας] *Emẽdo* γάμων ὡραίας. *Dicitur enim* κόρη γάμων ὡραία, *ἡ ἐν ἀκμῇ γάμου,* puella iam matura viro, iã plenis nubilis annis, *vt loquitur Virgilius: quæ* ὡραία αἰδοῖ *etiã dicitur. Cui opponitur* κόρη μηδέπω γάμων ὡραία, virgo nondum aptà coniugio.

595.f. τίς δ' αἱ ἄμεινον τῷ αὐγούστῳ τῆς ἰδίας μόνης, μᾶλλον καὶ ἄλλων ἀνθρώπων, οὐδὲν ἔρξειν] *Non video quis sit horum verborum sensus, nisi pro* μόνης *accẽtu retracto legamus* μονῆς. *Significat autem* μονὴ *nonnunquam* τὸ οἴκημα, *vel* τὴν οἰκίαν, *à verbo* μένω: *quo modo si hic intelligamus, plana erit huius loci sententia.*

607.p. τό, τε τοῦ πατρὸς καὶ τῆς πατρίδος πρόσρημα παντελῶς διώσατο] *Sẽtentiam perturbat particula* καὶ, *ideoque expungenda. Nihil enim aliud dicit, quàm* eum appellationem patris patriæ reiecisse, *id est, patrem patriæ vocari noluisse. Cuius autem nominis supra meminit. Ib.* m. ὅτι κἂν προσθῶνται τι, *&c.*] *Si ita legerimus, optime cohærebunt sequentia. Ib.* παρῆσαν τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσῆλθον, *&c.*] *Legendum mihi videtur* παρεὶς αὖ: *siquidem alteram lectionem* παρῆσαν *non video quomodo quis tueri possit.*

611.f. ἀλλὰ καὶ ἐς αὐτὸ ἐκεῖνο, πλήν τι ὑπὸ τῆς αὐτοῦ πράξας τι οὐ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπικλήθη] *Sentẽtia est imperfecta, quæ, perfici posse videtur, si ante* πράξας *addamus* εἴ τις, *hoc modo,* καὶ δεινῶς ἐπεξῄει τῆς ἀσεβείας δίκαις, εἴ τις ἐπικληθείη πράξας τι, ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον οὐχ ὅσον ἐς τὸν αὔγουστον, ἀλλὰ καὶ, *&c. Crebro enim contortis & implicatis sententiis vtitur hic author.*

631.p. τέλος τε διεχειροτόνησεν ἔχον] *Aliter dixit pagina* 647, καὶ τὸ τέλος τῆς ἱκανότητος κατέλυσε. *Ib.* οὔτ' ἄλλου βεβαιότερον φίλον οὐδένα, ἀλλ' ἐν τῷ ἴσῳ, *&c.*] *Credo post* οὐδένα *desiderari verbum* εἶχεν: *nec vllum huic loco aptius mihi venit in mentem.*

635.p. καίπερ καὶ ἐπιτήδειοι καὶ βουλευταῖς ἐπίτροπον αὐτὸν προσάγειν] *Sic puto hic legendum, atque ita semper eum locutum memini.*

642.f. καὶ τοῖς συστᾶσιν ἐπί τε τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, τούς τε ἀδελφοὺς αὐτοῦ, πλήν τι ὀργὴν ἀφείς, *&c.*] *Credo post* αὐτοῦ *desiderari participium* πεποιημένοις, *id est,* iis qui in patrem suum coitionem fecissent, *vel* coniurassent & conspirassent. *Id enim significat* σύστασιν ποιεῖσθαι.

648.m. καὶ ἱερεῖς εἰκόσιν οὐχ ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐχρῶντο] *Pro* ἐχρῶντο *commode (meo quidem iudicio) legetur* ἐχειροτονοῦντο: *quo verbo alibi in hac significatione vsus est.*

652.m. ἔργῳ δὲ δόξαν πολλὴν λαβών] *Lege* λόγῳ δέ: *præcessit enim* ἔργῳ μέν. *Hoc autem genus loquendi in vsu frequentissimo est apud hunc auctorem.*

673.m. εἰ δὲ ὅσοι τῇ χαλκῇ τῇ ἀναιδῶς δοκοῦσιν ὁρᾶν οὐκ ἔξω, τούτων αὐτοὺς διετίμησαν] *Ita legendum puto.*

Sed hæc hactenus.

IN DIONIS HISTORIAM ROMANAM A' SE CONVERSAM, ANNOTATIONES GVILIELMI XYLANDRI *Augustani, quibus plurimi loci deprauati emendantur, vel obscuri explanantur.*

Lectori candido S.

Veritur haud iniuria ROBERTVS STEPHANVS, vir doctissimus, optimeque de literis meritus, exemplari se in edendo Dione vsum non satis castigato. Plurimi enim loci huius (neq; aliã ego vidi) editionis, mutili, deprauatiq; sunt: eorumq; partẽ aliquã Robertus emendandam sibi sumpsit. Cuius etsi magnifacio studium, tamen intelligent omnes æqui, infinitas ac grauissimas mendas ab eo prætéritas, quas nos, quantum eius ingenio, diligentia, laboreq; nostro potuit fieri, sustulimus, eiusq; nostrę emendationis ratiõẽ in gratiam imperitorum bona fide attulimus. Non sum nescius, ad tam arduum negotium, & iudicium acutissimum, & maturam ætatem, summã præterea peritiam, multorum autorum notitiam, exemplaria etiam diuersa, & consilii tui cum aliis communicationem, aliaq; multa requiri: verum ego, etsi ab his omnibus eram hoc tempore imparatissimus, tamen cum semel aggressus essem Dionis interpretationẽ, mearumque partium esse intelligerem, vt in eo illustrando omni conatu elaborarẽ: feci sanè quod potui: quid potuerim, æquorũ lectorum iudiciũ esto. Proinde ita à nobis accipi nostræ hæ annotationes debent, vt intelligatur, liberum per nos fore vnicuique plura vel meliora afferre: ita tamẽ nos existimare, haud mediocrem gratiam ab omnibus humanioris literaturæ amatoribus nobis deberi. Itaq; ad rem.

Folio 1. FRAGMENTVM LIBRI XXXV.] *Priores in Dionis historia paginas, librum trigesimumsextũ præcedentes, esse fragmentum libri* XXXV, *dubium mihi nequaquam est: neq; verò esse dubium apud quenquã debet. Cum enim quæ libro* XXXVI (*quanquam huius principium ad nos non peruenit*) *Dio scribit, acta sint Consulibus C. Calpurnio Pisone, M'. Acilio Glabrione, qui annus Romæ fuit* DCLXXXVII. *in hoc autem fragmento & eorundem pars exponatur, & prius quæ Q. Marcio Consule gesta sunt, qui sane anno proximè priori, id est, V. C.* DCLXXXVI *Consulatum gessit: satis iam ex ipsa serie temporis liquet, quo de libro fragmentum hoc superstes manserit. Quod autem de Consulibus dixi, id ex Dionis ipsius verbis dixi. Cæterùm cum à Lucullo gestas res in bello Mithridatico hic descripserit Dio, qui Historiam integram desiderant, ex Plutarchi Lucullo, Appianiq; Mithridatico petant.* Et quia fortuna in vtramq; partem] ἐν ἰσορροπῇ τῆς τύχης. *Loquitur de Mithridate, cui Arsaces summam belli gerendi obtulit, quod cum aduerso euentu iam eruditum esse arbitraretur. ita habet Appianus.*

2 Subrogatus fuerat] ἀφηρωθείς. *Ea vox Græca, puto, non est.* τρωθεὶς vulneratum *significat. Fortassis inter* ἀφ *&* τρωθεὶς *aliqua verba & prioris reliquæ syllabæ intercesserant, quæ nunc perierunt. Ego quum certi nihil de hoc haberem, sententiam integram esse volui. Asteriscus est merito adiectus.*

3 Cum barbari vicisse se] ἀθυμότεροι, ἅτε ἐπικρατήσαντες. *Puto scripsisse Dionem,* ῥᾳθυμότεροι, ἅτε ἐπικρατήσαντες. *Ita si legas, locus constabit, asteriscumq; tolles. Porro hanc Nisibin, Antiocheam Mygdoniæ alio nomine vocant. Testis Plutarch. Lucullo, Plinius libro 6. cap.*

Nisibis. Antiochea Mygdoniæ, & Mesopotamiæ. Mygdonia.

13. *Stephanus de vrbibus* Antiocheam Mesopotamiæ *nominat. Et huius in τῇ μυγδονίᾳ* Antiocheæ *meminit quoque Polybius libro 5. Paulo post, pro* προσκατέῤῥηξαν, *lege* προσκατέῤῥηξαν.

4 Itemq; seruorum qui in castris Romanorum] *Appianus contra hos a Fabio libertate promissa ad pugnam euocatos, suis saluti fuisse tradit.* Pons abruptus.] ῥαγείσης. *deest participium in Græco.*

5 Cæterum Comana] *Haud dubiè ante hæc verba aliquid deest. neq; enim cum reliquis vlla ratione coheret, ideo notam apposui.* M'. Acilio.] *hoc est,* Manio Acilio, *M. enim litera cum virgula adiecta, Manii prænomen antiqui signabãt: vt doctè Sigonius annotauit.*

Manii prænomen.

6 Nam Valeriani milites] *De his omnino legendus in vita Luculli Plutarch*[9]*, Epitomeq; Liuiana* LXXXII, LXXXIII. *& nonagesimaoctaua.* Cum à Marcio] *In Græco erat* Μάρκου *pro* Μαρκίου *perperam scriptum. Facile id deprehendi ex eo quod additur, ipsum ante Acilium fuisse Consulem: id enim supra Dio ostenderat. & sub finem fragmenti huius* Μάρκιος *expresse dicitur. Sæpe in hoc autore, & aliis Græcis, incuria librariorum, Marco pro Marcio, aut contra, scribuntur, non sine cõfusione rerum. idemq; in aliis etiam similibus vocabulis accidit, vt suis locis monebimus. Enim verò Plutarchus quoq; in Cicerone, Marcio sororem Clodii matrimonio iunctam fuisse his verbis testatur:* καὶ δόξαν ἔσχε ταῖς ἀδελφαῖς δυσὶν ἀδελφαῖς πλησιάζειν τὸν Κλώδιον, ὧν Τερτίαν μὲν Μάρκιος ὁ Ῥὴξ, Κλωδίαν δὲ Μέτελλος ὁ Κέλερ εἶχεν.

IN LIBRVM DIONIS XXXVI. GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI ANNOTATIONES.

8 *Huius libri initium deest, belli nimirũ Cretici cuius aliqua pars tãtum in Dione superest, historia. Quæ desiderantur, ex Flori lib. 3. cap. 7. Plutarchi Pompeio, Epitomisque Liuianis nonagesimaoctaua, & duabus sequentibus peti possunt. Porro hic liber bellum contra Piratas, Mithridatem, Tigranemq; & Albanos gestum continet.* Neque Panarem, neq; Lasthenẽ] *Flori* Λασθένην. *Ergo apud Florum non rectè* Iasthenem *legitur.*

Flori locus.

10 Non magnam eius rei curam] φροντίδα αὐτῷ ἐποιήσατο. φροντίδα *est scribendum: quod & Robertus Stephanus vidit.*

12 Aut corpus meum ponderetis] μηδ' ὅτι τὸ σῶμα, & πόσα γέγονα ἐριθμεῖσθε. *Locus est, eodem quoq; teste, deprauatus. Ego sententiam extuli, ac si scripsisset Dio:* μηδ' ὅτι τὸ σῶμα εὕρωστε, & πόσα ἔτη γέγονα, ἀριθμεῖσθε. *Verum, quod initio testatus sum, quia nullius codicis adminiculo iuuamur, diuinare possumus, affirmare quicquam non possumus.*

13 In rebus agendis damnum adfert] *Verborum ordo in græco est perturbatus, suntq; ita collocanda:* τὸ μὲν γὰρ περιττὸν ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς, ἔξω τῆς χρείας φαινόμενον, & ἐν ταῖς πράξεσιν ἐλάττωμά ἐστιν. *Paullo post:* καὶ τὸ χαλεπὸν τὸ πρᾶγμα *malim* τὸ χαλεπόν.

15 Ad bellum contra Sert. dux nobis defuit] στρατηγοῦ ἠπορήσαμεν, ὅτι πρὸς τοῦτο χεῖρον ἐν τοῖς αὐτοῖς: *scribendum* ἠπορήσαμεν, *&* ἐν *omittendum. Et inde,* ἵνα ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, *&c. legendum,* οὐχ ἵνα ἐν τοῖς *&c. neq; tamen hæc interrogat, sed subiicit sibi ipsi respondens. Paullo inferius,* ἐφ' ὧν μὴ ἐκεῖνο πάσχει. *scribe,* ἐφ' ὧ, *&c. ita*

ita enim Graeci moris est. Iam quod ad dictatorem in Siciliam missum attinet, Attilium Calatinum intelligo de quo sic in decimanona Liuii Epitoma scribitur: Attilius Calatinus primus Dictator extra Italiam exercitum duxit. *Id autem in Siciliam factum fuisse, post amissam Appii Claudii Pulcri (qui fuit Consul anno Vrbis conditae quingentesimoquarto) temeritate classem, satis ipse historiae ordo docet. Polybius certe, autor grauissimus, cum libro primo id bellum Punicum primum diligentissime perscripserit, ne vnico quidem verbo huius Dictaturae meminit: maximo sane argumento, nihil ea Dictatura gestum fuisse: quod hic Catulus refert.*

16. Qui ob illegitimam imperãdi cupiditatem.] *δέ τις παρανόμους φυλαρχίας. scribendo per ιῶτα, φιλαρχίας, siue παρὰ νόμους (vt nos) siue παρανόμου (ὑφὲν, vt vult Robertus,) legas, nihil interest.*

17. Subterfugere possint] *αὐτὰς τὰς αἰκφυγὰς, vitiose: repono, αὖ τὰς αἰαφυγάς.*

18. Ad hoc negotium conducere] *πρόσφορα εἰς αὐτὸ* [illegible] *vox abundat. Statim, κατ λόγους, vna dictio esse debuit καταλόγους. Post*: Erga dedentes se ei] *πρὸς τὰς ὁμολογοῦντας οἵσ π. scribendum, ὁμολογοῦντας οἱ, ἀεί. Robertus etiam hoc notauit.* Postea enim quam Tribb.] *Ius eis a Sylla ademptum, a Pompeio in primo suo Consulatu restitutum, anno V. C.* DCLXXXIIII, *ex historicis patet. In Graeco sunt aliquot mendae. ὑπὸ τῶν π-μιῶν τῶν ἐξαγγ. Ordo ita habere debet. τῶν ὑπὸ τῶν τιμη-τῶν ἐξαγγ. Inde, ἀντὶ αἰνιγμάτων: fit αἰνικῶν. quo vocabulo* extrema & immedicabilia *Graeci nominãt. Et post* [illegible] *verbum, colon est. Hac quidem leniuscula. Sed οἱ γὰρ αἰτίαι* [illegible]*, contrarium huic loco sensum habent verba, emendanda, vt fit, ἐ γὰρ αἰτίαι* [illegible]*: sicut & τῇ μὴ* [illegible] *falso est, pro τῇ μὲ* [illegible]*, quod posterius etiam Robertus animaduertit.*

Plutarchi, Horatii & Iuuenalis locus.

20. Tulit & Roscius legem] *Plutarchus in vita Ciceronis hanc de gradibus equitum a plebeiorum separandis legem M. Othoni praetori adscribit, eundem (puto) secutus autorem, cum Horatio, qui in Menam libertum Pompeii ita scribit.*

4 Epod.

> Sedilibusque magnus inprimis eques
> Othone contempto sedet.

Cum quibus & Iuuenalis Satyra 3 ait.

> Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.

& Satyra 14.

> —effice summam,
> Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.

Dio Liuium secutus videtur, qui Roscio idem tribuit, vt est in Epitoma eius vndecentesima. Caeterum, ἰταῦτον ἐπ' αὐτῷ non αὐτ. lego cum Roberto. Extrema enim anni die.] *τῇ ἐσχάτῃ τῆς ἔτους, non ἔτους. Id quidem in promptu. Sed locus est perobscurus: de quo quid statuam, non succurrit.* Tum quod Marcius & Acilius] *ἐδίκων ὅτι Μάρκος ἐ ὁ Ἀκίλιος, ὡς* [illegible] *&c. Μάρκιος scribendum satis ex praecedentis libri fragmento, vsque quae ibi diximus, patet. Vocabulum ὡς ipsa sententia excludit.* Vt aliquando pro se quoque simile] *ἐ ἰσαυτῷ τι π τῶν ὁμοίων. Hic, vt ait Robertus, asterisco notatus fuit locus, cum sit tamen planissimus. quasi dicat τὸ* [illegible] *τι.*

21. Et vtriusque fauorem sibi concilians] *ἐν τῷ τὴν ἀμφοτέρων σπουδὴν* [illegible]*. Ingeniose Robertus restituit hunc locum: τὸ τὴν ἀμφοτέρων σπουδὴν,* [illegible]. Quod hi in suum locum essent elati] *καὶ ἐνταῦθα αὐτοὶ ἀσερίθησαν. Non dubito, scriptum fuisse a Dione αἰθερίθησαν. Hic locus non parum lucis lucis adfert Sallustio, & Tranquillo, quorum vterque huius coniurationis meminit: his in aedilitate Caesaris, ille in Catilinario.* *Meminit & abbreuiator Liuii, libro centesimoprimo, omisit tamen conspiratorum nominibus.*

22. Vbi quae acta essent] *ἀδραγμένα, scribe πεπραγμένα. prior enim vox nihil ad rem.* Arsace Parthorum rege] *Arsaces commune regibus Parthorum omnibus nomen est, vt Ptolemaeus Aegyptiis: itaque hunc* Sintricen *Appianus appellat.*

23. Hostemque hinc inde circumducere] *ἐπάγειν τι* [illegible] *scribo.* Locum inter tumulos apte positum] *χωρίον καλὸν μεταξὺ γηλόφων. Robertus κοιλὸν pro καλὸν legit, cui Xiphilinus, eadem ad verbum habens, accedit. καλὸν non minus commode legitur, pro* apto & commodo. *nam locum inter tumulos positum*, cauum, *κοιλὸν esse, per se constat. Paulo superius erat, ἐπαγαγὼν εἰς ὁ ἰ-ϛ* [illegible]*, non minus quam ἰδόντα, quod malle se, tamquam antiquioris scripturae, Robertus ait, commoda vox.*

25. Ad Maeotin & Bosporum] *Inuenio promiscuè scribi Βόσπορον & Βόσφορον. prius rectius est, etiã vsitatius. alterum scribendum est προξόνιον, Βοσφόρον,* mare quod bouem tulerit. Milites sui haberent] *τῶν στρατιωτῶν αὐτὴν δύναμιν. Postrema vox nihil hic sonat. forte ἐξαιτίμας fuit.* Tigranis imperio offensis] *ἐπὶ καθ' ἡδονήν. Omnino scribendum, ἐπεὶ ὁ καθ' ἡδονήν.* Fil o Tigranis partem copiarum] *τῷ παιδὶ αὐτοῦ* [illegible]*, non αὐτῷ, patet ex sequẽtibus, vbi filium suum pater Tigranes profligat.*

26. Sopheneque regio] *Σωφηνὴν Plutarchus in Lucullo & Pompeio vocat, & noster etiam. Stephanus Σωφανηνὴν ab Arriano dictam testatur, vt Robertus etiã monuit. Lucanus contra graecorum authoritatem primã breuem extulit libro 2.*

> —mollesque Sophenae

Eam diuersitatem notent rudiores. Caeterum τῷ δ' ἰῶ τὴν Σωφανὴν [illegible] *lego, reiectis verbis τῷ ἰπ-* [illegible]*, ipsam sententiam & Plutarchum secutus.*

27. Is nonnihil etiam vt Tigrani] *τῷ μέν τι καὶ τῷ Τιγ. scribe τι μέν τι, &c. cuius redditiuum sequitur, τὸ δ'* [illegible]*.*

In Librvm Dionis XXXVII. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

28. *Quod Robertus monet, Consulum nomina hic & alibi deprauata esse, euidens est. Nos emendabimus, quantum eius ex ipso Dione, aliis autoribus, aut certis rationibus licebit.* L. Caesar] *In Graeco male, ἐ Καίσαρ, pro Λ. Καίσαρ. Patet hoc ex verbis Dionis sequentibus suo loco. Sallustius in Catilin.* Igitur circiter Calendas Iunias, L. Caesare, C. Figulo Consulibus, &c. M. Pupius] *Μ. Πούπλιος, scribe Πούπιος. Caeterum quod Afranium* L. filium *vocat, nescio an librariis sit culpa. Cicero quidem libro ad Atticum primo, frequenter* filium Auli *vocat.*

29. Pompeius autem praesidio vrbis] *καὶ οἱ ἐν τῷ τείχει. Locus mutilus.*

31. Subinde acclamante Romano] *πρὸς τὴν ἐπιδεικνύμενος* [illegible] *ἐπιλέγοντας, scribendum ἐπιλέγοντος.* Corduenem] *Κορδυηνὴν Cordueno Plinius lib. 6. cap. 18. ad Tigrin Adiabenis proximos ponit. Plutarchus de eadem re loquens, Γορδυηνὴν scribit. Strabo libro 16. Γορδυηνὴν ἀπὸ τῆς Γορδύους.*

32. De limitibus quibusdam] *φύσις ἢ ὑπὸ ὁροθεσίων. scribendum duabus vocibus, ὑπὲρ ὁρίων.*

33. Etsi filio eius] *καὶ τι παιδὸς αὐτῆς. Ante haec verba in Graeco nota est, locum mutilum esse monens: ego & ante & post Asteriscum ponendũ censeo. Quae de Stra-*

tonica, eiusque filio Xiphare (de eo enim hæc verba, Et si filio eius, *intelligo) scripserat Dio, quia interciderunt, ex Appiani* μιθριδατικῷ, *& Plutarchi Pompeio petenda sunt. Proinde multa hic deesse facile constat, præsertim ex Xiphilino, qui multa hoc loco refert, de quibus apud Dionem ne punctum quidem superest. Iam quæ in Dione sequuntur verba:* Ob hoc solum cum Ædilis esset, *de Aedilitate Cæsaris scripta sunt. Itaq; Suetonii locum appbnam, vt quæ hic mutilata sunt, aliquo modo tamen inde constent.* Ædilis *(inquit)* Cæsar, præter comitium, & forum, Basilicasque, etiam Capitolium ornauit, porticibus ad tempus extructis, in quibus, abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem, ludosque, & cum Collega, & separatim edidit: quo factum est, vt communiũ quoque impensarum solus gratiam caperet: neque dissimularet collega eius M. Bibulus, euenisse sibi quod Polluci: Vt enim geminis fratribus ædes in foro cõstituta, tantum Castoris vocaretur, ita suam Cæsarisque munificentiam vnius Cæsaris dici. Procurata sunt] καὶ μὲν οὖν ἄλλα ἐξεδόθη, *male pro* ἐξεδόθη.


34. Lucretium] *Q. Lucretium nempe* Ofellam, *de quo meminerunt Plutarchus in Sylla, Appianus lib. 1. bell. ciuil. Abbreuiator Liuii lib. 89. vbi perperam legitur* Asella.

Liuii locus.

36. Romanis eo libero spatio] ἐν τῷ διαλείπει πίτυ τὸ πῆγας δίδωσιν. *Emendandum* δ[illegible], *vt sit* δ[illegible] *sic enim & Xiphilinus legit, & Dio supra loquutus est. Monuit etiam Robertus.*

37. Quod autem dies ad septem sidera] *Huius loci sensum explanare rudiorum causa, si qui forte per se non assequantur, paucis volo. Circulari, hoc est, in orbem redeunte numeratione instituta planetarum, suo ordine collocatorum, ita tamen, vt semper duo in medio omittantur: (nam in Diatessaron etiam interuallo, quæ Musicis vulgo* Quarta *dicitur, in cithara a primo neruo ad quartam, duobus prateritis in medio, itemque in vocibus a prima quaque ad quartam fit transitus.) si prima dies Saturno adscribatur, secunda Soli, tertia Lunæ cedet. & sic de reliquis. quod ex adiecta figura intelligi perfacile potest. Ceterum Diatessaron consonantiam in Musicis principatum obtinere (quod hic Dio asserit) cum aliis ex caussis, tum ex hac potissimum constat, quod Symphonia (quæ est Musicis quasi animus & vita) genera huius interualli ratione distinguuntur. nam alio atque modo conflata* διὰ τεσσάρων *distantia, modo Chromaticum, modo Enharmonicum, modo Diatonicum concentum constituit. qua de re disputandi hic non est locus. Ex eadem figura etiam altera ratio intelligi potest. Esto prima diei naturalis (hoc est, spatio horarum viginti quatuor constantis) hora prima Saturno adscripta: vt iam ab hoc auspicio totius diei dominium sibi vendicet. Ergo singulis horis ad singulos planetas relatis, quorum numerum septenarium esse liquet: septima porro deinceps hora quaque, hoc est octaua, decimaquinta, & tandem vigesima secunda Saturni erunt. Proinde vicesimatertia Iouis, vicesimaquarta, quæ est nimirum vltima, Marti cedet. Quo fit, vt insequentis diei hora prima, eiusque item diei dominium iterum ad Solem redeat. Huicque itidem cum octaua etiam, decimaquinta, & vicesimasecunda hora adsignentur, prima insequentis diei hora Lunæ imputabitur. & sic deinceps. Inde efficitur, vt, cum quis planeta primam diei horam obtinet, vigesimasecunda etiam præsit, duaque horæ adhuc inter hanc & sequentis diei primam (cuius domino totius diei dominium deferri monuimus) intercedant: semper duobus in ordine planetarum omissis, proximus insequentis diei gubernator reperiatur. quod eadem, quam in priori ratione docuimus, numeratione conficitur. Ita quas duas Dio rationes affert, cum diuersa inter se sint, periucunda tamen contemplatione in idem recidere inueniuntur: quod in gratiam imperitiorum a me explicatum, doctos, ne ægre id ferant, oratos volo. In Græco porro mendose est* αὐτὸς τι [illegible], *scribendumque* αὐτὸς τι [illegible]. *Et mox,* [illegible] *legendum* [illegible]. *Xiphilinus vtriusque castigationis testis.*

Diatessaron harmoniæ præstantia.



38. Per Græciam in Italiam] εἰς τὴν ἰταλίαν τῆς Ἰταλίας. *Robertus vt loco huic succurreret,* τῆς Ἰταλίας *legendum annotauit, non male quidem aut incommode. Ego quidem (quod citra reprehensionem aut insuriam eius a me dictum sciat)* τῆς Ἰταλίας, *secundo casu malim, vt magna Græcia intelligatur: in ea enim fuit Brũdusium, quo appulisse Pompeium Dio narrat.*

40. Augurium salutis repeterent] *Salutis Augurii rationem qui tibi explicet præter hunc Dionis locum, non temere inuenies alium. In Græco est* οἰώνισμα τῆς ὑγιείας, *sicut & infra lib. quinquagesimo primo, folio 457. quum* ὑγιεία *alias* sanitatem, *alias* salutem *in genere apud Græcos significet. Suetonius sæpius meminit huius augurii: vt in Augusti vita, capite trigesimo primo:* Nonnulla etiam ex antiquissimis cærimoniis paulatim abolita restituit, vt salutis augurium, *&c. Et Cornelius Tacitus libro duodecimo in vita Claudii:* Salutis augurium quinque & viginti annis omissum repeti, ac deinde continuari placitum. *Sed de his alias.*

41. P. Pæto] Παίτῳ τῷ Γουναίῳ *legendum non* Γουναίου. *Est autem is P. Antronius Pætus, cuius supra quoque pagina 21. mentio facta fuit.* T. autem Labienus] *L. Saturnini seditio, vtque occisus fuerit, describitur copiose ab Appiano Alexandrino libro primo. quanquam neque is, neque Plutarchus in Mario, neque Florus libro tertio, capite decimoseptimo, Rabirio cædem eam adscribant. Periit anno Vrbis Condita 655. vt recte Dio dixerit, annis ante triginta sex id euenisse. Extat de hac ipsa re oratio Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, quam Consul habuit: multum lucis huic loco allatura, si conferatur, multum acceptura.* Bellumque aduersus eum] Bellum *vocat arma iussu Senatus contra seditiosos vsurpata. Sic in Epitoma Liuiana sexagesimanona,* bello quodam interfectus *his ipse dicitur.* Bella *autem huiusmodi res dicuntur, quia (vt de cæde Tiberii Gracchi Tullius ait)* non solum ex domestica sunt ratione, sed attingunt etiam bellicam, quoniam vi manuque conficiuntur.

Bellum.

42. Quod de vexillo dixi] *Mentio huius rei fit apud Liuium libro tricesimonono in oratione Sp. Posthumii Consulis:* Maiores vestri, ne vos quidem, nisi aut vexillo in arce posito comitiorum caussa, *&c. quem locum sine hoc non facile intelliges. Enimuero verbis meis hoc loco non est opus, quum extent de Comitiis Romanorum libri tres, Nicolai Gruchii Rotomagensis.*

Nicolai Gruchii laus.

gensi: quibus non modo vniuersam Comitiorum rationem, sed antiquæ illius Romanæ reipublicæ totam formam ac consuetudinem ita diligenter, exacte, copioseque descripsit, vt eo quidem in genere doctius accuratiusque, & omnibus numeris absolutius viderim nihil. Eum consulent studiosi, si quid huiusmodi inciderit.

43 Eos nouarum tabularum] χρεῶν τε καὶ ἀποκοπάς. *καὶ delendum. &* περὶ τῆς δυνατωτάτης, περὶ τῆς καὶ δυνατωτάτης *lege.* P. Lentulum, qui post gestum consulatum] *Mos hic recuperandæ Senatoriæ dignitatis obseruandus est, cuius etiam aliis locis meminit Dio. Consul autem fuit hic Lentulus anno sexcentesimo octuagesimo tertio. videturque Senatu esse electus à Censoribus Cn. Lentulo, & L. Gellio: quorum Censura meminit Epitoma Liuii nonagesimaoctaua. Incidit autem in annum* DCLXXXVI. *si quidem, vt Dio supra paulo ostendit, Consulibus L. Cæsare, & C. Figulo proximi Censores fuerunt; anno Vrbis conditæ* 690.

45 Compræhensisque his qui ad eum] καὶ συλλαβόντες ἐπ' αὐτῷ. *Ante hac verba Asteriscis interiectis lacunam reliqui, quo indicarem, deesse non pauca hic, nimirum totam cum Allobrogum legatis actionem Lentuli, & Ciceronis in ea re inuestiganda, coercendaque industriam. Historia est apud Sallustium, Plutarchum in Cic. & Appianum, &c.*

46 Contra Syllæ legem, Domitii legem] Cn. Domitius, atauus Neronis Cæsaris, in Tribunatu Pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum à collegiis ad populum transtulit. *Hæc Suetonius in Nerone, capite secundo. Syllam vero collegiis sacerdotum suum honorem reddidisse, auxisseque, ex historiis notum est.*

47 His sese vltro insinuabat] τούτοις δὲ καὶ κρείττων ὑπῆρχεν. *Videtur* ὑπῄει αὐτοῖς κρείττων, *aut aliquid tale fuisse.* ὑπελθεῖν *autem posuit pro* demereri, gratiam captare: *vt sub finem quoque libri* ὑπῆρχεν ἀμφοτέροις ἰσχυρῶς. Iunius Silanus] *Ita scribendum, non Syllanus. In Græco vitiose est* Ἰούνιος *pro* Ἰούνιος.

ὑπελθεῖν.

48 Quamquam cæsorum numerus] καὶ τῷ τῶν ἀριθμῷ τῶν νε. *scribo* καίτοι. *Cicero Philippica vltima, si quis vnum aut duo millia hostium deleuisset, Imperatorem à Senatu nominatum fuisse scribit. Appianus libro 2. de Curione loquens, ait suo tempore millibus decem cæsorum hostium constitisse.*

Imperator quomodo quis dictus.

49 M. Cato, & Quintus Minucius] *In Græco est simpliciter* κάτων, *ego prænomen addidi perspicuitatis caussa: quod euidens est ex historia ipsa, & Plutarcho.* Hoc autem agebat, vt nomen Catuli] *De hac re, vt intelligatur hic locus, legendus Suetonius Cæsare, capite decimoquinto, & ipse Dio infrà libro quadragesimo tertio, folio 220.* Neque vero tantopere] οὐ μὲν οὕτω γε χαλεπῶς. οὐ μὴν *scribe: &* ψηφιεῖσθαι τε, *non* ἴτε.

54 Vltra Dorium transtulerunt] *Fluuii nomen puto. nam Dio nihil præter τὸν articulum addidit, vt nomen possit intelligi. Sic supra dixit,* πρὸς τὸν Καμβύσην. *& libro 41.* περὶ τὸν ...*, quos fluuios esse patet.* Brigantiam Calæciæ vrbem] Καλαικίας. *forte* Καλλαικίας. Callaicos *enim populum à Cæsare subactum Plutarchus nominat.* Calæciam *autem in Hispania nullam inuenio.* Satis sibi iam aditus] ἱκανὴν ἀπ' αὐτῶν ὁδὸν βασιλικὰς. *Ineptissima lectio: emendo* ἐπιβῆναι.

55 In petitione Consulatus] ἐπαγγελλόμενος τὴν ἀρχὴν. *Omisit præpositionem* εἰς, *quam requirit vsus loquendi. Et tamen sic lib. quadragesimo etiā locutus est,* νόμῳ τὸν κελεύοντα τὴν ἀρχὴν τινὰ ἐπαγγέλλοντας. Maiori studio inimicis] σφοδροτέρας ταῖς σπουδαῖς, *imo* σπουδαῖς.

ἐπαγγέλλεσθαι εἰς ἀρχήν.

57 Ludos de Syris] παναγύριν τινὰ ἐκ σύρων. *quæ verba quid sibi velint, siquidem sunt integra, non satis certus sum. Forte loquitur de theatro ex Syriacis manubiis ædificato: sed certi nihil habeo.*

IN DIONIS LIBRVM XXXVIII. GVILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI ANNOTATIONES.

58 Et Ariouistum] Ἀριουιστῳ, *scribo* Ἀριουίστῳ, *ex ipso Dione. Consulum nomina in Græco sic legenda sunt:*

Γ. Ἰούλιος. Γ. υ. Καῖσαρ. Μ. Καλπούρνιος Βίβουλος ὑπ'.
Λ. Πείσων Λ. υἱός. Α. Γαβίνιος Αὐ. υἱός.

Calpurnii nomē Bibulo cum Pisonibus commune est, quæ caussa erroris forte fuit librario. Pisoni autem L. prænomen fuisse, ex Cic. etiam multis locis, & oratione contra eum habita liquet. Quæ etsi iamdudum mihi minime fuerunt obscura, nescio tamen quo pacto acciderit, vt neque in vertendo, neque in emendando, neque tum adeo, cum ad prælum ea relegerē, animaduerterim. Etenim homines sumus omnes, estque nobis procliuis ad errorem lapsus: ingenuum contra est, fateri te dormitasse aliquandiu, præsertim Quando opere in longo fas est obrepere somnum. *Facitque ad excusationem etiam festinatio. Emendet itaque candidus Lector ita:*

Interpres de erroribus suis.

Anno V.C. 695. C. Iulius C.F. Cæsar. M. Calpurnius Bibulus.
696. L. Piso, L.F. A. Gabinius A.F.

Sunt & alia leuiora, quæ impressis demum paginis notauimus, vt cum idem vocabulum diuersis modis scriptum inuenietur. Exempli caussa cepit, cœpit: ceptum, cœptum, deprehendo, *& id genus,* depræhendo. *Item* Licinius, Licinnius, *& similia. Ego vbique* cepi, ceptum, depræhēdo, Licinius, *scribendum censeo. sed aliquando varie per incogitantiam, & in quibusdam vitio Græci exemplaris scripsimus, citra tamen sententiæ aut rei detrimentum. Quorum lapsuum, & quod non vbique Lyncei fuimus, gratiam nobis fieri à candidis Lectoribus confidimus.*

60 M. quidam Petreius] *Apud Xiphilinum hic* Μάρκος Πετρώνιος *dicitur,* M. Petronius.

62 M. Fauonius] φαώνιος. *Monet Robertus Stephanus triplicem huius nominis lectionem in Dione extare quæ varietas librarii vtique est. ego* φαώνιον *malim vbique legi.* Remissionem à Senatu flagitauerant] ἀδειας τινός. *Quæ vox an genuina sit, compertum non habeo. videtur tamen priuilegium, quod vocant, significare, cum quis legibus soluitur. Res huius meminit Suetonius, ac Cicero ad Atticum libro primo. Ex iisdem locis, ac Ciceronis pro Domo sua oratione, itemque Appiani Alexandrini libro secundo* ἐμφυλίων *satis patet, equites publicanos fuisse.* Omnia Pompeii acta] *Quod in Græco legitur* προσεχθέντα, *ego* πραχθέντα *lego.*

63 Ridicule omnino suppressit] γελοῖον *enim aduerbialiter accipio. quasi diceret,* Cato ridicule egit, quod legibus Iuliis vtens in iudiciis, nomen earum aspernatus est. Q. autem Fufius] *Constanter hic Q. Fufius à Dione nostro etiam sequentibus locis dicitur, cum apud Ciceronem multis locis* Fusius *dicatur. Sed & Carolus Sigonius, vir longe doctissimus, diligentiaque exactissima, in suis Liuianis annotationibus, etiam in Capitolinis monumentis* Fufium *legi, atque ita vbique scribendum esse testatur. Ceterum totius*

Carolus Sigonius.

bius satis obscurus est. Quod Robertus pro ἀπώνεα legit ἀπηύνεα, probo. Per quendam L. Vectium] *In Graeco deprauate οὐεσθίου pro οὐεττίου legitur. Cicero epistola penultima libri secundi ad Atticum*, Vectium *hunc nominat. Plutarchus in fine Luculli Βρέττιον mendose nisi fallor. nam & Appianus οὔετιον appellat, libro secundo bell. ciuil.*

64 *Quod verti*, Nihil certi cognoscebatur] *in Graeco οὐ χάριν του καὶ διηλέγχθη, credo scriptum fuisse διηλέγχθη, ἀπὸ τοῦ διελέγχεσθαι, hoc est*, à conuincēdo, & certo depræhendendo. In defensione Antonii] *C. Antonii, qui Consul fuerat cum Cicerone. Frequens mentio fit huius rei apud ipsum Ciceronem: præsertim epistola ad Atticum sexta, in oratione pro L. Flacco, & M. Cælio, qui Antonium in ius vocauit. Damnatum autem exilio fuisse Antonium, ex secunda Philippica patet, & fine libri Dionis* 45.

65 Quam vt in posterum tutus esset] *In Graeco ἵνα καὶ λυθῆ, quod integrum mihi non videtur: sensum volui exprimere. sicut & in eo quod sequitur*, Ab eo quod infectum fieri: *quæ verba mutila sunt in Graeco.*

66 Ad gratias defensoribus suis] *Sensus enim & αἰτιᾶται ipsum videtur ostendere, pro ἀμυνόντων, ἀμυνόντων scribendum.* Ita inuidiæ vitandæ causa dicta] *ἐπιχειρῶν. forte ἐπιχειρεῖται. De his collegiis a Clodio instauratis, Cicero in oratione in L. Pisonem. vt & ibidem de Censoria potestate abrogata, & pro Domo sua.* Apud vtrumque ordinem] *παρ' ἀμφοτέροις σφίσι, nempe apud Senatum & equites. nam ad hos iam tum iudicia erant translata a L. Aurelio Cotta prætore, vt Liuiana Epitoma nonagesimaseptima habet, & Velleius Paterculus apertius:* Per idem tempus, *inquit*, L. Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum Senatui ad equites, Sylla ab illis ad Senatum transtulerant, æqualiter inter vtrumque ordinem partitus est. *&c.*

68 Equitis habitu] *ἱππάδι, forte ἱππάδι, aut ἱππικῇ.* Clodium Pompeio affinitate quondam iunctum] *Nimirum propter Q. Metellum, qui altero ante anno fuerat Consul: cuius sororem in matrimonio Pompeius habuerat, quem Metellum Dio supra libro tricesimoseptimo, folio* 53 *testatus est, Clodii propinquum fuisse.* Fugæ indicta causa faciendæ] *ὥσπερ αἰτίξαντος. φύγειν aut similis vox hoc loco in Graeco desideratur.*

69 Longe superiorem se inimicis futurum] *ὡς καὶ πολὺ τῶν ἐχθρῶν ὑπερέσων. Id participium vnde formatum sit, mihi cum doctissimo Roberto dubitare subit: neque scio mendose ne, an noue dictum sit. Certe ὑπερφέρειν cum accusatiuo construitur, vt ne ὑπερβίσων quidem legendum sit, cuius vnum exemplum addam, quod nunc in promptu fuit, ex Appiani libro secundo belli ciuilis: καὶ ἐπί τῶν μάλιστα ὅτι ὑπέβη ὁ γνώμην ὑπὸ Δίου ὁ Φθόνος, ὡς τῶν αἰδρῶν καὶ τὰ ἄλλα αὐτοὺς ὑπερφρονούντων ἐν τῇ πολιτείᾳ.* Idque multi etiam senatores fecerunt] *καὶ πολλοὶ τοῦτο καὶ τῶν βουλευτῶν, deest textui ἐποίησαν.* Criminatus est] *ὑπεκάλει. Haud scio an male, pro ἐπεκάλει, vt sæpe loquitur.* Interrogatusque à Clodio] *πυθομένου omnino scribendum est, non πυθόμενος. & pro οὕτω μόνον. satis patet ex ipsa sententia, οὕτω μόνον scripsisse Dionem, aut potius οὔτ' ὤμον. Patet hoc satis ex oratione etiam Ciceronis in hunc ipsum Pisonem, vbi id ipsum ei exprobrat his verbis:* Idem illo fere biduo productus in concionem ab eo, cui sic æquatum præbebas Cōsulatum tuum, cum esses interrogatus quid sentires de Consulatu meo, grauis autor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsonius Semiplacentinus Caluentius, respondes altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, Crudelitatem tibi non placere, *Et quæ sequuntur, plurimum lucis huc allatura. Sequitur paulo post in Graeco parenthesis, ante vocem ἰξω inchoanda, & post ἐποίησαν claudenda. Et quod sequitur, τὴν μὲν γὰρ, γὰρ est inducendum: quæ recte sunt a Roberto Stephano annotata.*

ὑπερφέρειν verbi constructio.

70 Iussusque est abesse Roma vltra quadringēta & sexaginta octo millia passuum] *In Graeco sunt* stadia ter millia, septingenta ac quinquaginta, *quæ tot, quod ego posui millia passuum (nam Latini fere vsus, non stadiis vtuntur in distantiis indicandis) ac præterea passus septingentos & quinquaginta faciunt. Cicero libro tertio ad Atticum:* Allata est enim mihi rogatio de pernitie mea, in qua quod confectum esse audieramus, erat huiusmodi, vt mihi vltra quadringenta millia liceret esse. *Plutarchus iterum aliter paulo, qui edictum ait, ne quis hospitium daret Ciceronis intra quingentesimum ab Italia miliare, ἐντὸς μιλίων πεντακοσίων Ἰταλίας. Itaque autoris nostri summa præcise posita mihi videtur. Quod autem dixi*, Impune à quouis occidi possent: *lego in Graeco non αἰάτι quod locum non habet, sed vna dictione ἀνατί quod est ἄνευ ἄτης καὶ ζημίας.*

Miliare verum Italicū octo stadiis constat, stadium 125. passibus.

ἀνατί.

73 Oberrareque nomen exteris ferentem] *ἀλᾶσθαι, non aspirate ἁλᾶσθαι.* Cum enim duo sint] *δυοῖν τῶν ὄντων, ἐξ τῶν tolle τῶν.* Hominum arbitrio atque opinione] *νόμῳ τε καὶ δοκήσει τινί. Philosophice enim Dio voce νόμου hoc loco vsus est, φύσει eam opponens, cum sanitatem corporis & mentis reuera ac suapte natura, vel simpliciter bona vocat, eorumque contraria, mala. Reliqua tantum iudicio hominum bona aut mala vocari. Hoc modo νόμον τῇ φύσει opponit multis locis cum Plato, tum Aristoteles. Aristoteles primo Ethicorum Nicom. libro ait tantam versari circa eorum bonorum, quorum cognitio moralis est philosophia, opinionum diuersitatem, ac errorem, vt multis ea non per se, ac suapte natura, sed tantum hominum iudicio & instituto bona esse videantur: ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. Sic in secundo Physicæ auscultationis libro eadem voce vsus est, in recitanda Antiphontis de Natura sententia. Plato in Gorgia ait νόμον in plerisque τῇ φύσει contrarium esse: id est, fere aliter vulgo de rebus iudicari quam natura earum fert. Idem νόμος alio vocabulo θέσις ab iisdem dicitur. Sed hæc alio pertinent, monere tamen rudiorem lectorem volui.*

θέσις.

74 Iam nec honores nec ignominiæ, &c. *In Graeco ante ἐπιτιμίας videtur deesse οὔτ': vt sit, νομίζοιτο, οὔτ' ἐπιτιμίας, &c.* Neque in nostra potestate] *αὐτῶν pro αὐτῶν legendum cum Roberto Stephano.* Vt visum fuerit fortunæ] *Platonico, adeoque Aristotelico more fortunam vocat fatum: hoc est, res ita contingentes, vt earum caussæ nos lateant.*

75 In hanc deueneris calamitatem] *ἐνεπεσάξεσθαι. legendum pro ἐνεπέσω. Robert.* Quam cum officio tuo satisfecisses] *ἂν ante κατορθώσαις deest. & συνομόσαις scribendum superius.*

76 Quid Annium. *Quis is Annius fuerit, fateor me nescire. Certe de Graeco loqui videtur homine, vt mendosam vocem existimem.* In omnes partes abripiuntur] *Deest in Graeco βιαζόντες, aut φέροντες, aut aliquid tale.* Ac ne tibi vel Drusi] *Exempla adducit eorum, qui in seditionibus ad magnam dignitatem elati, post subitam perniciem inuenerunt. De Druso hæc Appianus, Florus, & alii videndi sunt. Scipionem autem quem dicere voluerit, ambiguum est: ego Nasicam intelligo eum, qui cum Tiberium Gracchum occidisset, post ipse in exilio periit. In Graeco præterea mendose bis*

μόμιον

μίμνηθι pro μέμνηνται legitur. Et hæc verba, ἄμυνον τῷ Καπιτωλίου, mendosissime habent. Aut igitur ἀμύνων τῷ Καπιτωλίῳ legendum, quod ego in vertendo secutus sum: aut ὁμιλῶν τῷ Λ'πουλνίου, cum Apuleio (erat enim a L. Apuleio Trib pleb. furti postulatus) potior iterū habitus esset.

77 Prædium maritimum] Robertus ex P. Victorio legit παραθαλάσσιον, pro παραθαλασσίδιον: cum tamen hæc vox etiam infra lib. 54. legatur. Qui oblatū tibi repudiaris] Quod nimirum inter viginti viros diuidendo agro Campano esse noluerat. Velleius. Potiorem cognoueris] In Græco post καὶ δῆτα, deest verbum, puta ειπεῖν, aut simile.

78 Per Ninnium] Cicero libro ad Atticum tertio Numii cuiusdam meminit, qui caussam suam adiuuerit. ac nescio is ne sit, quem hic & supra Dio Ninnium vocat. Hoc quidem loco Α'ννίῳ malim, ut de T. Annio Milone intelligatur, cuius studio ac contentione Ciceroni reditum confectum, omnia monumenta testantur. Pro ἐξουσία, τῇ ἐξουσίᾳ scribendum est. Et post, pro ἐπανῆλθεν, scribe ἐπανῆλθε.

79 Inuicem diuulsi] διαλλαγέντες scribe. Rhodanum transire] ἐχοντες τόν τε Ρ'οδανὸν, ad ἐχοντες, γνώμην addendum cum Roberto censeo. Heduos] Pro Αἰδούοις, Αἰδούων. & mox, Αἰδοῦοι legendum: ut infra folio 93, Roberto etiam docuit.

80 De regione aliqua] Pro ἐπὶ χωρίῳ τινὶ, lego cum Stephano, ἐπὶ χώρᾳ τινι.

81 Partemque regionis] Lacuna est hoc loco, asterisco notata. Ex Commentariis Cæsaris sensus facile suppleri potest. Verba autem hæc sunt de Germanis. Germanis illis Ariouistus] Adnotandum hoc duxi, Celtas constanter Κελτοὺς Dionem dicere, cum de Germanis loquitur, cum hoc, tum sequentibus in libris, & infra libro quadragesimoquarto, in funebri oratione Antonii de Cæsare, Germaniam Κελτικὴν, Celticæ, nomine appellat. Proximo libro, Belgas iisdem Celticos nominat, ut ex Cæsare patet. Enimuero infra folio 113. Rhenum Celtas a Gallis diuidere cum dicit, haud dubium est quos Celtas dicat.

83 Samnitas] In Græco malim Σαυνίτας, quàm Σαυνίτας, noto errore, & in aliis etiam frequenti.

84 Asiam minorem] In Græco est, τὴν Α'σίαν τὴν περὶ τὴν Ι'ωνίαν, Asiam quæ est circa Ioniam. quibus verbis circumloquitur Asiam minorem, ut patet. Iberiam in istis locis positam] τὴν Α'λβανίας τὴν ἐκεῖ. Id ad discrimen Hispaniæ, quæ Ι'βηρία ipsa etiam dicitur, additum. Nam verba in Græco transposita affirmo: atque has voces certe, τὴν ἐκεῖ, ad Ι'βηρίας adiungendas. Cui multi sunt intenti] ἐπιθυμοῦσιν αὐτῆς, non αὐτῇ Rob. Steph.

85 Hostibus ut subinde aliquid] πολεμίων repono, pro πολίμων. Etiam absque hac nostra opera essent] μὴ πολέμων legendum, pro πολέμων. Aliena quoq; bello inuadant] Luculento vitio ἀπολείπειν pro ἀπολείπειν textus habet.

88 Barbarus autem Romanum] ἀπίθεις, haud dubie falso. neque enim Allobrox fuit Arionistus, (& iam sub Romanis erant Allobroges) sed Germanus. ἀπίστως, aut aliquid aliud scripsisse Dionem censeo.

91 Ex chalybe factos] χαλυβδικὰ scribendum, non χαλυβδικας. Neque inuadi] ἀπερίσμικτοι emendo, pro περίσμικτοι.

92 Quod omnes neci erant expositi] ἅτε καὶ μιᾶς ἐπικουρίας [illegible], scribendum ἐπικουρίας. quod simul & eodem loco omnes cædi possent. Sic locutus est infra lib. 49. folio 409. ubi scripsi: Ac iam simul omnes posse concidi. In genitiuo est, καὶ μιᾶς ἐπικουρίας [illegible]: quod genus dicendi obseruent studiosi.

In Dionis Librvm xxxix. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

92 Quomodo Cæsar bellum cōtra Belgas gess.] Quos Cæsar (quem nos potissimum autorem secuti sumus) Belgas vocat lib. 2. Comment. eos Κελτικοὺς hic & alibi Dio vocat, quasi Germanicos, quod (ut ait Cæsar) plerique essent orti à Germanis: quos Κελτοὺς, Celtas noster subinde vocat. Decimus Brutus] Δέκιμος falso. Δέκιμος hic & alias ubique scribendum est. Prænomen hoc Latini litera D indicant.

93 L. Marcius] Λ. Μάρκιος, scribe Μάρκιος. Ænobarbus] Α'ινόβαρβος vitiose, pro Α'ηνόβαρβος. sic enim & alii scribunt, & ipse autor infra libro 48. Adra summæ rerum præfecto. Α'δρὰν προστησάμενοι. Hunc Adram, siquidem non (quod suspicor) menda est in Dione, Galbam Cæsar vocat lib. 2. Nunc esse regem Galbam, ad hunc propter iustitiam prudentiamque, summam totius belli omnium voluntate deferri. Quod enim Robertus ἀρὰν legit, quasi dixerit Dio, execrationem coniurationi ab iis adhibitam; non probo. προΐστασθαι enim præficere ac præponere significat, (quomodo etiam cum aliis author noster frequenter usus est, ut infra sub initium libri 45. de Batone, & alibi) non addere aut adiicere. nisi προσθέμενοι pro voce προστησάμενοι supponere velimus. quod cur faciendum sit, non video: præsertim cum nullius deuotionis à Cæsare (cuius Commentaria quasi in compendium autor noster redegit) mentio facta sit, neque verisimile videatur, nomen ducis huius belli a Dione omissum. Quæ mea sententia non in hoc proponitur a me, quod detractum honori Roberti Stephani, a quo dissentio, velim: (quid enim impudentius, quam me iuuenem, ac vixdum eruditulum, viris doctrina & usu literarum præstantibus, reprehendendi studio velle obgannire?) sed ut salua eius existimatione, meam tamen fidem præstem, quā in hoc labore studiosis obstrinxi. quod cur non liceat mihi in tanta iudiciorum libertate, non video. Idque in posterum etiam, si res ferat, ingenue sum facturus: neque me tam eorum autoritas, qui luminibus meis officere possunt, deterrebit, quam eorum ipsorum candor, propositique mei tenendi necessitas consolabuntur. Quos autem ego Rhemos verti, hi vitiose hoc loco Ρ'ωνοὶ, cum sint Ρ'ημοι, facile imperito librario errore, vocantur. Ρ'ημοὺς ipse etiam infra dixit. Neque vero oblitus fui Dio eosdem Ρ'ωνοὺς & Ρ'ημοὺς vocasse credendus est.

94 Ab hoc facto in subigendis] In Græco οὐδὲν ἔτι μέγα ἔργον, non ὅτι ponendum. Aduatici] Α'τουατικοί. Nos cum nihil in id genus nominibus Græcis mutare temere vellemus, Cæsarem in vertendo secuti sumus. Sub hastam missi sunt] id est, venditi, ἐπράθησαν, non ἐπαράχθησαν, Roberto etiam teste. His ita gestis Cæsar] ἐπὶ δ' οὖν ἐπράθη. Nisi mendum insit in his verbis, deesse aliquid videri potest. Ego sensum aliquem exprimere malui, cum ex Cæsaris libro 2. fine pateat, nihil deesse. Sergius Galba] Γάλβας ὁ Σέργιος legendum, Robertus docuit. Ego Σέργιος malim, Galbarum enim hoc nomen fuit.

95 Præter hos Spinther] ὅ, τι Σπινθὴρ, non ὁ χάρ. Et pro Μίλων, Μίλων.

97 Legis Curiatæ] τὴν γὰρ εἰσφορὰν τῷ φρατριακοῦ νόμου Frequens est huius legis Curiatæ, cuius in adoptionibus fuit summus in repub. Rom usus, mentio apud

optimos quosque autores. ac præsertim quod ad hanc ipsã causã attinet, apud Ciceronẽ in orationibus pro Domo sua, de Arusp. responsis, & de prouincijs Coss. Meminit & Dio alijs in locis, vt lib. 45. vbi ostendit adoptionem Octauii in stirpem Cæsaris Antonium prohibere cupientem, lationem legis Curiatæ impediisse. Rem explicat etiam Gellius lib. 5. cap. 18. Omnium tamen apertissime Appianus Alex. lib. bell. ciuil. 3. de C. Octauiano Cæsare, Consule cum Qu. Pedio facto, in hæc verba scribens: Sacris peractis, lege Curiata patris adoptionem (*scilicet Iulii Cæsaris*) stabiliuit. Hoc enim modo populus adoptionem confirmat: legique à curiis, in quas tribus diuisæ sunt, nomen est. Estque hic modus adoptionis omnium maxime legitimus, quo ei qui adoptatur, in cognatos & libertos adoptantis idem quod veris filiis ius datur. *Quæ vis legis Curiatæ in iudiciis fuerit, Dio sequenti pagina 99. ostendit.* Petiitque vt à Spinthere] ἱκετεύσαι ... *lego autem* ... *Hæc Historia plurimum facit ad Ciceronis epistolas, quas P. Lentulo Spintheri scripsit, intelligendas: itemque ad orationem pro Rabirio Posthumo, & alia loca.*

98 Magnopere ei studebat] ... *legendum omnino* ... *: qua vox etiam in Xiphilino hoc loco habetur.* Quanto enim minus id eis] *Diuinandum fuit de sensu, loco admodum deprauato in his verbis,* ... A. Plautius] ... *cum esset,* ... *legi, latinitate nominis adductus: nihil enim hoc de Tribuno pleb. mihi constat.*

100 Hæc cum vates expiare] ... *emendo pro* ... M. Cato reuersus ad vrbem eum restituit] ... *non* ... *legendum, sententia ipsa docet.*

102 In petendo autem consulatu] ... *mendose nimirum. Itaq; emenda:* ... Magnopere ornatum] *sensum secutus sum, non vocem* ... *haud dubie vitiosam: nec tamen subit, qua ratione emendari possit.*

103 Atque ex sociis quidam] *Haud parua lacuna hoc loco acta est, quæ sequentibus etiam non parum tenebrarum offundat. Historia ipsa ex Plutarcho & Appiano Alexandrino suppleri potest. Nam locus omnino mirum in modum est deprauatus, aut perditus verius. Ego verba vtcunque secutus sum, ex quibus tamen sententiam me certam nullam elicere potuisse ingenue confiteor.* Summisso in hoc] κάτωνα τὸ Γαΐον ... *pro* ... *legendum, Steph. monet.* Eos enim occurrentes] *Deest haud dubie nonnihil ante hæc verba, igitur asteriscum præposui.*

105 Soli duo Tribb. pl. C. Attius Capito] *Ex sequentibus liquet, hic* δήμαρχοι *pro* δημοσίᾳ *esse emendandum.* Nam ibi quoque nuper] *In Græco post* ... *parenthesis claudenda est, quod etiam Robertus vidit. sed* ἀρχῆς *vocabulum abundat.* Quod in manibus erat] ... *deprauate legitur, & mutilata periodo.*

106 Nam in omnibus concionibus] *Videtur hic locus ita emendandus, sublatis* καὶ *&* πρὸς *particulis:* ... *&c.*

107 Haud palam essent] ... *legendum est, pro* ... *&* ... *Et in voce* ... *inest obscura ambiguitas.* Vt à proposito discederent] ... *pro* ... *scribo. sicut supra libro 37. folio 52. à petitione destitit,* ... *Et paulo ante. ante* ... *præpositio* περὶ *addenda est.* Aliis inuid.] ... *non* ... *De elephantorum pugna quæ sequitur, lege Plin. lib. 8. Nat. hist. cap. 7.*

108 Ad aquam perennem] ὕδωρ ἀέναον. *Xiphil.* φανερὸν, *id est*, perspicuam, limpidam.

109 Vt & Hispanicas res] *Menda insignis,* ... *ego ratione historiæ ipsius ductus, vt authorum testimonia preteream in re non dubia,* ... *corrigo.* Quasi vero non in Rempub.] ... *Lego autem ipse:* ... *ita enim Plutarch. in Crasso:* ... *Qui enim* Atius *Dioni est, eum Plutarchus vocat* Ateium. Per Ligerim fluuium] ... *habet textus hic & alibi, deprauata voce, vt existimo. Cæsar lib. 3. hac de re loquens:* Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, *&c. Ea verba secutus sum.* λέγειν *scripsisse Dio videtur, vt infra libro 44. folio 262.* Decimus Brutus] ... *vbique scribendum supra etiam monui.*

110 Ne remis quidem] ... *pro* ... *scribendum, recte id Roberto monente.* Vbi se superiorem] ... *&c. Mancus est hic locus in Græco.*

111 In Vnellos miserat, quibus præerat Viridouix] *Cæsarem sequor, frequenter in hoc & aliis Græcis autoribus deprauata nomina huiusmodi esse compertũ habens.* Ita vt sua castra defendere] *Verba sunt hoc loco vitiata.* ... *enim in* ... *vertendum fuit: quamquam ne sic cæteris saluis.*

112 P. Crassus M. filius] ... *Et quos* ... *Dio vocat, modo sic ille scripserit, ii* Sontiates *Cæsari dicuntur.* In quodam colloquio] *Cæsar non meminit. Et* ... *scribo* ... Sertorianos] ... *Forte* ... *Robertus etiã monet.* Tenchteri] *Probo Roberti Steph. iudicium, mecum hæc ex Cæsare nomina restituentis.* ... *& Tencteridas Plutarchus quoque vitiose vocat in Cæsare. Lego autem hic;* ... *&c.*

113 Omissaque profectione] ... *Coniector scriptum ab autore ita esse:* ... *Eleganter dum plerique ductre literas & contrahere in vnam multas laborauerunt, multos in bonos libros errores inuexisse constat: cuiusmodi in præpositionum & articulorum ac syllabarum finalium peruersione sunt plurimi.* Rhenus ex alpibus Germaniæ] *Egregie, scilicet, Dio Rhenum descripsisset, si ex Celtibericis (est enim* ... *in Græco) alpibus ortum eius duceret, quo quid imperitius? Scripsit autem* ... *hoc est,* Germanicis. *Atque hic locus ostendit id quod supra diximus, Germanis* Celtarum *nomen à Dione tribui.* Celtar.

114 Britannia millibus passuum ad minimum quinquaginta sex] CCCCL *stadia enim tot millia passuum, insuperq; quartam miliaris partem efficiunt. Cæterum in Græco mendose* ἔχει *pro* ἀπέχει *(quod est distare) legi, Xiphilinus etiam testimonio esse potest, qui ad verbum hæc describens,* ἀπέχει *habet. Porro, idem ex Dione in Tito ostendit, Cn. Iulium Agricolam bellũ Britannicum gessisse: itemque Tacitus in Agricola. De his autem quæ sub Seuero in Britannia acta sunt, Herodianus consulendus in 3.* ... *expungendum: idque Xiphilinus etiam omisit.*

115 Romanis longe præstabant] ... *non* ... *Robert.*

116 Quater millies sestertiũm] ... *hoc est,* centena millia drachmarum *(neque enim de sestertiis, sed de drachmis loquuntur Græci autores) seu denario-*

denariorum. Qui modus loquendi cum sit in lingua Latina insolens, eo utendum mihi hic & alibi iudicaui, quem Latini scriptores usurpassent. Animum adiecit] *ἐπὶ τὸ παρασκευάζειν, non ἐπὶ τῷ. Ita Appianus etiam in Syriaco, & Parthici initio.*

117 Berenice] *Βερενίκην scribendum, ut ante. Porrò quod sequitur, πρὸς τὸ, καί τι. deest vox πολέμου aut πολεμίων, ante καίτοι.* Eo modo Gabinius] *Asteriscum praeposui: nam deest haud dubie Gabinii contra Aegyptios praelium, ac victoria.* Ne ipse suorum delictorum delator] *αὐτάγγελος corrigo, cum legatur αὐτὰ γίλως.*

118 Affinis Pompeii esset] *Frater nimirum P. Clodii: de qua re supra dictum. Paulo superius, αὐτοῖς ὑπὸ Δομίτιος, scribo αὐτοὺς, &c.* Gabinium hoc in summam inuidiam vocauit] *ἐς αὐτὸ ἐς ἐκεῖνο δεινὸν ἴχνος, nullo sensu: forte ἤνεγκεν, aut tale aliquid. Totus locus satis confusus est, nec (ut opinor) integer.* Quamuis reclamante Pompeio] *Deest aliquid huic orationi & pro αὐτοῖς τε, ἀντιλέγοντος legendum videtur.* Inde aedes] *αὐτὸ οἶκον, οἰκίας addendum docuit Robertus.*

119 Ex non modo absens] *Locus in Graeco mendosus, si tamen pro μόνον, ἀπόντα ponatur, & ante οὐδὲ ἐπελθόντας, ἀλλὰ addatur, constabit aliquo modo.* Cic. pro Gabinio diceret] *συναγορεύσεις, pro ἀγορεύοντος scribo.* C. Pomptinus] *ita enim libro priore vocatus est. & pro γεάμματα, πράγματα legendum, Robertus erudite vidit.*

Verticoni nomen fuisse, Caesar prodit. *Βερτίκωνα autem una voce scribendum, assipulor Roberto.*

125 Ab Induciomaro] *Ἰνδουτιομάρου recte emendat Stephanus, pro Ἰνδιοτιμάρους.*

126 Talymenus Ilaces] *Fortassis Σιλάκης, ut a Plutarcho & Appiano dicitur.* Ut urbs euerteretur] *ἐς ἐξ ὧν τὸ ἀνίστησιν, est in Graeco. deest igitur, αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι. ita enim habet Plutarchus in Marci Crassi vita, & Appianus Alex. in Parthico.*

127 Nonnihil concesserunt] *ἐς τῆς ἑαυτῶν ἴσον ὡς ἀσφαλεστέρου, lego cum Roberto. & ἰχνῶν quod subsequitur, ad ὄνομα praecedens refero, ut post ὄνομα comma, non punctum ponatur.*

128 Bubo enim] *ἐς ὁ βύας. βύας lego: ita enim nominandi casu dicitur, aut pluraliter βύαι. Quod autem dicit, κύνες ὠρύοντο,* Vlulauerunt vertendum duxi, *quod omini habebatur.*

> Obscaenique canes, importunaeque volucres
> Signa dabant.— *inquit Maro.*

& pro οἰωνίας, nisi quid deest, οἰωνισμοῖς dandi casu legendum.

129 Augarus Osroenus] *Ὀρρόηνος est in Graeco perperam, pro Ὀσροηνός, quo modo alibi apud Dionem legitur. Esse autem Osroenem Asiae regionem, Armeniae finitimam, ex Geographis liquet. Verum hic* Augarus *a Plutarcho* Ἀριάμνης *nominatur*, Ariamnes, *ab Appiano* Ἀκβαρος, Acbarus. *Cum tamen tota narratio de Crassi bello Parthico, interstitque, ad verbum ferme Appiani Parthico libro sit inserta, non minor ea septem paginis. Quod cum demirarer animaduersum a me utriusque lectione, in eum veni cogitationem, primam ac maiorem partem eius libri, qui fuit de rebus Parthicis ab Appiano conditus intercidisse, ac a quodam alio ex Plutarcho, quantum eius potuit fieri suppletum fuisse. Nam profecto etiam haec quae post finem verborum Plutarchi Appiano intextorum sequuntur, minime cum prioribus cohaerent: deest enim omnis Parthica historia, à morte Crassi usque ad Ventidii contra Labienum bello: quam haud dubie diligenter Appianus persecutus fuerat, sed cum antecedentibus periit. Quinimo reliqua etiam pars istius Parthici fere tota ex Antonio Plutarchi est descripta. Id etsi nonnihil alienum ab hoc loco, tamen obiter commemorare volui: ut si qui haec nostra legentes fortassis eandem rem animaduertissent, quid nos senseremus, intelligerent, rudioresque dubitatione aliquantum soluerentur. Ego tamen cum Dione* Augarum *hic legere malo, cum etiam Xiphilinus ex Dione in Caracalla, & Herodianus libro tertio Augari cuiusdam Osroenorum regis meminerit, ut id nomen omnibus Osroenes dominis commune, sicut* Arsacis *Parthorum, fuerit. Sed haec fatis.*

130 A suorum acie subductus] *ὑπὸ τῆς φάλαγγος, non ὑπό.*

131. Letali vulnere] *καιρία, lego καιρίᾳ. Et paulo supra, ἐς ἀντιπεφόμενοι, cum Roberto legerim.* Aduersus hostes aperte congressos] *pro ἐς ὁδὸν προσμένους, scribatur, ἐς ἐν προσμίσαντας. & post ἐπαγαγόντα, aducendum προσιόν. Paulo post, pro προσιόντων, legit προσιόντων Robertus, & recte, mea sententia.* Undique circumequitando] *πάντων pro παντὶ malim.*

132 In tenebris] *ἐν τῷ σκότει, non σκότῳ. & post αὐτὸ, pro αὐτὸ scribo.* Carras sese receperunt] *Insignis menda, ἄκρας pro Κάρρας subrepente: neque opus est multis in ea castiganda verbis. Quis enim nescit quod Crassus*

> Assyrias Latio maculauit sanguine Carras:

In Librum Dionis XL. Guilielmi Xylandri Augustani annotationes.

121 *In Consulum nominibus sunt multi errores, ex ipsius autoris verbis tamen haud difficulter castigandi. Καλούινος) scribo Καλουῖνος: sic omnes alii, sic infra ipse Dio. M. Οὐαλέριος] Adde Μεσσάλας. Porro scribo, Γν. Πομπήιος, Γν. υ. Μάγνος τὸ γ. Κ. Καικίλιος Μέτελλος Σκιπίων, Νασικᾶ υἱός. (fuit enim a Metello adoptatus) Iam pro Ξίφιος, Σερούιος scribo: sic enim alias semper Dio, ad eumque et hoc κ.υ. Ρ'ῦφος pertinet. Quae sequuntur, ita scribe: M. Κλαύδιος, M. υ. Μάρκελλος. Λ. Αἰμίλιος, M. υ. (puto n. M. υ. ad hunc pertinere, non satis certo scio, neque admodum refert) Παῦλος. Huius collega omissus est, sed addatur ex Dione, Γ. Κλαύδιος Μάρκελλος.* Anno ab u. c. septingentesimo] *Notandus hic locus est qui fide dignum enumerationi annorum ab Roma cõdita testimonium fert, qua nos cum multis aliis utimur. Quod sequitur:* Iisdẽ L. Domitio, &c.] *in Graeco τῷ Δομιτίου αὐτῷ Λουκίου. quod αὐτῷ adiectum est a Dione, nisi fallor ad discrimen eius Domitii Cnei, qui statim sequenti anno Consul factus est. Itaque nihil muto: quanquam αὐ τῷ diuisim legi Roberto placeat.*

122 Undiquaque terrae accedebant] *ἀμαχεὶ ἅμα αὐτοῖς κατεχώρουν, non αὐτοῖς.* Ad Suellam] Cassiuelaunum *Caesar nuncupat.*

123 Ab Eburonibus] *Robertus ex Leoniceno αἰχμαλώτοις addendum censet: quod ego plane non probo. fierique omnino potuit, ut hic quoque usus non emendato exemplari, illud* (captiui) *de suo dimanans addiderit. Certe Caesar nihil habet huiusmodi, neque congruit huc: Populus enim, non captiui, praesidium impositum sibi moleste nimirum tulerunt. Ego aut ἐξοδεύσαντες, aut οἱ ἐξοδεύσαντες lego. nam quin Dio ἠγνομένου (non ἠγρύωσαν) scripserit dubium non est.* Eos nocte proxima adorirj] *ἐς ὀκνηροὺς (non ὀκνίους) μένειν lege.*

124 Ob abundantiam suorum] *πλεῖον τῆς πλεονεξίας. ὑπὸ pro πλεῖ lego cum Roberto.* Neruius quidam]

atque ipse Dio folio sequenti Cattas *nominat*. Vt interdiu discedens lateret] *καταδύοιτο reponendum est, pro καταφύγοι*. Cassio Longino Quæst.] *τῶ τεθμίου monstroso: ego τοῦ ταμίου lego. Fuit enim is C. Cassius Longinus Quæstor M. Crassi eo bello, ut & Epitome Liuiana 108. & Velleius Paterculus produnt. estque is, qui C. Cæsaris cum Bruto necem peregit. Facitque in sequentibus libris Dio huius Quæsturæ ipse mentionem.* Ad insaniam] *καί τι ἐς ἀνοίας lego.*

133 In equum impositus] *ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβαλών lege, non ἀναλαβών. Hinc ἀναβολεὺς dictus Græcis.* Vt quasi pauperem eum miseraretur] *ὡς ἐς ὡς πένητας οἰκτίζειν legit Xiphil.* Itaque Cassius eos] *Docte annotauit ex Cic. & aliis Robertus, hic & deinde* Cassium, *Κάσσιον, non Κράσσον legendum. quo accedit etiam Xiphilini testimonium: quamquam statim ipse etiam Dio* Cassium *nominat.*

134 Quamquam Senatusconsulto] *De hoc infra folio 142 lege.* M. Marcello] *Μαρκέλλῳ vitiose, pro Μαρκέλλου legitur.*

135 Molestè etiamnum] *ἔτι ἐς τότε lego, ut vult Robertus.* Quia hostibus terroris esse] *ἀφ' ὧν πῃ τι φοβεροί εἰσι. Misere hic locus in Græco est deprauatus, quãtumuis integer in speciem videatur. Porro, quæ Robertus de nominis Treuirorum & aliorum varietate annotat, accipio: iis tamen qui Græcum codicem recudent, autor fuerim unius omnino scriptionis obtinendæ, qualis hic sit Τρηουήρων. Idem de reliquis nominibus existimo.* Sicambris non satis fuit] *οὐκ ἀπέχρησε. & post, pro προσβοηθοῦσι, προσεβοήθησαν. itemque κερων πεισθεὶς scribendum, rectè Stephanus tradidit.*

136 Iis pepercerunt] *ἀφείσαντο, malim certe ἀφεῖσαν. Ceterum Cæsarem hic quoque in nominibus secuti sumus propriis.*

137 In longum quam maxime explicato] *μακρὰν ἐς ἐκτεταμένην Robertus legit, & rectè. fluuio autem nomen* Elauer *fuit: Cæsar l. b. 7. belli Gallici.* Oppugnandi ne cogitationem quidem ullam hab.] *οὐκ προσεπήγνυσαν. Credo hunc locum ita scriptum fuisse: ἐς αὐτὸς μὲν οὔτι ἐγίγνωσκε προσβάλλειν, αὐτὸ ἐκεῖνο λίαν πιστεύων. Deinde, ὡς ἐς τὸ ὑποδέξασθαι scribendum est. & vox αἰτιολογεῖν genuina non est, sed legendum puto, αἰτιᾶσθαι.* Sine fructu] *ἐν χρόνῳ ἄλλως. ἄλλως pro ἄλλοις lego.* Ad Gergobiam relictus exercitus] *καὶ ὡς οἱ καταλειφθέντες legendum esse, ex Cæsare Robertus ostendit, non καταλειφθέντες.*

138 Ne pœnas admissorum penderent] *χαλάζοντες πείσονται. Asteriscus in Græco est. nam sensus quidẽ planus, verba autem salebrosa sunt.*

139 Hostes Alexiam profugientes] *ἀπ' ἐς Σαλεσίαν, scribendum Ἀλεσίαν* Alexiam *nominat*. Atque reliquos bello inutiles] *ἐς τὸ ἄλλον, πῇ, &c. legendum. Rob.* Maxime Germanis auxiliaribus] *Ita lego hunc locum, alias mutilum: ἐν τῇ μάχῃ ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων, τῇ βοηθείᾳ μάλιστα τῶν Κελτῶν, ἐνικήθησαν. & pro ἰσχυροῖς ἐπίπονοι, ἰσχυροῖς ἐνίκησαν. Veram esse hanc emendationem, Cæsaris verba in Comment. testantur.* Integro etiamnum corpore] *Parenthesis in Græco post ἀκρωτηρίων demum claudenda est.*

140 Comium Atrebatem] *Ἀτρέβιον reponendum, pro Ἀτρίβιον, Robertus ostendit. Hoc bellum descriptum a Cæsare non est, sed ab Oppio (siue Hirtio) adiectum tamen Cæs. Comment.* Per insidias aggredi] *ἐνεδρεύσαι scribo, pro ἐνεδρεύσαι.* Molestus fuit] *χαλεπῶς lego, cum Roberto, non χαλεπός.*

141 Etenim cum id exiisset] *εἰκός τι γὰρ ἐξῆλθεν. Non video cur εἰκὸς hoc loco in Lat. sit vertendum, quod Roberto placuit. quinimo hæc verba, εἰκός τι γὰρ ἐξῆλθον, quasi rationem eius reddunt, quod dixeras Cæsari redeundum Romam fuisse:* Nam, *inquit*, sic conueniebat, cum tempus imperii eius exiisset: *neque vero annus, sed totum imperii tempus iam exiisse significatur hoc quidem loco. Itaque nihil ego mutari velim.* Mortua iam prę ertim filia] *Locus hic & deprauatus est, & ut mihi videtur, obscurus. Emendatior erit, mea sententia si ita legatur: ἐς αὐτῷ οἰκεῖοι (ut repetatur verbum ἐγίγνοντο) ἄλλως τι, ἐς τὸ παιδίον, ὅπερ που ἐς μόνον τὸ φιλίᾳ αὐτῆς κατεῖχε, τετελευτηκὸς. Iam illud παιδίον incertus sum, ad Iuliam ne, an ad filiolam ex ea natam referatur, quod posterius vox παιδίον innuere videtur: prius tamen magis placet, potissimũ quia filiola ista (Velleius filiũ fuisse tradit) paucos matri dies superuixit, Plutarcho etiam teste.*

142 Acriter contendebant] *ἀπ' ἴσου ἀντιλαβόντες παρέπλευσαν. scribe παρέπλευσαν* Inter prodigia non extrema] *ψηφισθὲν, πέρας οὐδὲν ἧττον γενόμενον. sic interpungenda est hæc oratio.*

143 Eam rem vindicaret] *Probo iudicium Stephani, ἐπεξέλθοι pro ἐξέλθοι, & infra pro ὠνήσατο, ὠνοῦντο scribentis.*

144 Neméque Curiæ mutaretur] *Locus hic quoque obscurus est, nec integer, si quid iudico. Ei tamen illustrando nonnihil proderunt, quæ infra lib. 44. haud procul ab initio de eadem Curia scribuntur. Ceterum pro τοῦ αὐτοῖς, τοῦ αὐτοῦ lego.* Vt Cæsari permitteretur] *ὅπως ἂν μὴ, non ὅπως.*

145 Id quoque quod plerunque] *Parenthesis ante vocem καὶ in Græco est inchoanda, & post ἐξαρκέσειν finienda.*

147 Exteras prouincias] *ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας. ἐς præpositio abundat* Qui potentiam obtinerent] *οἱ ἐν δυνάμει legendum, non ἐν.* Cum enim & in equestri] *ὑπό γὰρ τῷ ππικῷ, & φιλαίτερος legendum.*

148 Coss. creati sunt] *ἀπεδείχθησαν legendum. sublata syllaba δι, & videtur scriptum deinde fuisse a Dione, ἐς χειρωθέντες itaque verti. non εἰ.* C. Marcellum sobrinum] *Suetonius in Cæsare :* Insequenti anno, C. Marcello (qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat) eadem tentante. *& Appianus ἀνεψιὸν, hoc est,* sobrinum Marcelli, eius qui priori anno Consul fuerat, *dicit. Quod refertur a me, ancipitis obscuritatis ex hoc loco tollendæ caussa. Quod autem dicitur affinitatem ei cum Cæsare intercessisse, hinc est, quod C. Claudio Marcello Octauia sororis Cæsaris neptis nupta fuit, eodem Tranquillo teste, quam eo defuncto Antonius uxorem accepit. qua de re sub finem Annot. indicabimus.*

149 Nulli omnino pecuniæ] *γὰρ abundat ante ἀργυρίου, perturbatque sententiam.* Inter eos primas] *Locus mancus in Græco, καὶ οὐκ αἰεὶ προέχεις.* Pompeio maxime studebant] *Sensus enim ipse demonstrat legendum, οὕσπερ που καὶ τὰ τοῦ Πομπηΐου, &c.* Ad eas leges tandem perferendas] *πρὸς τὰς αὐτοῦ δὴ, particula ἀπ' expuncta lego. Ceterum de tota hac re Cælii ad Ciceronem epistolæ sunt videndæ, quæ insunt lib. 8. Famil. Post, pro οὐ μέν τοι καὶ ὅκνῳ, scribatur καὶ ὄκνῳ. Et dein : ἔμελλε δὲ οὐδὲν δεῖν τι, deest aliquid post οὐδὲν : forte legendum, οὐδενὸς ἧττον δεῖν τι, &c.*

150 Ita se sibi conscium] *συνειδὼς μὲν ἐμαυτῷ, non ἐν αὐτῷ, legit Robertus, recte profecto.*

151 Legionem ex suis] *αὐτοῦ στρατευομένων. Ceterum hæc verba: οἱ δ' ἐς στρατεύονται, & quæ sequuntur, inepte & perperam parenthesi inclusa sunt, quia nulla esse debet.*

IN DIONIS LIBRVM XLI. Guilielmi Xylandri Augustani annotationes.

152 Ad ipsas Calend.] *nimirum Ianuarias: vt patet ex eorum temporum consuetudine, & Appianus lib. 2. τῇ νουμηνίᾳ τοῦ ἔτους habet, de eodem loquens.*

153 De Tribunis.n.plebis] *Si cui hec minus recte conuertisse videbor, is sciat diuinare me potius, quā vertere opus hoc loco habuisse, qui (nisi admodum fallor) integer non est.*

155 Pro incolumitate eius] *σωτηρίας αὐτοῦ δημοσίᾳ. σωτηρία lego, non σωτηρίας. ita Plutarchus etiam in vita Pompeii. Meminit rei huius Cicero primo Tusculanarum quaestionum, & Iuuenalis Satyra decima, ac alibi.* Et ad maleficium om.] *Ante κακουργήσειν copula ἢ abundat, nisi qua dictio desit.* Macedoniam, Thraciamve] *ἐς τε τὴν Μακεδονίαν non ἐς καὶ.*

156 Cum ad sese defendendos] *ἐπαμύνειν αὐτοῖς legendum asperate. & ἢ ante τῶν ὕβρεων videtur, vt alias saepe, superfluere* Ea imprecabantur] *τὰ αὐτὰ ἐπειρῶντο. Vox ἐπειρῶντο vitiosa, sententiam hanc mira obscuritate inuoluit. Mihi, quin ἐπηρῶντο sit à Dione scriptum, dubium non est, ac sic conuerti.* Eorum qui Romam petebant] *ἐπιόντων, ἢ πρὸς τὴν. Mutila est oratio, &, sicut complures aliae sine melioris exemplaris fide non sananda: ego sententia vt cohaereret, potissimum curaui.*

157 Nemineque hanc rem securo animo accipiente] *ἐν ἐλαφρῷ τὸ πρᾶγμα ποιουμένου legendum est, vt participium ad μηδενὸς referatur.* Totam noctem obambulantes] *πλὴν τι γὰρ νύκτα πᾶσαν αἰωρούμενοι. non in loco posita hac vox.*

158 Corfinio relicto] *τὸ Κορφίνιον, pro τὸ scribendum. Rob.*

159 Inaedificata vrbe] *οἰκοδομήσαι δὲ ἐν τούτῳ ἐκπλέοντι. Videtur aliqua dictio deesse.* Alio asportauit] *ἐπόρισε pro ἐπόρισε, recte Stephanus emendat.*

160 Illud quidem denuo quoque] *ἢ ὅπως μὲν καὶ αὖθις ἐψηφίσθη, &c. Tota haec periodus mihi mendosissima videtur. & qui inquam Robertus pro τοῦτο δή, ὅπως δή legit, tamen id exiguum ad intelligendam sententiam momentum affert. De Censura quidem Perpenna, quicunque is fuerit, nihil memini legisse.*

162 Ipse in Hispaniam] *Euidenti errore Ἰταλίας vox obrepsit huic loco. Ἰβηρίας autem scribendum fuisse, manifestius est, quam vt verbis opus sit. Mox pro καθιστάντας, καθιστάς emenda.* Sin bello veniant] *Ante ἐπὶ πολέμῳ δὲ, non periodi, sed commatis signum ponatur. Et mox legendum est, ἢ ἐκεῖνα... ἐς πολιορκίαν.* Hispaniae ea tempestate] *Synecdochicè dixit, τὰ περὶ τὴν Ἰβηρίαν, pro tota Hispania.* Deiecto Pyrenaei saltus praesidio] *πλήν τι ἔπι τὰ Πυρηναίου φρουρὰς προλαμβάνων. Vel ἐπικρατούμενος, vel simile legendum, non πιεσθείς. Porro, quod saepius monui, hic quoque affirmo, non varie eandem vocem scribendam esse, sed constanter vno modo. Nec probo eos, qui Πυρρηναῖον scribunt, litera ρ geminata, cum sit prima syllaba breuis, aut certe anceps: quod ratione & testimonio Latinorum Graecorumque poetarum demonstrare possem, nisi aliud agerem.*

163 Eos statim intercipiebant] *Asteriscus appositus ostendit deesse aliquid. Si legas, προσιόντας τοῖς ἔξω (aut simile quid) τὰ ἐπιτήδεια, constabit omnino locus, & licebit asteriscum tollere.* Acceptosque perdidit] *Notam defectae orationis praeposui: desunt enim nonnulla.*

164 Saepius conati perrumpere] *πειράσαντες, aoristo: non πειράσοντες futuro tempore legendum, recte Robert. indicauit.* Neque contra Pompeium] *μήτε ἐπὶ τὸ Πομπήιον, non μήποτε.* Q. Cassium Longinum] *Praenomen desideratur in Graeco: id (ne Cassiorum nomine obscurior res fieret) ex Caesare & Appiano adieci.*

166 Modo ea voluptate duci] *ἐλάχιστα τι ἡδόμενος. Robert. τινι emendat: non male quidem, non tamen necessario, cum id pronominis aduerbialiter poni consueuerit.*

167 Ex aequo maleficiis vos prohibent] *In Graeco, ἢ ὁμοίως ὑμῖν κακουργεῖν, supplendum ἀπείργουσι, aut simile.*

168 Cum id alioquin licitum non sit] *ὅ γὰρ ἔστ' ἔθιν, mendose. ὃ γὰρ ἔξεστιν emendo.*

171 Alterique Pompeianorum] *Supra monui cum Roberto, pro Σερτωρείοις, Σερτωριανοῖς legendum. ita hic quoque Πομπηιανοῖς legerim, non Ρωμαίοις. Xiphilinus certe Πομπηιανοῖς habet.* L. Scribonius Libo] *Σκριβώνιος, non Κελβώνιος, vt recte Robert. monuit.*

172 Insula relicta ad Pompeium contenderat] *In Graeco legendum προσεξεχώρησεν, non προσεξεχώρει. Particula μὲν etiam expungenda. quae enim sequuntur, ad Curionem pertinent. Est autem quae sequitur de Attio Varo clausula, manca in Graeco: ego sententiam extuli.*

173 Bocchus & Bogud, quod hostes Pompeii essent, reges dicti sunt] *Locum deprauatum sic castigo: Βόκχος ἢ Βόγουας βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῷ ἦσαν, ὠνομάσθησαν. αὐτῷ ante ad Pompeianos refertur. Regem autem a S.P.Qu. Romano vocari, magni fuit honoris, & à* Romanis (*vt ait Caes. lib. 1. belli Gall.*) pro maximis hominum officiis tribui consueuit.

174 Occasione belli gerendi arrepta] *πρόφασιν τοῦ πολέμου, Rob. Steph. pro ἐπὶ χρόνον recte restituit.*

175 Siue ea aliunde, siue ex oraculo] *Si legas in Graeco, ἢ τοιαύτην ἐλπίδα, ἢ ἄλλως, ἢ ἐκ μαντείας &c. locus erit planissimus, & (vt sentio) integer, asteriscusq; delendus.*

176 Quod accessione ad suum exercitum] *προσγενομένου scribe, non προσγενόμενον.* A' Dyrrhacho quodam Heroe.] *Δυρράχιον legitur. Sed ego sequutus alios omnes autores, Δύρραχος tribus syllabis lego. Qui plura volet de hac re, Appianum Alex. legat, lib. 2. bell. ciuil. vbi copiose haec tractantur. Porro autem ἰαχὶ vocabulum est deprauatum, quod Robertus etiam sensit, legendumq; ῥαχίας: ita & Xiphilinus habet. Et ante pro κτίσει, meo periculo lege κτίσιν.*

177 Sadalo Thrace] *Σαδάλου, expuncto ν. non Σαρδάλου legendum: sic enim hunc & sub finem huius libri, & infra lib. 47. nominat: etsi mendum ibi sit. Apud Iulium Caesarem* Sasalem *legitur, fortassis vitio, pro* Sadalem, *initio lib. 3. de bello ciuili. Lucanus certe in quinto Pharsaliae* Sadalem *edit:* Tunc Sadalen, fortemque Cotyn, *&c. Post paulo, ὀλίγον vox mendosa est.* Omnia diripuit] *καὶ τὰ διήρπασε, non ταῦτα.*

179 Neuter tamen neutri quicquam remitt.] *καὶ διὰ τὸ ὑφέντο τινος. Ipsa sententia docet ita legendū, vt ego conuerti: ἢ διὰ τὸ οὐδὲ ὑφιέντο τινος. Deinde, ἀλλὰ ἢ τῶν ἄλλων τῶν τι αἰθρώπων. Satis scio, pro τῶν τι scribi debere τῶν ὄντι, vna syllaba incuria librarii elisa.*

180 Se vindicem libertatis] *αὐτοὺς ἐλευθερωτάς, non αὐτοῖς. Robertus.*

181 Olim pro sua libertate] *ὑπὲρ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας, non ὑπό. Ac infra pro ἀκοαῖς, lego ἀμοιβαῖς, cum Roberto vtrumque.*

182 Reliqui in potestatem Caesaris post pugnā ven.] *οἱ δὲ ἢ μετὰ τοῦ. ἢ αὐτῶν, &c. Deesse verbum aliquod ad finem huius coli, in prōptu est. Ego audacter ita scribo: οἱ δὲ ἢ μετὰ τοῦτο ἑάλωσαν. Id enim & sequentia comprobāt, & locupletissimus testis est Caesar in Cōm. qui demōstrat, quomodo hi se eius potestati postridie cōmiserint.*

183 Ac Tarcondimoto] *Astipuler hic quoque Roberto, cum & infra lib. 47. Dio sic eum nominet, & Cic. in ea epistola qua libri. 15 Familiarium prima est. Caesar* Tarcondarium Castorem *hunc appellat. Ac deinde, vbi ego transtuli*, Sed id quoque ei vitio dedit] καὶ ἐγκεῖται ... *legendum, non* ..., *docte annotauit idem Robertus.*

In Dionis Librvm xlii. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

184 *Nomina Magistratuum huius libri sic lege*: Γ. Ἰούλιος, Γ. υ. Καῖσαρ, Δικτάτωρ τὸ β. Μ. Ἀντώνιος, Μ. υ. ἵππαρχος. ὕπατοι δὲ Κ. Φούφιος Καλῆνος, καὶ Γ. Οὐατίνιος Γ. υ. *Hac emendatio ex ipso est petita Dione.*

185 Cumque rem extrahere] πέμψας δὲ ... *Est autem* πέμψαι *hoc significatu inusitata vox, ac pro ea reponenda* τεῖναι: *ita enim Xiphilinus habet, hunc locum ad verbum adducens.*

186 Tamquam Crassi necessarium] *Intelligo id eo, quod Cornelia vxor Pompeii, coniux prius P. Crassi fuit. Plutarchus Pompeio.*

187 Multis per Africam &c.] *Robertus hunc locum eruditissime sic restituit:* ... *& quae sequuntur.*

188 Ea ipsa die qua] ἐν τῇ ἡμέρᾳ ... *Xiphilinus habet,* ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ: Ipsa octaua die. *quae lectio si vera sit, nomen mensis intercidit.* Quaenam loca is petiisset, inquirendo] ... *non* ... Inque classem ibi Pompeianā, cui C. Cassius praeerat] *In Graeco est* μετὰ τοῦ Κασσίου τοῦ Λουκίου, Cum L. Cassio: *non negligenda menda. Tres omnino Cassii Longini hoc tempore fuerunt, quorum & Dio & reliqui historici mentionem faciunt.* Q. Cassius, *qui cum Antonio Trib. plebis, deinde Hispaniae à Caesare praefectus fuit: eo quidem ipso tempore eam gerens praefecturam, quo Caesar ad Dyrrachium, Palaeopharsalum, & Alexādriae rem gessit: praeter Dionem, teste eo qui librum de bello Alexandrino scripsit. de quo & supra, & post suo loco plura.* L. Cassius, *qui hoc ipso bello ciuili Caesaris fuit legatus, ac Macedoniam ei occupauit: de quo superiore libro ipse Dio. Caesar autem in tertio bell. ciuil. Comment. scribunt. Is autem L. Cassius quinam fuerit classis Pōpeianae praefectus? Restat* C. Cassius, *quem quidem praefectum nauium Pompeii fuisse ipse eodem libro Caesar testatur. Caeterum Appianus Alex. aperte prodit, Caesari ab eo C. Cassio naues Pompeii esse traditas, a quo deinde Romae sit interfectus. Itaque quin* C. Cassius *recte ego scripserim, dubitare nemo debet. Volui autem id pluribus demonstrare, ne quis mihi ex Suetonii loco iuxta mendoso, negotium facesseret: vbi ita legitur in vita Caesaris, de hac ipsa re:* Post aciem Pharsalicā, cum praemissis in Asiam copiis per angustias Hellesponti victor nauicula traiiceret, L. Cassium (*sic enim est in iis quae ego viderim exemplaribus.*) partis aduersae cum decem rostratis nauibus, *&c.* C. Cassium *legendum est etiam apud Suetonium, ut satis demonstraui. In Graeco autem hic* Γαΐου, *aut certe* Λογγίνου *est scribendum, nequaquam* Λουκίου.

Suetonii locus emēdatur.

189 Fore hoc ciuile bellum diuturnum] χρόνιόν τι γὰρ αὐτῷ ἐν τῇ οὐσίᾳ ... *Robertus recte* χρόνιον. *Ego autem etiam illud* οὐσίᾳ *non admitto, sed* ... *lego: est enim* ... *longe aliud.*

190 Quorum neuter spem salutis] οὐδέτεροι ἐν τῷ Καίσαρι ἐλπίδα. *vox* ἔχοντες *abundat, & ab homine quodam indocto intercalata est. Inferius, pro* αὐτοῖς ... *legendum.* M. Acilius] *Sic eum Caesar vocat. In Graeco* Ἀκύλιον, *forte* Ἀκίλιον. *Caeterum bis hoc loco* Ν... *pro* Ο... *scriptum est: quae menda est etiam apud Plutarchum in vita Caesaris. Deinde pro* χώματι, *emenda* χώμασι. *& pro* ... *lego* ...: *vrinatores enim describit.*

191 Ipse intro nauigauit] *Insigne mendum, obscurum locum de planissimo reddidit,* ... *Certe* ... *est scribendum, nisi ego omnino nihil video.* Faustum Cn. Pompeii generum] *Fuisse Faustū Syllā Pompeii generum, omnes historiae loquuntur. Itaque in loco corrupto* Πομπηΐου τὸν Φαῦστον, *hoc diuinare: emendare certe verba non possum.*

192 Permulti Cordubenses] Κορδουβήνιοι *legendū, non* Κορδυνήνιοι. *Patet ex ipsa historia, quam copiose descripsit totam is, qui bellum Alexandrinum composuit.* Cumque Caesar ei succens.] εἰς ὀργὴν αὐτῷ ἦλθε, *non* ...

193 Proe t noui nuncii acciderant] ... *quid sit, nisi mendosa dictio, non video. Opinor legendum* καὶ τούτων τὰ ἀγγελλόμενα. *Deinde pro* ..., ... *reponit Rob.* Satisfactum eo modo] ... *non* ... *scribi debet.*

194 Ne negotium mihi ab aliis exhibeatur, &c.] *Imposuit mihi falsa huius lectio,* εἰ μὰ ... *nam* ... *vox est omnino expungenda.* δι' ὄχλου γίνεσθαι *Dio saepe habet pro eo quod est,* molestum alicui esse. *Itaque sic vertendum fuit:* Ne molestus sim lectori singulos percensendo. Quae vel inuitis ipsis] *Ante* ... *deest virgula, & articulus* ... *Deinde falso* ... *pro* ...

δι' ὄχλου γίν.

195 At M. Caecilius] *Sic etiam in Epitome libri* CXI. *apud Liuium nominatur. Certe Caesar lib.* 3. *bell. ciuil.* M. Caelium Rufum, *cum hanc ipsam rem tractaret, nominauit: atq. ita Velleius quoque Paterculus volumine posteriori, ideoque Sigonius etiam apud Liuium,* Caelius *emendat. Ego nihil mutare ausus fui: praesertim quia infra lib.* 47. *Consul legitur quidam* C. Caecilius Rufus, *apud Dionem & in indice, & in ipso libro, quē itidem alii* Caelium *scribunt. Indicare varietatem satis habui.* Praeturam vrbanam sibi non obrigisse] *Eam enim reliquis dignitate praestare, praeter alios, etiam in Bruto testis est Plutarchus.* Tabulaeque nouae proponebantur] ... *scilicet corrupte.* ... *emenda.*

Praetura vrbana.

196 In Tifata] εἰς τὰ Τιφατῖνα ὄρη. *Legendum haud dubie,* Τιφατινά. *Sic Liuius libro 7.* Tifata imminentes Capuae colles. *& alibi:* In valle occulta post Tifata montem imminentem Capuae consedit. *lib.* 26. In Brutios se contulit] εἰς τὴν Βρεττανίαν. *Praecipiti librarii lapsu, aut potius volatu ex Italia in Britanniam. Ego* Βρεττίους *vtique scribendum, satis compertum habeo. Caesar lib.* 3. *Comment. bell. ciuil.* Caelius profectus, vt ipse tunc dictitabat, ad Caesarem, peruenit Thurios. *Porro autem in Bruttiis esse Thurios, locupletissimus testis est Liuius, his adeo verbis initio lib.* 25 ab v.c. Eodem tempore in Brutiis ex duodecim populis, qui anno priore ad Poenos defecerant, Consentini & Thurini in fidem P.R. redierunt. *Brutios autem* Βρεττίους *etiam Graece dici, vt alios grauiores autores taceam, vel ex Stephani* περὶ πόλεων *libro liquet. Addam hoc etiam apud Plinium lib.* 2. *cap.* 27. *legi*, apud Castellum Carissanum periisse Milonem, anno post Consulatum L. Paulli, & C. Marcelli. *Videat diligens Lector, Dioni ne potius, & Caesari ac Liuio fides habenda sit, qui anno secundo post eorum, quos Plinius nominat, Consulatum hoc tradunt factum, locusque Plinii hinc emendandus, an Plinius dissensisse ab his putandus. quod ego certe non credo.*

Tifata.

Thurii.

Plinii locus animaduersus.

Bellonae

Bellonæ quoque ædes] ὠνιόν. *Roberti coniecturam sequor, ὠνιόν τι scribentis, quæ vox est etiam lib. 10. folio 421. Sed & λαφῦρον in λάφυρον neutro genere vertendum est.*

197 Primigeniam vocant] *Equidem fateor ingenue, me diuinasse hoc loco, nec scire, si quam aliam, nisi Primigeniam, Dio Fortunam circumlocutus sit, quãnis eam Plutarchus πρωτογένειαν Græce extulit.* Antonius quidem veste] ἐσθῆτι δὲ Ἀντώνιος ἰσθῆτι μὲν, &c. lego. *οὐδέπω enim perperam repetitum, locum conturbauit.* Tamen quod diuersos esse] ἀλλ' οὕτως καὶ ὅτι &c. *legendum: non οὕτως.*

198 Hilaremque sese] εὐθυμαῖζε, *non* ἀθυμαῖζε *scribendum.*

200 Per totam vrbem plurimus sermo haberetur] λόγος τι ἐν' αὐτοῖς. *Excidit huic colo verbum ἦν, aut ἐρρύη, aut simile.*

202 Quod ne à sacris] ἵνα μηδὲ τῶν ἱερῶν ποι. ἱερῶν τινὶς *lege.* Cum hic recta Alexandriam] *Vox ἤμυνεν admodum suspecta: videturque deesse huic loco aliquid.*

203 Onerariis nauibus lapidum plenis] *In Græco haud dubium est mihi, quin προσκατέπρεξαν, & προσκαταποντώσαντες, ab indocto librario, qui sensum non assequeretur, sint summisse. Restituo autem pro iis προσκατέπρεξεν & προσκαταποντώσας singulari numero. loquitur enim de Cæsare, vt sequentia ostendunt.* Ptolemæum quoque furtim auferret] τὸν Πτολεμαῖον ὑπεκλέψῃ. *Pro ὑπεκλέψῃ, videtur legendum ὑπεξέλῃ.* Interimendique Achillæ] *Locum hunc ambiguum accusatiui vtrinque infinitiuo iuncti faciunt: sed id peius, quod προδιδόναι falso, pro προδοῦναι legitur: vt ex libro de bello Alexandrino liquet.* Nauibus suis in statione locatis] ναυλοχῶν. *quid enim est ναυλομαχῶν?*

204 Præcipitarent] ἐκβιαζομένων. *Gignendi, non accusandi casu.* Mulierisque imperium moleste ferebant] *Pro ἀχθόντες, Robertus etiam vidit scribendum esse ἀχθόμενοι.*

206 Amisumque vrbem] Ἀ' μοῖν *scribẽdum: & infra* Ἀ' μοίνως, *expuncto υ post ι, id est vtrobique. id satis est manifestum.*

207 A' cuius discessu bellum renouare] ἀπελθόντος αὐτοῦ ῥᾳδίως, &c. *non* ἐπελθόντος, *quod habet sensum cõtrarium.*

208 Quæ Pomp. prius promissa fuerat, exigebat] ἐπράξατο *male scriptum est, pro singulari* ἐπράξατο. *Ac deinde:* καὶ παρὰ τῶν δυναστῶν τῶν Βασιλέων. *emendo,* καὶ παρὰ τῶν δυναστῶν, καὶ τῶν βασιλέων. *Sed hæc obuia sunt.* Etsi Cæsar nihili faciebat] ἀλλὰ τούτους ἐν οὐδενὶ λόγῳ, *non* μὲν.

209 Decem prætores ad insequentem annum designauit] *Hic assentior Roberto, pro* ἀπέδειξαν, ἀπέδειξε. *& pro* τὸ νενομισμένον, τῷ *scribenti.*

210 Missionem sibi militiæ] ἀφεθῆναί τε τῆς στρατείας ἤδη πάντες.

211 Inde parabant &c.] οὐ παρ' ὧν τε μόνον ἐχρήζον. *Hic verbum ἔλαβον, aut simile aliquod excidit.*

In Dionis Librum XLIII. Guilielmi Xylandri Augustani annotationes.

214 His rebus Lepido cum gratiam retulisset] ἤγειρεν *in Græco est. sed nimirum vitio, pro* ἦγεν *fortassis,* ἀντὶ τοῦ ἠγάλλεν.

215 Ordinibus legionum] τὰς ἀσπίδας, *eos enim intelligo, quos alias σπείρας dicit. Post* Γαιβουλία, *& deinde* Γαιτοῦλοι *vbique scribendo, Roberto etiam monente.*

216 Vt relictis locis munitis] ἀπὸ τῶν χωρίων. *Ego autem* ὑπὸ τῶν χωρίων *lego.*

217 Summam infamiam] αἰσχύνην ἀρχίαν ὠφλήσει. *Præponenda hic copula καί.*

219 Ipsum quoque Catonem] καὶ οἱ καὶ τὸν Κάτωνα ἐσώσεν δέ. *Error est librarii perspicuus.* καὶ τοι καὶ τὸν Κάτωνα *repono: id enim sensus exigit. Vox autem* ἐπεθαυμάκει *vitiosa est forte,* τὸ αἰδέσα ἐπεθαυμάκει. Cum C. Didio] *Robertus recte pro* Γαΐου διαγίου, Γαΐου Διδίου *emendat: sic enim & alii autores hunc vocant, & Dio infra non semel.*

220 Vtque deleto Catuli nomine] αὐτὸ τοῦ Κατούλου γεγράφθαι. *Hic vocabulum γεγράφθαι inscienter aberrante librario est ex sequentibus insertum, quod deleri iubeo.* Longe è à prioribus diuersum & sermone] καὶ λόγῳ καὶ ἐπεπράξατο. *Robertus castigat,* καὶ ἔλεγε, καὶ ἔπραξε.

222 Nihil enim grauius dicendum censeo] *Coactus sum hic quoque diuinare de sensu horum, quæ mihi vitiosa admodum videntur, verborum:* τοῦτο γὰρ μόνον οὐ βλέπω καλὸν εἶναι νομίζω. *Paulo inferius pro* ἐς ἅπαξ, *satis patet ex sensu loci huius, & historia, Dionem* ἐς ἅπαξ *scripsisse. Et post,* μήτι γεγράψαμεν: *fortassis* μήτε ἀντεγράψαμεν.

223 Arsinoe quondam regina] βασιλίς ποτε, *scribo* ποτε. *Deinde, pro* Οὐιγγιγετορίξ, Οὐερκιγγετόριξ *scribi debet, Roberto etiam teste.*

224 Bina in singulos sestertia] *In Græco est πεντακισχιλίας ἑκάστῳ: quod est,* quinque millia drachmarũ, *hoc est, vicena sestertia. Verum ego πεντακοσίας legendum contenderim, potissimum Tranquilli fretus testimonio, qui ipse etiam* bina sestertia *habet.* Post cœnam soleis indutus] ἐκ τοῦ δείπνου. *In Xiphilino vitiose δῆμου. qui locus, & alii complures, ex Dione nostro emendari poterunt.*

225 Hoc vero longe maiorem] καὶ δὲ δὴ νομίζω. *emendandum μείζω. & dein pro* πανοπλίας, πανοπλίας *scribendum. Hæc (sicut pleraque) cum ita emendare me ingenium iussisset, Xiphilinus ita confirmauit, vt dubitationi nullis locus relinquatur.*

226 Leges præterea] *Hic labes subest Græco codici,* ἐπεράττετο *pro* ἐπεράττετο *habenti.* Iis qui multos liberos] ἐπήγγειλε, ἦν πολυπαιδίας ἆθλα. *Articulus* ἦν *est in verbum* ἦν *mutandus, ita vt ad nominatiuum* ὀλιγανθρωπία *referatur: ideoque duabus virgulis includenda ea dicto. alioquin mutilus erit locus. Mihi enim Robertus minime satisfecit, aut tollendum illud* ἦν, *aut in* τῆς *mutandum tradens.*

227 Intercalatis septem ac sexaginta] ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα. *Xiphilinus legit,* ἑπτὰ ταῖς ἑξήκοντα. *Sed nostra lectio vera est, cum etiam Suetonius duos menses ab eo intercalatos esse ostendat. Rectius etiam infra* διὰ τεσσάρων καὶ αὐτὸς ἐτῶν, *quam apud Xiphilinũ* διὰ πέντε *legitur.* Quinque dies adduntur] τὰς πέντε ἡμέρας ἐξάγουσιν. *Xiphilinus emendatius legit,* ἐπάγουσιν. Vt iam vtriusque rei nomine] ὥστε καὶ ἐπ' ἐκείνοις ἐπ' ἀμφοτέροις. *Legendum est,* ὥστε καὶ ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέροις. Superatu haud facilem] *nam pro* δυσκίνητον, δυσνίκητον *scribo.* Vel quod magis creditum est] μὴ ἐξ, ὡς μᾶλλον πιστ. *emendo* ἢ ἐξ.

228 Sed multi etiam contrariæ partis] *nam Scapulæ milites Cæsariani fuerant, igitur Pompeianos etiam ad eos tum se adiunxisse Dio inquit. Porro is* Scapula *in Græco paulo supra* Τίτος Κόϊντος *vocatur. sed ego posterius prænomen (neque enim duo vnus ferre pronomina solebat.) omisi, temere, vt opinor, ab* Aponio *repetitum.*

229 Excepta Vlla vrbe] Οὐλίας. Vllam *cum Hircio (seu Oppio) & aliis, dixi.* Relicta ad Vllam parte exercitus] μέρος τοῦ στρατοῦ, *non* μέρει τε.

230 Vrbem defendendam sibi primum] *non* ... Munatium Flaccum] *Is nisi fallor, L. Minutius legitur apud autorem libri de hoc bello.*

231 Multi animalium monst. part.] ... *&c. legendum est.*

232 Toties iam bello congressi] ... *&c. sic scribendus est hic locus.*

233 Partim in vrbem Mundam] *Vrbis nomen ipse adieci, perspicuitatis caussa, ex libro de bello Hisp. quã-uis Cordubam Appianus habeat, lib. 2. & ipsam cadaueribus circumuallatam tradens. Sed Florus quoque libro 4. cap. 2. de Munda hoc scribit. & Lucanus:* Vltima funesta concurrant prælia Munda. Ante eius aduentum excess.] ... *quo quid absurdius dici potuit? Emendo igitur confidenter,* ... Effugiendi spem] ... *legendum, datiuo casu, non accusatiuo.* Quæ Carteiæ] *In Græco est* ... *mendose, vt opinor. Certe Appianus* ... *habet, Autor belli Hisp.* Carteiam.

234 Ferculisque nonnullis] ... *Legendum esse* ... *satis est euidens: Roberto etiam id annotante.* Laurea corona] ... *legẽdum, & ratio & Xiphil. monstrant.* Cum à Iulo] ... *Malim,* ...

235 Venerem colebat] *Lego,* ... *pro* ... Laxam eius cinct. ram] *Perspicuum est, male hic, & apud Xiphilinum etiam,* ... *legi pro* ... *locus autem hic Syllæ satis est notus. Inferius,* ... *inducatur illud* ... *: nam abundat.*

237 Initio anni magistratum gesserunt] ... *Subest omnino labes. Ego opinor Dionem scripsisse,* ... Quod loca pub.] *His locus misere fœdatus est in Græco, de cuius ego sensu (quod potui) coniecturam meam sum secutus. Ad* ... *adiectiuum,* ... *aut* ... *desideratur. & apud* ... *verbum deest, quod Robert. substituit,* ... *vel* ... *vt legatur,* ... *sic vtcũque cohærebit.*

239 Ne hi quidem secundum instituta maiorũ] *Hic quoque locus misere est vitiatus.* ... *Mihi satis fuit in hoc & aliis consimilibus sensum vtcunque aptum in vertendo sequi, vbi sanare vulnus impositum autori nequirem. Cæterũ huius P. Ventidii fortuna, vt ex abiectissima sortis homine ad summam dignitatem enaserit, ab omnibus historicis, & poetis etiam, prædicatur.*

In Librvm Dionis xliv. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

241 Longeque minus rerum aduers.] ... *Nisi hic addas dictionem* ... *non constabit oratio.*

242 Quamquam non omnes eodem tempore] *Locus mutilus. Sic (ni fallor) restituetur sua integritati,* ... Tum enim sessio] ... *&c. Vna dictione* ... *nõ diuisim fuit scribendum. Infra virgula non post,* ... *sed post* ... *ponenda est.*

243 Qui Lupercalia celebrarent] *Docte ostendit Robertus,* ... *(non* ... *) legendum. &* ... *pro* ... Iouis ipsi cognom.] ... *(non* ... *)* ... *lego. cum Xiphil.* Identidem alios] ... *pro* ... *Robert. recte reponit.*

244 Cum enim quadam die] *Qui attente hunc locum expenderit, aut cum aliis scriptoribus contulerit, facile videbit, non temere à me asterisco proposito esse significatum, haud pauca hic verba desiderari. Loquitur autem iam de præcipua causa, ob quam in offensa a senatu habitus est Cæsar. Porro deinde hæc verba,* ... *vsque post* ... *si parenthesi includantur, planior erit periodus.* Quod paulo post] ... *scribe* ...

245 Sed post, cum ab Albano] *Ita lege,* ... Cum pro rostris] ... *hic mendose est: forte,* ... Brutumque & priuatim] *Cur signum manci loci & defecti hic posuerim, satis ex ipsis verbis patet.*

247 Quem Iunium quoque & Albinum] ... *Hoc posterius cognomen etiã Plut. & alii (etsi sæpe, sicut hic etiam, mendose descriptum a librariis) D. Bruto tribuunt.* ... *scribatur.*

248 Præterea arma Martis] ... *Illud* ... *mendosum est.* ... *legendum, aut* ... *est enim (vt sæpe)* ... *aduerbialiter posita.* Etenim erat omnino Cæs.] *Hæc verba,* ... *parenthesi includi debent.*

249 Quod præ se ferebant] ... *legendum est, suppleto articulo* ... *Robert.*

250 Vereor autem ne] *Asteriscum præposui: est enim locus mutilus.*

251 Aliquid aliud esse existimem] ... *emendo* ...

252 Glauciam] *In Græco etiam* ... *quã* ... *legi malim. De his diserte Appianus lib. 1. bell. ciuil.* Sed ne reminisci quidem] *In Græco lege,* ... *Historiam hunc qui cupit scire, legat Xenophontis librum de reb. Græcorum. 2.*

253 Neque enim qui rebus aduersis premuntur] *Ipsa oppositio partium ostendit,* ... *non* ... *esse legendum.* Catilinam] *Scribe in Græco* ... *non* ...

254 Ipsam interim Rẽpub.] *Emaculari locus elegantissimus potest, si pro* ... *legas,* ... *&c.* Samnites] ... *non* ... *vt supra, & alibi.*

255 Sine sensu mortis occubuerunt] ... *haud dubie,* ... Ad id enim solum recordatio] ... *&c. male. Lego autem,* ... *&c.* Prisquã alteri sperantes] ... *&c. Sensus huius loci non est vsquequaque obscurus: verba misere corrupta, & notanda asterisco.* Neque enim de caussa nunc] ... *&c. Pro* ... *pro* ... *scribi debet, vt constet hæc oratio.*

257 Vniuersasque Cæsaris actiones] ... *non* ...

258 Quod si apud ignaros] ... *legendum* ...

260 Cuius rei certum est signum] *Asteriscũ lacunam hic esse actam ostendi, post hæc verba,* ...

261 Cum triumpho omisso] ... *male, pro* ... *quod & Robertus monet: & ex libro 37. vbi hæc tractatur historia, abunde liquet. Mox ita distinguendum est:* ... Ambrones] *Pro* ... *lego: vt Plutarchus habet in Mario, & alii scriptores.*

264 Ipsum quidem Pompeium, siquidem] ... *Signum loci mutili addendum. Ego, ni fallor, verba Dionis amissa Latine posui. quasi dixisset:* ...

Quos

Quos non ante quoque captos, misericordia prosecutus fuerat] *ὃν αὐτοὶ ἐκλιπεν. Tuto licet hac verba sic corrigere, ὃν αὐτοὶ ἐκλιπον.*

265 Vnius horum capt.] *ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων. Incongrue, nisi legas, ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων ἕνα.* Ipseque qui eos saluos fecit] *Mendose hic est, καὶ ὅτι αὐτοὶ ὑπὲρ τούτου. Ego restituo, ὃ τι αὐτοὶ σέσωκεν.*

266 *Deinde ante verbum ἐκλωσόμενοι (malim certe ἐκλωσόμενοι, nisi dupliciter auctum quis dicat verbum hoc, quod non probo) ἡ coniunctio deest. Patet hoc etiam ex historia supra de eius statutis exposita a Dione.* Iisque honoribus exornastis] *τιμαῖς τε οἵαις ἄλλον ἄλλον ὑπῆλθεν. Hic post ἄλλον si ponas virgulam, facilius intelligetur locus, sed vox ὑπῆλθεν huc plane non congruit. Ego Roberti opinionem laudo, ἠγάλλετε legentis: idque tanto libentius, quod supra quoque initio libri 42. pro ἠγάλλετο eodem significatu posito, ἠγάλλε emendauerim.*

267 In foro rogum] *Vbi in Graeco ὥσπερ εἶπεν habetur, ὥσπερ εἶχεν emenda. Et paulo post pro ἐξεργασάμενοι, emenda περιεργασάμενοι.* In monumento eius] *ἐς τὸ τούτου μνημεῖον. quod sit, fateor mihi in mentem non venire.*

268 C quidem Calca] *Locus in Graeco mancus est, obidque notatus, cum ex Xiphilino sic restituemus: Γάϊον γάρ τινα Κάσκαν δημαρχοῦντα, καὶ ἰδὼν ὅτι Κάσκας ὢν τὸ φαιὸν, &c.* Etsi initio statuerat] *καὶ τι μὴ φοβηθεὶς falso, βουληθεὶς scribo.*

In Librvm Dionis xlv. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

Quod in libri inscriptione legitur, τὰ λοιπὰ ἔτι τέλη Γαΐου, insulse admodum legitur pro τὰ λοιπὰ ἐκ τοῦ Γαΐου. Dein dictiones transpositae sunt, Μάρκου μγ΄, pro μγ΄ Μάρκου. Sed quae sequuntur verba, πατὴρ Αὐγούστου Ὀκτάβιος, &c. neque Dionis sunt, & (vt statim demonstrabo) minime vera, ab indocto aliquo annotata, vt existimo, & dein pro Dionianis supposita. Ego omittenda duxi.

269 Quae sororis Caesaris filia erat] *Attiam* (Acciam *alii scribunt, vt Suetonius, Plutarchus autem* Atiam) *quam Dio hic nominat, Iuliae filiam: Iuliam autem C. Iulii Caesaris sororem fuisse, diserte Suetonius in Augusto testatur:* At Accia M. Accio Balbo, & Iulia sorore C. Caesaris genita est. *Velleius quoque Paterculus posteriori volumine, Iulia genitam Acciam tradit, eam quae C. Octauii vxor, huius autem Octauii, de quo hic agimus, quique deinde est Augustus nominatus, mater fuit. Ergo sororis Caesaris nepos hic fuit, vt ipse etiam Dio supra lib. 43. scripsit folio. 234. Itaque hic locus mende manifestus est, eius quae etiam Plutarchi Antonio insedit, vbi sic legitur: ἐνίοις ἀφικνεῖται Καίσαρ εἰς Ῥώμην ἀδελφῆς μὲν ὢν τῷ πλουσίῳ υἱός, &c. Nam sic etiam nos legi hoc loco videmus: ὕπω γὰρ ὁ τῆς Ἀτίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὀνομαζόμ. Turpis profecto labe librarii, &, quod miror, apud Xiphilinum etiam recepta. Nam cum Dio supra (vt modo demonstrauimus) nepotem sororis Caesaris Octauium dixerit, qui filium sororis Caesaris eundem dicat? Itaque etiam si Suetonii & Vellei autoritas nos non moneret, ipse certe Dio satisfaceret. Emendanda igitur vox ἀδελφῆς in ἀδελφιδῆς est, & hic, & apud Plutarchum etiam, qui in M. Bruti vita de eodem Octauio loquens, emendate sic habet: ἦν μὲν ἐξ ἀδελφιδῆς Καίσαρος. Porro Appianus quoque lib. 2. & iterum lib. 3. bellorum intest. Octauium hunc ipsum vocat, θυγατριδοῦν τῆς ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος: id est,* filium filiae sororis Caesaris. *Caeterum ἀδελφιδῆν Graecis esse sororis filiam, demonstrarem exemplis, nisi esset per se manifestum. Enimuero de tota genealogia Caesarum, quantum ad Dionem & alios intelligendos autores satis est: dicam sub finem harum Annotationum fusius, & fideliter. Praeterea apud nostrum Dionem hoc ipso libri initio inepte Οὐαλλήϊερον legitur, pro Οὐελλήϊερον. Iam quod L. Philippus* vitricus *Attiae dicitur, haud scio mendose ne id, an studio Dionis factum sit. Certe Suetonius & Velleius, vitricum eum Octauii, maritum Attiae faciunt, quos audacter secutus sum.*

Plutarchi locus emendatur & explicatur.

271 Vt in buccam veneat] *ἐπελθὸν δὲ lege, cum Xiphil. non ἐπελθεῖν.* Stultitiae culpentur] *μωρίαν, ὅτι μὴ κρίνοιεν αὐτῶν, ὀφλεῖν. sic lege, non ὠφελεῖν. Eadem sententia est apud Cic. initio orationis pro Rab. Posth.* Hoc plerunque facimus, vt consilia euentis ponderemus, & cui bene quid processerit, multum illum prouidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus.

274 In paludibus Pontinis] *Πομπτίνοις. malim Πωντίνοις, vt supra.*

275 Asinius Pollio] *Πωλίων scribi debet, non Πολλίων.* Incomposita ac confusa] *ἐν τῇ ἀκρασίᾳ ταύτῃ ἦν. Xiphilinus legit ἀκρισίᾳ, vtrumque recte. Sed vbi est, ὃν μὲν τῷ ἀφανεῖ ὁ ἀπάντων, legendum esse ἐν μὲν τῷ ἐμφανεῖ, idem, & ratio ipsa huius orationis testantur.*

276 Legio Euocatorum] *ἠνικα τῶν. Posteriores duae voces (meo indicatu) abundant. Pro ἐκομίσθη deinde, malim ὠκειώθη.* Per se id populo exponerent] *δι᾽ ἑαυτῶν τοῖς ἐν τῷ δήμῳ δηλοῦν. nimirum δηλοῦντας legendum est.*

277 Decretae sunt laudes Mutinensibus, &c.] *Nomen vrbis a me perspicuitatis adiuuandae caussa additum est.* Praeterea Seruilius Isauricus, &c] *ἡ ὁ Σουλπίκιος ὁ Ἰσαυρικός. Nemo vel vixisse, vel mortuum esse his temporibus Sulpicium aliquem Isauricum ostendet, opinor. Tu Σερουίλιος repone, non modo quia is Isauricus dictus fuit, collega Caesaris in primo Consulatu, etiam Dione teste, sed locupletissimo Ciceronis etiam testimonio, qui Philippica 2, huius P. Seruilii Isaurici Consularis, tanquam nuperrime mortui, meminit:* Non placet, inquit, M. Antonio Consulatus meus: at placuit P. Seruilio, vt eum primum nominem ex illius temporis Consularibus, qui proxime est mortuus. *Sequens autem periodus est corrupta, praesertim in vocibus ἐγκέλευσαί τι, & ποιῆσαι.*

278 A. Hirtio, C. Pansa] *In Graeco, μετὰ Γαΐου ἰοῦ, deprauata scriptura. Nomen huius Cos. est Γ. Οὐίβιος (vel vt alibi scriptum in Dione est, Οὐιούιος.) Παύσας. Igitur hic Γ Οὐίβιον scribe.*

279 Quinetiam altero consulum sacra Calend.) *καὶ ἐπειδὴ τῷ Ἰουλίου τὰ ἱεπίεια. Voces Ἰουλίου & ἱεπίεια sunt deprauatae. Neutri consulum nomen* Iulio *fuit. Itaque cum mihi non constet, de vtro loquatur, & Αὔλου ne an Οὐιβίου scripserit Dio, ambiguum relinquere coactus sum. Pro ἱεπίεια autem, εἰσιτήρια scribendum (sacra quae Consules initio magistratus faciebant) vel ἱερεῖα.* Si quid in rem vestram efficere poss.m] *οὔτ᾽ αὖ παρόντων δίειν τι. Recte Robertus sic corrigit: οὔτ᾽ αὖ παρὸν τῶν δεόντων τι.* Quasi vero opus sit] *Desunt aliquod versus ante hunc locum.*

280 Legitime ac recte] *καὶ κατὰ καλόν. Malim ταῦτα, vel πάντα.*

281 An non meministis quemad.] *ἢ οὐ μέμνησθε ἐξεληλυθμένους. Legendum cum Roberto ἢ οὐ μέμνησθε ὅπως ἐξεληλυθμένους.*

283 Ac non potius ab ipso poena] *ἀλλὰ μὴ ἐκ τούτου. Emenda ἀλλὰ μὴ ἐκ.*

285 Et cum minime decebat] *Locus mendosus, ἐπὶ ἥκιστά σοι. Ego nonnihil posse emendari puto, si legas, ἐπὶ μὴ ἐπιτρεπτὰ σοι. ac deinde pro τῇ ἀγορᾷ, ἐν τῇ ἀγορᾷ.*

Nisi tu totam vrbem.] *Scribo* ... Clœliam] Κλωλίας. *Corrige & scribe* Κλοιλίας. *sic enim & alii Græci, Latinique, & Dionysius præsertim Halicarnass. vocat lib. 5. Ant. Rom. Paulo post,* ... *Videntur mihi transposita esse dictiones, & sic ordinanda,* ...

286 Per legem Porcii.] ... Πορκίου. *Mihi non satis constat, quam dicat, nisi eam intelligamus, de qua Liu. lib.* 10. Porcia inde lex sola pro tergo ciuiũ lata videtur, quod graui pœna, si quis verberasset, necassétve ciuem Rom. sanxit. *Meminit huius legis Cic. pro Rabirio perduell.*

287 Equidem ne id quidem Cæsaris factum.] *Locus hic male interpunctus, speciem quandam mutilati præ se fert. Quod si hæc verba,* ... *per parenthesin legatur, ac deinde verbum* ... *intelligatur ad sensum repeti debere, asteriscus tolli potest : constabitque oratio, quemadmodum nos eam conuertimus.* Quæ omnia alio consilio nullo.] ... *Ante hæc verba colon est signandum, & ipsa verba sic legenda:* ... *&c.* Cuius tamen multa in nos] ... *superfluum est.*

289 Torrentis instar] ... *pro* ... *lege.*

290 Cur non quos] ... *expungatur.* Qui Brundusii] ... Βρεντησίῳ. *lege* ... Βρεντησίῳ.

291 Lentulum Antonii huius necess.] *Nempe vitricum, vt ex Cic. Philippicis, & Plutarcho liquet.*

292 Oppido speciosam verbis] ... *non dandi, sed accusandi casu scribi debet.* Animaduertendumq; in eorum insolentiam] ... *Præpositionem* ... *vt putà superuacaneam, tollo.*

294 In vrbem reduxerit] ... *Corrigendum, & scribendum* ... *Auunculum autem Antonii intelligit C. Antonium, suum in Consulatu collegam. Cicero Philippica 2. videndus de his.* Hæres successit] ... *Deest verbum* ... *aut simile aliquod, ad absolutionem sententiæ.*

In Librum Dionis XLVI. Guilielmi Xylandri Augustani annotationes.

Consulum nomina sic legenda sunt: Γ. ... *(is & Οὐΐβιος hoc libro sæpe, &* Βίβιος ... *dicitur: sed vno modo semper* ... *scribi, aut* ... *debet)* ὁ Παῦσας Καπρωνιανός, ὁ Αὖλος Ἵρτιος Αὔλου υ.

295 Q. Fufius] *in Græco* ... *facili labe librariis, pro* Φουφίου *legitur.*

296 Potissimum constitutis.] ... *Emenda* ...

298 Excellentioribus æmulari] ... *Non arbitror sic scripsisse Dionem, sed* ... *quo sæpius vtitur vocabulo.*

299 Ita temere omnibus nobis] ... *scribe* ... *in prima, non tertia persona.*

300 Salute ab eo donata] ... *non,* ...

302 Externarum rerum vituperatione] ... *lege* ... *Cæterum vbi supra eadem pagina legitur,* ... *ego genuinam lectionem eam esse censeo: neque necessum vt* ... *in* ... *vertatur, sicuti Rob. voluit.*

303 Vt libere Cerelliam] ... Κερελλίας *legendum esse Robertus ostendit. Meminit Cicero huius Cerelliæ in epistola ad P. Seruilium, lib. Fam.* 13. *quæ sic incipit:* Cerelliæ necessariæ meæ rem, *&c. Item libro* 13. *ad Atticum.*

304 Conscientia suæ iniustitiæ] ... *Roberti correcturam laudo,* ...

305 Tullius & Tullianum] *Hæ voces duobus λ. scribendæ sunt,* Τύλλιος & Τυλλιανόν.

306 Qui ea scribis ac præcipis] ... *Sensus arguit,* ... *esse legendũ.* Qui neq; per ætatem adhuc] ... *scribendum est,* ... *vt coniector.*

307 Quippe cum Cæsar legiones] ... *Addendum hoc loco,* ὁ Καῖσαρ.

308 Sola dicendi arte] *Non satis intelligo, quid sibi hæc, (modo Dionis vt sint) verba velint,* ... *nisi fortassis Oratoriã artem, vsumque contentionis partium inter se diuersarum Rhetoricæ nimium aliquem ei videatur obiicere. Viderint sane doctiores.*

309 Supplicium esse subeundum] ... *Imperitiorum causa monere volui, verbum* ... *ad sequens, non ad præcedens pertinere, & ante id esse virgulam ponendam.* Qui iniquis nos sermonibus, &c.] ... *lege* ...

310 Rem aliquam magnam tentaturos] ... *Profecto* ... *malim.*

312 Paucis quibusdam exceptis] ... *verte* ... *in* ... Vibio Pansæ] ... *Harum dictionum alterutra superest. ego priorem malim, vel certe* ... *etsi posteriore frequẽter vsus est librarius.*

313 Siquidem iniurias sibi illatas] ... *lego* ... *diuisim, non* ...

314 Donec Decimo metuens] ... *malim sane* ... *: quanquam illud quoque aliquo modo stare potest.*

315 Leges Antonii] τοῦ Ἀντωνίου. *Legendum est (nisi quid desit)* τὰ Ἀντωνίου.

317 Iisdemque Bruti militibus] ... *legendum* ... *nisi* ... *malis pronomen* ... *cum dictione coniungere, posita post id virgula, vt sit* ... *sed prius verius est.* Ipsi ademisse.] ... *mendose est, pro* ...

319 Id vero ad Lepidi Antoniiq; exercitus pertinebat] ... *omnino* ... *scribi debet.* Vt negandi honestam excusationem] *In Græco parenthesis post verbum* ... *demum claudẽda est. Quod sequitur de militis spem Consulatus in gladio ponente, id Plutarchus de Iulio Cæsare scribit. Suetonius autem Augusto, capite 26 vitæ eius, hoc tribuit, quem secutus est Dio.*

320 Vltra XCIII millia passuum] ... DCCL stadia. *Hæc autem millia tot, quot dixi, passuum, cum miliaris dodrante efficiunt.* Duo proconsules] ... *scribendum* ... *Notum est autem apud Latinos iuxta, ac Græcos,* Proconsulis *nomen modo vna dictione scribi, modo duabus. dicimus enim &* Proconsulem aliquam prouinciam tenuisse, & pro Consule. *Porro autem Interregem non nisi ex Patriciis creari posse, notum est ex Romanæ historiæ monumentis, ac loco etiam isto Ciceronis pro Domo sua* : Si magistratus ... patricii creati non sunt, intereat necesse est. cum Interrex nullus sit: quod & ipsum patricium esse, & à patricio prodi necesse est.

Interregis creatio.

321 Cum Plautiano honores] *In Græco* ... *est vitiose, reponendumque* Πλαυτιανόν. *sic enim eum & Dio infra lib.* 58, *folio* 630. *& Xiphilinus in Seuero. ex Dione nostro, & Herodianus lib.* 3, *& Ælius Spartianus vnanimiter dicunt.* *Inde hæc, quæ hoc loco obiter Dio tangit, petenda sunt.* Dena illa sestertia] *hoc est,* bis mille ac quingentos singulis denarios, *vt supra verti.* Peracto Consulatu] ... *Scribe,*

μετὰ τῶν ὄχλων.sed hoc euidens per se est. Aliquot post lineas.in τῷ νόμῳ τοῦτο perperam scriptum est,pro ἐκτὸς τῷ νόμῳ τοῦτο.

322 Sibi conciliata] *κατελλάσσετο.scribo κατηλλάσσετο.*

323 Sicilius Coronas] *Hunc in Bruto Plutarchus* P.Siliciū *vocat, Appianus* Ιλίκιον. *vbi de proscriptis ait.* L.Plancum] Πλάγκον *& τὸ Λέπιδον. Coniunctio & omittenda.*

324 M.Iuuentius autem] *Μ.Ουίβιος. Menda & facili, & multum obscuritatis adferenti. Ego M.Iuuentium Laterensem intelligo,meamque sententiam tueor, primum testimonio epistola Planci ad Ciceronem, qua extat in libro 10. Familiarium, vbi hac verba habentur:* Laterensis nostri & fidem & animum singularem in Remp.semper fatebor: sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad hæc pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem cum in fraudem se deductum videret,manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est; in quo casu tamen interpellatus,adhuc viuit, & dicitur victurus. *Deinde Velleius Paterculus, volumine posteriori, diserte ostendit, huic Laterensi, nomen Iuuentio fuisse* .Iuuentius,*inquit*, Laterensis,vir vita ac morte consentaneus, cum acerrime suasisset Lepido, ne se cum Antonio hoste iudicato iungeret, irritus consilii gladio seipse transfixit. *Denique Appianus quoque,etsi nonnihil secius, Λατερησίου meminit, rem hanc ipsam tractans (certe qui librum Epistolarum (quod studioribus dico) decimum,ac duos proxime sequentes attente legerit,hunc & sequentem Dionis librum facilius intelliget. multa quoque hic habet,qua ad eos libros percipiendos conducant. Proinde autem* Μάρκος Ιουβέντιος *scribendum.* De his quæ inter ipsos] *γενόμενα.scribe γενόμενα. Item pro ἐφ' ἑαυτῷ,ἀφ' ἑαυτῷ,vt docet Robertus.*

325 *Pro κατασκευάζ,κατεσκεύαζ.* Dum cæteras res,&c.] *τῇ ἐν χερσὶ κατεσκευάζ. scribe.*

In Librvm Dionis xlvii. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

327 *Consulum nomina sic legenda sunt:* Μ. Αἰμίλιος Λέπιδος τὸ β. Λούκιος Μουνάτιος, Λ. υ. Πλάγκος,ὕπατοι.

Mensam euerterat] *& τὴν τράπεζαν καταλαβών. Ego καταβαλὼν scribo, Xiphilino etiam adstipulante. Post, συμφορα cum ι δὲ sub ω scripto.*

328 Conuellere] *πάλλειν τι,pro πάλλει τι repone. Xiphil.* Genii P.R.] *Γενναίου τοῦ δήμου.Certus sum, Γενίου esse legendum:sicut etiam vocauit libro 50.fol.423.* Falsum enim fuerit,si quis] *ἡ γάρ τοι μόνον αὐ τις,λόγος ἐλέγθη, &c. Hic locus,si quisquam alius,mire est & perplexus,& obscurus,atque haud scio an vehementer depravatus. Pro τό γε quidem,credo τῷ γε legendum esse. Ego ingenue fateor,me coniecturis potius meis,quam verbis institisse:puto tamen sententiam me loci explicasse.*

330 L.Cæsar] Λ. Α'ντώνιος Καῖσαρ: *Media dictio inepte inserta est. Fuit autem hic L.Cæsar,matris Antonii frater. Qui,& L.Paulus,quomodo proscripti, & erepti neci sint,imo totam proscriptionis huius tragœdiam, Appianus lib.4. initio copiose & facunde exponit.*

332 A suo domino vectus est] *& οὐδὲν διφορεῖν ἐποίησε. διφορεῖν vitiosa vox est hoc loco. Restituo igitur ex Xiphilino διαφορεῖν.*

333 Horum quidem nomina non extant] *Apud Appianum certe Alexandrinum ea inuenient, qui desiderant:* Popilius contra Lænas] Πόπλιος *δὲ ὁ Λαιναῖς. Scribendum* Πόπιλλιος *sic enim & a Valerio Maximo lib.5 cap.3.& in Epitoma Liuii 120. vocatur.& apud Plutarchum* Πίλιος, *pro* Ποπίλλιος *(duobus enim ll Plutarchi locum scribunt nonnulli)impressum est vitiose in Cicerone.*

Plutarchi locus.

335 Quæ licitati esset] *καθαιρεῖν legitur hic: sed haud dubie perperam*

337 Neq; auctariis] *αἱ ἐξωθεν ὅπηροις legendum,non ὕπηρεσίαι.* Publicaque sepultura] *ἐπιθαλούσης,τότε δὲ δημοσία τι τάφη. Sic scribe: ἐπιθανούσης τότε, δημοσία τε τάφη, &c.*

338 Inde eiiceretur] *ἐξηλατοῦσιν non ἐξελατέσθαι.* Erat quidem tum Prætor vrbanus Cassius] *ἀστυνόμον esse pratorem vrbanum,cum alias satis est perspicuū, tum ex verbis ipsius Dionis supra de M.Cacilio habitis, libro 42. At Plutarch⁹, atq; Appianus etiam cōtra scribunt, Brutum in pratura vrbana petitione Cassio esse à Cæsare pralatum,Indosque absentem Brutum dedisse, idem Plutarchus scribit. Vehementer igitur suspicor hic pro Cassio* Brutum,*pro Bruto* Cassium *esse scriptum,nō Dionis (vix enim adducar vt id credam) sed librarii manu. Mutare quidem ausus sum nihil.*

340 Quanquam prætoriis quidem, *&c. καί τοι ὑπὸ τῶν στρατηγικῶν. Interciderunt hic aliquæ dictiones. Ego sic lego: καί τοι ὑπὸ τοῦ Βρούτου οὐδὲ τῶν στρατηγικῶν. Id & verba Dionis mox sequentia, & Plutarchus in Bruto verum esse demonstrant.* Quæstorem) *ταμίας etiam libro sequenti constanter scriptum inuenio. Alii ταμίαν vocant, & ταμίας.*

341 Itaq; C.Antoniū Clodi⁹] *ὁ τοῦτον μὲν ὁ Κλώδιος,μετὰ τοῦτο.* Regioneq; Sadali] *Α'δάλου. scribendum (vt supra libro 41. sub finem) Σαδάλου.* Rascipolide] *Ρ'ασκυπόλιδος. forte Ρ'ασκυπόλιδος. Cæsar sub initium libri tertii de bello ciuili* Rhascipolin *vocat. & Lucanus in 5. Pharsaliæ,* gelidæ dominum Rhascipolin *(sic enim habēt quotquot ego vidi exēplaria) etc. Appianus libro quarto ciuil.bell.* Ρ'ασκούπολιν *constanter habet. Porro* Βόσου *vbi est, malim* Βέσσους.*sicut scribitur infra lib.54.*

342 Cæcilius Bassus] *Κεκίλιος scribe, vt supra dixi. Quod sequitur:* Nam tum Syriæ Sextus Iulius præerat. *Nomen ego, quo melius res intelligeretur, ex Appiani libro tertio & quarto, Liuiana 114. Epitoma,& libro de bello Alexandrino addidi;cum in Græco sit tantū* Σέξτος*:ac non facile dixerim,nomen* Ιούλιος *an is addiderit.*

344. Anno fere circumacto] *τὸ ἔτος κομιδῆς. Legēdum τὶ ἔτος, vt ad nomen χρόνος referatur.* Præsidia Cassii quæ Ægis erant] *ἐν Α'ἰγαῖς. Credo, ἐν Αἰγαῖς. Sic Stephanus de Vrbibus,sic Plinius libro 5. capite 27. sic alii.*

345 Tullium Cimbrum] *Τούλλιον,non Τίλλιον scribēdum est.* Tullium *autem vocant & Cicero Philippica secunda, & Cassius in epistola ad Ciceronem, & Suetonius in Cæsare. Appianus etiam libro quarto recte Τύλλιον dicit. Apud Plutarchum autē fere semper deprauate legitur.*

346 Ad mutandam fidem concitarent] *συναπόσωσι,non συναπόσουσι, recte corrigit Robertus.*

347 In Macedoniam festinauere] *ἐπείγοντο. aut ἠπείγοντο, aut ἐπείγοντο reponendū est.* Decidius Saxa] *Δικίδιος Σίξας,vitiose. Emēndate autem habebit, si Δεκίδιος Σάξας hic & vbique restituatur.* Saxam *autem ex Antonianis administris fuisse,vel ex Ciceronis Philippica decimaquarta liquet:* Saxam vero, *inquit,* Decidium præterire qui possum, hominem deductum ex vltimis gentibus. *Fit etiam apud Liuium in Epitoma libri 127. mentio* Saxæ, *Antonii contra Parthos legati: quamuis* Didius *mendose legatur.*

348 Eis Symbolo deiectis] *τὸ Σύμβολον, ἐκκρούσαντες αὐτούς, κατέλαβον. Sic interpungi debent haec verba.*

349 Id agebant, vt sine periculo] *ἀνεξάμενοι ὅπως. forte, ἐπεξάμενοι.*

351 Fore eam pugnam omnino ipsi prosperam] *ὅτι τι ἐς ἐν ἡ σφίσι μάχη γένοιτο. Non video quid possint haec verba.*

352 Priores quidē ii, qui loco in rotundo quodam] *πρῶτοι μὲν οἱ ἐπὶ σαίσιμοι. σαίσιμον legendum, & τι, τι in duas distinguendum dictiones. Ante σαλπίγγων verò, praepositio διὰ scribenda, teste id Xiphilino. Caeterum quid σαίσιμον sit, non est adeo obuium. In argumento Persarum Aeschyli, chorus in tria genera diuiduntur, in παρόδιον, σαίσιμον, & κομματικόν: definiturque σαίσιμον esse, ὅτι ἵσταται, ἐν ἀρχῇ τῆς συμφορᾶς τὸ δέχεσθαι. Et Phauorinus: σαίσιμον τὸ μέλος τοῦ χοροῦ. ὅταν γὰρ ὁ χορὸς μετὰ τὴν πάροδον ἀρχῆται τῇ μόνον ἀκίνητος πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, σαίσιμον εἰκότως ἂν λέγοιτο. Caeterum πάροδος καλεῖται ἡ πρώτη τοῦ χοροῦ εἰς τὸ σκηνικὸν εἴσοδος. ita enim ab interprete Hephaestionis περὶ ποιημάτων describitur. Quibus e verbis liquet, σαίσιμον id fuisse carmen, quod Chorus, postquam in scenam progressus, certo quodam loco constitisset, cantaret: ita quidem, vt eo fabula, quae ageretur, casus aliquis & calamitas quae accidisset, exponeretur. Hinc intelligi potest, qua ratione Dio noster prius classicum, quo milites ad obseruanda signa, & arma expedienda admonerentur, σαίσιμον dixerit, μέλος φοβερόν videlicet. Posterius fuit classicum, quod vbi cecinit, congrediendum, & irruendum in hostes fuit. Atque haud scio hunc morem classici canendi, & pugnae conserendae, an apud alios autores ita diserte expressum liceat inuenire. Lucanus certe libro 7. vbi pugnam Pharsalicam describit, innuere idem voluisse videtur his verbis:*

> —tunc stridulus aer
> Elisus lituis, conceptaque classica cornu:
> Tunc ausae dare signa tubae. ---

353 Eos tanquam inermes confodere] *τὰ σφίσι ἐς ὡς ἀόπλοις σφᾶς ἰόντων. Deest aliquid, forte legendum, τὰ σφίσι ἐς ὡς ἐς ἀόπλοις &c.* Morte vtrumque praeueniente] *ὁ θάνατος προκαταλάμβανεν. Robertus recte castigat hunc locum, & legit προκαταλάμβανεν.*

355 Rhascipolis] *Θεσκύπολις. Scribendum, vt supra, Ῥασκύπολις.* Eos fugientes in diuersas partes] *φεύγοντας αὐτοὺς ἄλλος ἄλλη Scribe ἄλλους ἄλλη.*

356 Herculis isto dicto] *Equidem ex quo autore aut poeta id dictum desumptum sit, non facile dixerim, nec legisse memini. Videntur fuisse duo senarii Iambici, quorum certe posterior integer est, ille:*

> ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ.

prior corruptus vt apparet. Quanquam Io. Zonaras paulo aliter eos citet. Apud Plutarchum initio libelli de superstitione sic legitur: ὦ τλῆμον ἀρετὴ λόγος ἄρ' ἦσθα, ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν: vbi quidem vocabulum ἄλλως omittitur. Suspicor itaque priorem versum sic legendum: ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ'; ἐγὼ δέ σε. Ita vterque constabit. Sed haec sunt coniecturae. Alciatus hoc dictum expressit in Emblematis, iis versibus, quos non puto intempestiue me adscripturum:

> Caesareo postquam superatus milite, vidit
> Ciuili vndantem sanguine Pharsaliam,
> Iamiā stricturus moribunda in pectora ferrū,
> Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
> Infelix virtus, & solis prouida verbis,
> Fortunam in rebus cur sequeris dominā?

IN LIBRVM DIONIS XLVIII. GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI ANNOTATIONES.

Consulum nomina mire sunt deprauata, vt ostēdam. Primo Α. Ἀντώνιος Μ. υἱ. Πιίγας legitur: quod Πιίγας vitiosum est. Equidem non sum nescius, L. huius Antonii cognomen apud alios esse, neque Pius, *neque* Pietas, *sed* Paetas: *quia tamen infra Dio ipse a pietate in fratrem eum cognomē sibi sumpsisse autumat, incertus sum quid statuam. nam neque Πιίγας cognomēto ei respondere videtur, & Dionem hallucinatum esse in hoc haud facili dixerim: res ipsa non est maximi momenti, certe si Dionem (id quod debemus) sequimur, Πίετας pro Πιίγας scribemus. Illud grauius oscitantis librarii peccatum, quod Seruilio Isaurico huius collega, ὕπατος τὸ β. adscripsit, a Caluino (opinor) huc etiam translatum. Qui enim Seruilius Isauricus hic II. Consul fuerit, quem ante vita decessisse Dio supra libro 45. & nos ibidem ex Cicerone ostendimus? Iam quod etiam Glareanus & alii in suis Chronologiis hunc Isauricum II. Consulem scribunt, facile conicio, eos secutos esse mendosum Cassiodori (ex eo enim, opinor, Consules descripsere) exemplar, aut demōstrabo potius. Proxime sequenti anno Cn. Domitius Cōsul fuit iterum, vt & hic, & infra in hoc ipso libro diserte Dio indicat huic II. addendum fuit, signum secundi Consulatus: quod librariorum incuria loco motum, Seruilio Isaurico (quem ego cum Dione superioris P. Isaurici, qui Iulio Caesari in Consulatu collega fuit, filium statuo) perperam est adiectum. Neque vero Dio obticuisset in ipso libro secundi huius Consulatus, si gestus a Seruilio fuisset. quod in eos dico, qui fortasse Sulpicium aliquem Isauricum, hac menda Indicis decepti, apud librū Dionis 45. somniabunt, vbi nos Seruilium legi debere docuimus. Sed satis verborum in re aperta. Porro legendum, Γ. Ἀσίνιος, Γ. υἱ. Πωλίων. Deinde, Γ. Καλουίσιος Σαβῖνος scriptum fuit, ni fallor. huic enim Sabino* Caluisii *nomen omnes autores tradunt fuisse. ac ita hoc in libro Dio ipse nominat. Verum collega eius omissus est, Λ. Μάρκιος. sic enim infra Dio eum nominat. Λ. ἀπτιος κ. λ. legendum* Κλ. *coniunctim, quod Κλαύδιος significat. Et pro γ. Μ. Ω ρβανὸς, scribo Γ. Νωρβανὸς γ. υἱ. Φλάκκος.*

357 Eius victoriae socius] *ἂν μὴ συνενίκησε: legendū est συνενίκησε.* Si quid is moueret] *ἀνασφαλίζοι. Haec dictio in tres est discerpenda, vt sit, ἄν τι σφαλίζοι, aut potius σφάλλοι.*

358 Omnia in praesentiarum] *κατὰ τὸ παρόν. aut τὸ παρόν legendum est, aut vox χωρὶς addenda.*

363 Gabios venirent] *ἐς Γαΐους ἐν μέσῳ τινὶ, &c. legendum est ἐς Γαβίους. nam Gaii quidem quid sint? Gabios autem iussos esse venire litis disceptandae caussa, Appianus Alexandrinus diserte ostendit libro 5. de eadem re loquens: χωρίον τε ὥρισαν τῇ δίκῃ Γαβίους, πόλιν ἐν μέσῳ Ῥώμης τε & Πραινεστοῦ. Id est:* Locus autem iudicio destinatus est Gabii, oppidum inter Romam & Praeneste medio loco situm. Caligam] *Simplici λ scribendum καλίγαν. est enim prima syllaba breuis.*

365 T. etiā Cannutius] *Supra lib. 45. p. 272.* Tiberium *legimus. vtrum rectius, mihi non constat.* Non totum miliare explens] *nempe vna sedecima parte minus. hoc est enim septem stadiorum cum semisse. ἡμισυ, non ἡμισυ scribendum esse, per se liquet.*

367 Ita paruo tempore] *κἀν τούτῳ οὐκ ὀλίγῳ. scribe ἐν ὀλίγῳ.* Mylasque & Tyndaridem] *Τυρρηνίδα scriptum est absurde: eam enim qui tibi in Sicilia commonstret, haud facile reperias: neque id mirum est, cum nulla sit. Ego Τυνδαρίδα repono, fretus Geographorum, & Polybii etiam testimonio, qui omnes Tyndaridem Peloro, qua insulae parte Messana est, & Mylae, hisque ipsis vrbibus vicinam tradunt. Polybius libro primo, Τυνδαρίδος in Sicilia & istis quos dixi locis non semel meminit, quamuis mendose ibi quoque sit τὴν Δυνδαρίδα pro Τυνδαρίδα*

daeida scriptum. Et Appianus in 5. ἐμφανῶς crebro τὴν Πελωριάδα, Μύλας, & Τυνδαρίδα coniungit. Strabo lib. 6. Ἐκ δὲ Πελωριάδος εἰς Μύλας κε. καὶ ἔξῆς, ποιοῦντα δὲ ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα. Ptolemaus etiam libro 3, capite quarto in explicatione tabula septima Europa, Tyndaridem Mylis vicinam ponit. & Plinius libro tertio, capite octauo, & lib. 2, cap. 92. Ipse etiam Dio libro sequenti Mylarum simul & Tyndaridis meminit.

368 Tum Statius etiam Murcus, *&c.*] *Asteriscus hoc loco indicat, verba Dionis aliquot interuersa esse: quorum loco ego mea supposui, nota tamē adiecta. Quia enim Graeca verba restituere mihi non datur, at certe sententiam hanc de plane obscura propter defectum nominis huius, qui ad Pomp. venerit, & ab eo occisus fuerit, luculentissimam feci. Quod Velleio potissimum Paterculo debemus, in hac verba libro secundo scribenti:* Statius Murcus (*sic enim scribi debet, non Staius*) qui classi & custodiæ maris (*scilicet à parte Cassii & Bruti*) præfuerat, cum omni commissa sibi parte exercitus nauiumque, Sextum Pompeium Cn. Magni filium, qui ex Hispania reuertens, armis Siciliam occupauerat, petiit. *Postea de pace apud Misenum facta scribens:* Statium (*inquit*) Murcum, qui aduentu suo classisque celeberrimæ vires eius duplicauerat, insimulatum falsis criminationibus, quia talem virum collegam officii Menas & Menecrates fastidierant, Pompeius in Sicilia interfecerat. *Appianus quoque Alexandrinus, diligentissimus harum rerum scriptor, initio libri quinti, Murcum Sexto Pompeio se coniunxisse testatur.* Ludosque inter cætera equestres] *ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ* Circenses ludi *alias vocantur.*

369 T. Sestius, alteri Cornificius] *Τίτος Σέξτος est in Graeco. ac constanter ita scriptum hoc nomen inuenitur, non quidem à Dione, sed ab indocto librario qui Sexti Pompeii praenomen nimis etiam sibi ipsi inculcauerat. Appianus libro quarto & quinto, vbi eandem historiam explicat, recte Σέξτιον scripsit. In epitomà autem Liuiana centesima & vicesimatertia, idem* T. Sestius *nominatur. Quem locum deprauatissimum obiter mihi emendare libet, quod est hactenus ab omnibus (quos ego viderim) neglectus. Sic igitur habet:* Q. Cornificius in Africa T. Sestium Cassianarum partium prælio vicit. *Enimuero T. Sestius neque Cassii partes vnquam secutus fuisse legitur, neque a Cornificio ipse victus, sed (Dione & Appiano testibus fide dignissimis quidem iis) eum vicit & occidit. Legendum igitur in illa Liuiana Epitoma,* Q. Cornificium in Africa Cæsarianarum partium ducem, T. Sestius prælio vicit. *Et quoniam digressi sumus aliquantulum ab instituto, (non ab re tamen, nisi fallimur) obiter duas alias mendas eiusdem opusculi, ab aliis neglectas, eluemus. quarum altera est libri precedentis, hoc est 122, in his verbis:* M. Brutus aduersus Thracas parum prospere rem gessit. *Dictio (parum) tollenda est, quae contrarium veritati sensum gignit: cum ex libro quadragesimoseptimo Dionis nostri constet, Brutum Rhascipolidis auxilio adiutum, Bessis feliciter debellatis, nomen Imperatorium retulisse. Altera haud paulo fœdior est Epitoma 111. vbi sic legitur:* Propter Q. Catuli prætoris auaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania cum duabus Varianis legionibus à partibus Cæsaris desciuerunt. *Pro Q. Catuli, legendum est omnino* Q. Cassii: *vt non tantum ex quadragesimosecundo Dionis libro, vbi tota res copiose describitur, sed ex libro etiam de bello Alexandrino liquet, prolixe idem tractante. Sed haec in transcursu satis. Porro apud Dionem, οἱ δὲ τὰ τοῦ Καίσαρος, euidens est vitiū, pro οἱ δὲ. nam de Cornificio simul & Laelio dicitur. Iterū, ὡς ἐκ ..., perperam legitur: & reponendum, ὡς ἐκ ... Deinde aliquanto inferius, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμελήσας.*

Epitomes Liuianæ aliquot loci emendantur.

emendo ... Roberto quidem ... corrigente. Paulo post, ... scribi debet ...
Opinione Lælii iam capti deceptum] *... Ex ipso loci huius sensu manifestum est, ... esse scribendum, omissa litera ν.*

370 Circensibusque ipsum spernentibus] *καταφρονοῦντας, scribe καταφρονοῦντος. Et supra pro ..., repone ...*

371 Amore correptus] *ἐρασθεὶς οἱ ..., ... scribe.* Saxa in Syria] *Σέξαν, malim Σάξαν. de hoc Saxa dixi libro praecedenti. Hoc obiter addendum, posse ex his quae dixi, locum emendari apud L. Florum libro quarto, capite nono, vbi* Casca *pro* Saxa *mendose legitur.* Quorum hic Orodis] *Pro Ἡρώδου, scribe Ὀρώδου. Sic mox scribit ipse Dio, & supra libro 40. Paulo post ... scribe, non genitiuo casu ...*

Flori locus emendatur.

372 Ex ea militibus] *... Hac verba vsque ad ea, καὶ τὸν Σάξαν τὸν ἄρχοντα, parenthesi nisi includas, inuoluta erit tota periodus.*

374 Vbi morbo correpta, *&c.*] *In Graeco desunt haec verba, quae ego ex Plutarcho & aliis autoribus subieci.*

375 Pensionesque iis qui mancipia haberent impositæ] *..., non .... Robert. Linea autem priori, pro λιμὸς, λιμὸς scribendum.*

376 Cumque id per aliquot dies] *ἐπὶ τινας ἡμέρας ..., scribe ....*

377 L. Marcio, C. Sabino] *Prioris Consulis nomen (quod supra etiam monui) omissum est in huius libri Indice: quo loco solet hic autor perscribere nomen Consulis cuiusque cum prenomine, & cognomine. Certe alii Chronographi non L. Marcium, sed* L. Porcium Censorinum *habet. quod annotare volui, quia mutare nihil ausim.* Præstitutum sumptib. modum] *... Profecto sensus loci ... non ..., requirit.*

378 In Consulatu substituti fuerant] *ἄρξαι male est, pro ἦρξαν.*

379 His compositis] *... scribendū ..., Roberto etiam monente. Paulo inferius, ... Dictiones transposita sunt, ... Et pro ..., ... scribendum. Et inferius, pro ..., ...*

380 Conuiuiis se mutuo] *..., emenda .... Robert.*

381 Pharnapate] *Φαρναπάτου perperam, pro Φαρναπάτην.* Syriam à Parthis relictam] *... repone, ...*

382 Se non dediderunt] *Satis constat ex ipsa sententia, vbi legitur, ..., restituendum esse, ...* Apud Epidaurios] *... (Coniecturam secutus sum meam hoc loco: quam (nisi fallor) satis perspicue dedit Plinius libro tertio, capite vicesimosecundo. Scripsisse autem Dionem puto, ... Pro ... autem, ... lego.* M. Crassi nomen inuenerit] *Nam, vt scribit in vita huius Plutarchus,* Crassus ex quingentis suis militibus, qui Spartacum fugerant, decimum quemque sorte delectum supplicio affecit. *De modo vero huius decimationis, & aliis suppliciis militaribus, doctissime Polybius lib. 6. Notandum est obiter hoc loco esse in Xiphilino defectum, & stellula merito notandum. Quae enim Dio de triumpho Domitii & Palatii refectione scribit, Ventidio apud Xiphilinum tribuuntur. quod ego quidem non Xiphilino, sed defectui exemplaris, in quo ex ea Epitoma linea vna vel altera intercidit, cum Domitii mentione, imputo.*

383 Plebs seditionem contra publ.] *... est insigne mendū in Graeco: castigatius ... legimus. Paulò post item pro ..., ...*

384 Qui Nero paulo post moriens] *παιδίου τοῦ ὕστερον. lego ὁ παῖς, ut Xiphilinus etiam habet.* Deficientibus ab eo Tingitanis] *τῶν περὶ τὴν ἰτιγγιτανῶν αὐτῷ. Ego τὴν ἰτιν cur arbitrer vitiose scriptum, duas caussas habeo. Vnam, quod Ittin in Africa nullam inuenio: alteram, quod mox sequitur, ciuitatem Tingitanis datam: nimirum propterea, quod Bogudi rebellassent, Romanorum prouinciam inuaderi. Igitur τὴν Τίγγιν lego. Facile autem librarius imperitus ex duobus ἰ duo ν fecit.*

390 Ac ignominia quadam tanquam damnati] *ὡς ἐπ' αἰσχύνῃ δίκην δὴ τινα. Dictio δίκην absurde est intercalata. Caeterum si, qua sequitur Oppii historia, integra est, (quod vix credo) miror equidem, Dionem caussam huius populi erga eum fauoris ac studii omisisse, quam Appianus lib. 4. euidenter exposuit: nempe obseruatum ab eo patrem proscriptum, tantum populi studium eius extitisse.* Ad belli societatem contra Sex. Pomp.] *Σεξτίου πολέμου. Scribendum Σέξτου, per ε, diphthongum: sic & Xiphilinus.*

In Librvm Dionis XLIX. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

391 Vt Antonius Artauasdem] *In Graeco vitiose Ἀρταυάσδην est: scribendum Ἀρταουάσδην, vt infra, & alii autores. In Consulum porro nominibus legendum, Σέξτος Πομπήϊος, Σέξτου υἱ.*

394 Naues appellere] *ἐξοκεῖλαι. scribe ἐξοκεῖλαι, vt est etiam apud Xiphilinum.* Periculum à principibus suis] *τῆς μὲν δυσχερείας αὐτῶν τῶν πραγμάτων. Ego autem Xiphilini lectionem non minus quoque commodam censeo, qui habet, τῆς μὲν δυσχερείας αὐτοὺς, ἐκ τῶν πραγμάτων. id est:* Vt rei difficultate principes liberet.

395 Cornificius] *Κορνιφίκιος. Xiphilinus scribit Κορνουφίκιος, melius quidem.* In summis difficultatibus] *ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο. Enimuero hoc membrum in Graeco plane non cohaeret, nisi hic ἄποροι actiue significat eos, qui molestiam & anxietatem aliis afferunt. quod non probo.*

396 Insolenter admodum] *ὑπεροπτικώτατα. Legendum docet ipsa sententia, ὑπεροπτικώτατα.* Gallus Tisienus] *Is est, nisi fallor, qui libro praecedenti fol. 364.* Titisienus Gallus *nominabatur. vtrum rectius, nescio.*

397 Alacriores enim] *ὅτι γὰρ ἐν ταῖς ναυσίν. mendum est. scribe igitur, ἔτι γὰρ, &c.*

398 Et hostes suorum vocem] *τῶν τοὺς ἐναντίους. τῶν repone, pro τῶν.* Laetum clamorem] *ἐπαιάνιζον, a verbo παιανίζω, quod idem παιανίζω dicitur. Deinde post διάλλων claudenda est parenthesis.*

399 Ipse Caesar suis properato] *ἐκεῖνοι ἐν τάχει. Aptior est Xiphilini lectio, ἐκεῖνος γὰρ ἐν τάχει. &c.*

401 Aream enim in Palatino emptam] *τὸ γὰρ τόπον, ὃν ἐν τῷ παλατίῳ. quae extrema vox cum sit vitiosa, magnam obscuritatem adfert. Scribendum autem est Παλατίῳ. Sic enim Suetonius in Augusto, c. 29.* Templum Augusti ea parte Palatinae domus excitauit, quam fulmine ictam desiderari à Deo aruspices pronunciarunt. Quem ante inter proscriptos] *ὃν πρότερον ἐν τῷ. legendum, ὃν πρότερον ὁ Ἀντώνιος ἐν τῷ &c. Porro autem vocem Ἀντώνιος hic requiri, facile constat. Non enim Caesar, sed Antonius Messalam proscripserat: vt ipse Dio supra lib. 47. ostendit.*

404 In Syria Cyrrestica vicit] *Κυρηστικῇ. scribe Κυρρηστικῇ. sic enim Graeci omnes habent. Porro haec verba, τὸ γὰρ πεζὸν, vsque ad ἐν τῷ ἐν τῇ Συρίᾳ, per parenthesin nisi legas, obscurus erit locus, & ambiguus. Vbi sequitur, ὃν αὖ ἐξέλεξεν, legendum, ὃν αὖ ἐκ τῆς ἐξέλεξεν.*

406 Metu inuidiae itaque eius] *ἐς τὸν ἐκ τοῦ φθόνου. scribe τοῦ φθόνου.*

407 Ad bellum Artauasdi] *Potest etiam Artabazo dici: sicut Graecorum alii Ἀρταουάσδην, alii Ἀρτάβαζον habent. In Graeco, ἐπεὶ δὲ τὸν Μῆδον, ὅτι scribendum est. & post, τὸ Μῆδον πολὺ ἀπό, πολὺ lege. ac deinde ἀπορεῖν subscripto iota. Sed haec obuia. Sicut & eadem pagina ἐρμίνιος, & ὑστέραν vbi orthographia requirit ἐρμίνιος, & ὑστεραῖος: quanquam libro sequenti etiam ὑστεραῖος dixerit.*

412 Liburnique & Iapodes] *Γάπυδες (non Γιάπυδες) legendum esse, cum ex Geographorum monimentis, tum ex Illyrico Appiani libro (quem manuscriptum nobis amplissima inclytissimae nostrae patriae bibliotheca Graeca suppeditauit) abunde constat. & sane ipse paulo post Dio Ἰάπυδας vocat. Deinde statim ἐσώθησαν, & mox ἐσάλωσαν, dictiones sunt mendosae: pro ἐσώθησαν, & ἑαλώκασιν, nisi hic ὑπὸ subintelligere quis velit. quod non probo.* Idem sperantes] *ἐκ τούτου ἐλπίσαντες. Lego cum Roberto ἐπελπίσαντες.*

413 Primum à rapinis] *τὰ μὲν πρῶτον ὕλην ἥρπαζε. forte ὕλην.* Ad Sisciam] *Τοσκίαν. Sed Plinius Sisciam, & fluuium qui Dioni est Κόλωψ,* Calapim *vocat lib. 3. cap. 25.* Praeterea, *inquit*, amnes memorandi, Calapis in Saum influens iuxta Sisciam &c. *Legitur etiam infra libro 55.* Siscia, *quamuis per υ ψιλὸν in prima syllaba, vbi Velleius quoque* Sisciam *habet. ergo sic legatur.*

416 Cleopatram reginam regum] *βασιλίδα βασιλέων. Robert. Steph. βασιλίδων legendum putat: cui nequaquam (pace viri doctiss. dixerim) hoc in loco adstipulor. Videtur enim voluisse ostendere Antonius, Cleopatram, vt Caesaris superioris, ac suam exinde coniugem, in omnes reges orbis terrarum ius habere, omnesque eos maiestate superare, non vt eam reginis modo praeferret omnibus. Caeterum haec quidem coniectura est. Verum enimuero cum hunc ipsum locum tractarem, commodum accessi visendi caussa clarissimum, ac historiarum & antiquitatis peritiss. virum, D. Adolphum Occonem, seniorem, medicum Augustanum, idque tecum* Hervvarte *vir ornatissime. Hic inter alia antiquitatis monimenta, nummum quoque argenteum vidi, cuius haec erat inscriptio:* M. Antonivs Devicta Armenia, *ab altera vero parte:* Cleopatrae Reginae Regvm, Regvm Filiorvm. *Is nummus cum meam sententiam certissime & indubitanter confirmet, adducere eum in testimonium vtique volui, ne quid dubii relinquerem.*

Adolphus Occo medicus.

417 Et tonsores] *ἐς τοὺς κυρίας. Post κυρίας ego colon signandum censeo, vt nouum deinde membrum incat: quanquam mihi videtur loco hoc aliquid deesse. Xiphilinus legit, ἐς τὰς κυρίας ἐν τῇ πανηγύρει ἡμέρας: deprauate nimirum ipse quoque.* Collega L. Tullo] *μετ' Αὐλου τοῦ ἄλλου. scite nimirum. Repone, μετ' Λευκίου τοῦ Τύλλου. sic initio libri ipse autor, sic alii omnes.*

418 Armenia, vt supra ostendi, minore] *τῆς μικρὰς Ἀρμενίας, inepte. μικροτέρας emenda ex superioribus, & sensu ipso. In fine pro ἀντεπῆλθεν, scribe ἀνῆλθεν.*

In Dionis Librvm L. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

Messala Coruino] *Consulum nomina deprauata: nam illud quidem γαίου. γ. & γ. γ. omnino abundat. Pro Ἀλκουρουίνιος, Κορουΐνος legendum, vt infra initio libri sequentis.*

423 In potestate victoris forent] *καὶ ὅτι τῷ κεκρατηκότι. Corrigendum ita: καὶ ὅτι τῷ, &c.*

424 Quae

424 Quæ ad speculandum præmissæ] *καὶ τὰ προσκοπῆσαι. Nescio quam recte προσκοπῆσαι: malim sane προσκοπῆσαι.* Etsi prius Perusiæ quoque] *Est enim in Græco scribendum, haud dubie quidem id, καὶ ἐν τῇ ἐν τῇ Περυσίᾳ, non Γερυσίᾳ. Γ & Π sunt simillimæ literæ, hæ errorem librario obtulerunt.*

425 Methona expugnata] *τήν τε Μεθώνην. Μεθώνην scribendum liquido apparet. est vrbs in Messeniaca Peloponnesi regione.*

426 Stationique sunt com.] *τὸ ἐναυλοχῆσαι δ. Addendam vocem ὑπήνιδια cum Rob. sentio.*

429 Et timoris & audaciæ modum] *τῶν δ᾽, τὸ μὲν προχείρως. Intercidit hic verbum aliquod, siue id θαρρῆσαι, siue ἐξαπατηθέντος, siue aliud fuit.*

431 Qui Lepidum nulla eis iniuria] *τὸ Λέπιδον μηδὲ ἀδικήσαντα, non μικῶν, legendũ est.* Qui etiam ante victoriam] *φιλανθρωπεύσασθαι. Forte καὶ legendum. sed in verbis sequentibus, eoque πεπεικότι, mendum inesse suspicatur Robertus, non iniuria mehercle. Puto autem tolli posse si legas, εἰ ἐς πρὶν κρατῆσαι, ὃ πεποιηκότες: vt ᾗ sit interrogatiuum. alioquin vocabulum aliquod deerit, vt ἐκπλαγέντα, vel simile.*

432 Neque enim ignorat] *οὐ γὰρ ἀγνοεῖ. Legendum profecto ἀγνοῶ: nam rationem eius quod dixit subiicere vult.*

434 Neque quod sororem meam] *οὐδ᾽ ὅτι μὴ τὴν ἀδελφήν μου. Lectio hæc vitiosa est, & sensui contraria, quam sic emendabis: οὐδ᾽ ὅτι τὴν, &c.*

436 Iapydas] *Ἰάπυγας falsò: scribe Ἰάποδας, vt supra.*

438 Omisso suo proposito] *τοῦτο μὲν ἔπαυσε. lege ἀπῆγε.* Itaque aut submergebant] *τὰ μὲν κατέδυσαν. Xiphilinus habet, τὰ οἱ μὲν, & vtrumque recte.*

439 *Deinde, pro καὶ τὰ κατὰ τοῦτο, melius legitur apud eundem, καὶ τὰ τότε. Mox, pro αὐτῷ ἄκλῳ, idem rectius αὐτῶν ἄκλῳ legit.* Coortus ventus secundus] *αἰέμου πρὸς τὸ τεῖχος φοβεροῦ. Multo libentius legerim pro φοβεροῦ, φορεοῦ, idque cum Xiphilino.*

440 Antoniani hæc singula] *οἱ δ᾽ ἄλλοι τι ἕκαστα. Monet Robertus, Baysium de re nauali hunc locum citantẽ, habere, οἱ δὲ ἄλλοι τι ὡς ἕκαστα. quod malim.*

442 Harpagonibus hostiũ] *τῶν τῶν ἁρπαγῶν. Harpagonis, qui ἅρπαξ Græcis est, instrumenti nautici, quo hostiles scaphæ arripiebantur & attrahebantur, descriptio est satis copiosa & perspicua apud Alexandrinum Appianum, libro quinto bellorum ciuilium: quo loco nauale certamen id exponit, quo victus Sextus Pompeius Sicilia cessit. Sed pro ἁρπαγῶν hic Baysius legit ἁρμάτων, Roberto etiam monente: quo nimirum* armamenta nauis *significãtur vocabulo. Ego nostram lectionem retinendam duco, sensui & præcedentibus magis consentaneam.*

In Dionis Librvm LI. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

442 Sic enim hi qui annonæ sunt præfecti] *Quod Asteriscum apposui huic loco, factum est non alia de caussa, quam quod ea verba (ὅτω γὰρ τοῖς τὸ σῖτον ἔχοντας ὀνομάζουσι) cum præcedentibus non cohærentia, palam arguunt aliquid deesse.*

443 Præcipuus fuit Sossius] *Atqui supra libro præcedenti eum nauali pugna vna cum Tarcondimoto oppetisse Dio scripsit. Igitur aut hoc nomen vitiosum est, aut alius vtique Sossius hic notatur ab illo.*

444 At qui victoriæ socii] *οἱ δὲ δὴ συννικήσαντες. legendum συννικήσαντες. vt ante quoque notauimus.*

445 Duorum diuorum sacris initiatus est] *τὸ δὲ τοῖν θεοῖν μυστηρίων μετέλαβε. neque tamen expressit quorum. Apparet ex Suetonio, cap. 93. in vita Augusti,* Mineruam & Cererẽ *notari.* Promissionis tamen ea ratione] *τῷ δὲ δὴ ἀπαγγελίας. legendum ἐπαγγελίας; supra enim dixerat, τὸ δὲ ὑπέσχετο.*

446 Cum neque reciperetur ab eo] *ἵνα προσδέξασθαι αὐτὸ. Verbum ἤθελεν si addas, asteriscum demas licebit: quod recte monuit Stephanus.*

447 A Messala decepti] *ὑπὸ Μεσσάλα ἀπατηθέντες. legendũ ἀπατηθέντες.*

448 Verum antequam hæc acta] *πρὶν δὲ τὰ δὴ ταῦτα. Pro ἤδη, ἃ δὴ legendum. Paulo inferius, γαμεῖν βοιοῦς, γαμοῦς legendum.*

449 Antonius cum ad nuncium eorum] *πρὸς τὴν τῶν Πηλουσίου τύσιν. Sic corrigo, πρὸς τὴν περὶ τοῦ Πηλουσίου πύσιν. Idem error supra quoque notatus est a nobis.* Confestim in monumentum insiluit] *ἐς τὸ νεῖον ἐξαίφνης ἐσπήδησε. Docte & vere Robertus demonstrat, ἡρῷον, non vt alias habetur, νεῷον legendum. Paulo infra est, ἐν αὐτῷ τῷ). lege αὐτῷ).*

451 Pudore suffusa] *ἐρυθριῶσα. Legendum esse ἐρυθριασάσης, non ratio modo Grammatica, & Robertus docent, sed ita Xiphilinus quoque habet. Idem linea sequenti 4. pro ἐκεῖ τὸν rectius habet τὸν.*

454 Iulio Antonii & Fuluiæ filio] *τῷ τε Ἰούλλῳ τῷ τῷ Ἀντωνίου, legendum est Ἰούλλῳ. Velleius sane Paterculus* Iulium Antonium *vocat. Plutarchus in fine Antonii simpliciter Ἀντώνιον. Infra quoque lib. 54. Ἰούλιος idem falsò dicitur, cum libro 55. recte Ἰοῦλλος scriptum habeas.*

455 A filio huius Antonino] *ἀπ᾽ Ἀντωνίου τῷ υἱέος αὐτοῦ, legendum Ἀντωνίνου. Nam Seueri filius & successor fuit Antoninus Caracalla, quod notissimum est. Mox ἐγγεγραφυῖαι, emendandum necessario, & scribendum ἐγγεγραφότος.*

456 Quandiu res Antonii adhuc] *Desunt deinceps quædam. Videtur autem hic fuisse sensus:* esse à Parthis legatos ad Cæsarem subinde missos, petentibus vt eam ipsorum seditionem & bellum ciuile componeret. De Cleopatra triumphus] *ὡς τὰ τῆς Κλεοπάτρας. Sane malim ὡς κατὰ τῆς Κλεοπάτρας legere: sed vsus est eodem modo loquendi paulo post, ὡς τῶν Αἰγυπτίων. Equidem vtrobique κατὰ pro τὰ legerim, facili errore librarii ex compendiorum (quibus & vtuntur & abutuntur plurimum) affinitate.*

457 Socii eius victoriæ] *συννικήσουσι, iterum perperam, pro συννικήσασι.*

458 Tum templum Romæ] *In Græco Ῥώμη est, incertum an vrbis nomen, an vero appellatiuum. Vrbis nomẽ esse ex Tacito patet. lib. 4. verba sunt Tiberii:* Cum D. Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset. *& alibi etiam fit mentio eius.* Tum sacraria tribuuntur] *τὰ δὲ καὶ ἡρῷα ποιοῦντας. Esse scribendum ἡρῷα, palam est, & monuit etiam Robertus.* Is igitur potitus publice] *ἐκεῖνος οὖν ὁ δημοσίᾳ. Idem scite noster articulum ὁ expungendum esse. In prioribus verbis non punctus post προσῆκεν, sed virgula post ὑπάτων signanda est, vt constet sententia perspicuitas.*

459 Iapydis] *Ἰαπυγίας, scribe Ἰαποδίας. Deinde pro Μωρίνους, malim Μορίνους. nam prima syllaba est breuis:* Extremique hominum Morini, *&c. Vergilius lib. 8. Inferius χαλκεχία, χαλκεχίτια lege.*

461 Finitimos eis Triballos, Dardanosque] *Non improbo, quo hic Robert. περὶ Τριβαλλοὺς habet.*

IN DIONIS LIBRVM LII. GVIlielmi Xylandri Augustani annotationes.

465 Sed vt ipsos in seruitutem] ἀλλ᾽ ἵνα ἑαυτοὺς δουλωσώμεθα. *lege* αὐτοὺς *cum Rob.*

467 In qua tot annos vixit] τοσοῦτος ἔτεσιν ἐλευθερίᾳ βεβιωκότα. *Lego cum Roberto;* ἐν ἐλευθερίᾳ.

468 Quibus si alios iudices] τίνας δ᾽ ἂν μετ᾽ ἑτέρους. *scribe* τίνας. Qui forte lecti sententias ferant] ἐκ τῶν ὁμοίων ὄντων, ὁ κλῆρος ἀποδείξῃ. *Hic locus plus obscuritatis præ se fert, quam insit. est enim sic castigandus:* ἐκ τῶν ὁμοίων, οὓς ἂν ὁ, *&c.*

469 Quomodo iis vtaris] ὡς ἂν ῥᾳδίως αἰτιᾷ διαθῆσθαι. *Ratio Grammatica* διαθέσθαι *legendum esse arguit, vt sit* ἀόρ. β. *à medio verbo* διατίθημαι.

470 Cum & milites strenui] ὅτι στρατευσάμενοι προσπημαίνη *legendum censeo* προθυμοῖεν.

472 Pompeius initio] Πομπήϊος τὸ πρῶτον. *sic enim est distinguendum, vt* τὸ πρῶτον *ad Pompeium adiungatur, cui deinde respondet illud:* ὁ, τε Πομπήϊος αὐτὸς μετὰ ταῦτα. Carbo] Στράβων, *inepte. Legendum esse* Κάρβων, *ex historiis bellorum ciuilium est sole meridiano clarius. Iterum* Σερτώριος ὁ ἕτερος. *Insipide* ὁ ἕτερος *est repetitum à Mario, & Sertorio etiam additum. Igitur expunge.* Seruire alicui dignabitur] δουλεύσαι τινα. τινὶ *lege.*

474 Neque iis qui vltro se obtrudunt] μήτε ἐν τοῖς παρακαλοῦσι. *Liquet præpositionem* ἐν *abundare. Sed qui sint* παρακέλευσοι, *nihil habeo quod dicam. Sane apud nostrum Dionē libro tricesimosexto est* παρακελευσμὸς coitio, & conspiratio ambitus, & potiundi magistratus causa: *quod idem libro sequenti* παρακέλευσις *nominatur. Inde forsitan* παρακελεύστας *intelligemus*, qui ambiendo ad magistratum, non virtute peruenerint: *nisi quod passiua significatio videtur contra stare.*

475 Naui onerariæ magnæ &c.] ὁλκάς τε μεγάλη. τε *abundat.* Non est ab hominis natura alienus] ὅτι ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἐστί. *Hic sensum veræ autoris sententiæ contrarium gignit præpositio* ἀπὸ, *perperam cum accentu graui in posteriore syllaba ab indocto librario scripta. Legendū est,* ὅτ᾽ ἄπο τῆς ἀνθ. *quod est dicere:* Non est inconueniens aut incōsentaneum humano ingenio. *Quo modo (vt aliorum autorum testimonia præteream, ab aliis notata quædam) ipse Dio infra locutus est libro 54.* Ἀντίστιος μὲν οὖν τότε οὐκ ἀπὸ καιροῦ εἰπεῖν ἔδοξε. Antistius igitur tum haud intempestiue videtur dixisse. *Paulo post:* ὥσπερ τι αἴτημα. *Lego* ὥσπερ εἴ τι αἰτ. *Roberto etiam notante. Et iterum,* ἀπεκτόνεσαν. *scribendum* ἀπεκτόνεσαν.

477 Quotquot tibi digni visi fuerint] ὁπόσοι ποτ᾽ ἂν εὑρήσωσί σε. *Vox* εὑρήσωσι *deprauata est, & legerim sane* ἀρέσωσί σε.

478 Et mitiores eo] καὶ χρόνον τινὰ ἰδιωτεύσαντες. *Recte videtur monuisse Robertus, asteriscum ante hæc verba tollendum.* Per absentiam magistratuum] τῶν ἐκδήμων ἀρχῶν. *quod videtur vitiosum esse, & fortasse* ὑπάτων *legendum, vel* ὑπὸ ἀρχῶν. *Ego generali vocabulo vti malui.* LXXXI millia pass.] μέχρι χν. σταδίων. *650 stadia, miliaria 81, & vnum quadrantem conficiunt.*

479 Italiam in tot partes] ἐς τε τὴν Ἰταλίαν διαδέκα μέρη. *Legendum,* ἐς τοιαῦτα μέρη. *Inferius,* καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῖς δυνατοῖς. *sensus* ἀρχομένοις *postulat.*

480 *Rursum.* πρίν τε αὐτῶν ἀποδέχθηναι. *lego* ἀποδειχθῆναι. Ac de senatoribus quidem] τοὺς μὲν δὴ συμβουλευτάς, *scribe* βουλευτάς. *iam enim expositis senatorum officiis, ad equitum munera transit.*

483 Ab armis & re bellica] ἄνευ τε ὅπλων, καὶ ἄνευ τειχῶν ζῶν. *Vox* τειχῶν *aperte mendosa est: quid tamen substituam, incertus sum.* Rapto viuere potiùs cogitur] καὶ ἐκκλησίας μᾶλλον ζῶν. *Robertus hunc locum castigauit, pro* ἐκκλησίας, ἐκ λῃστείας *reponens. Ego* ἐκ λῃστείας *malim. est enim affinior vitiosæ, iuxtaque commodior lectio.*

485 Nam rationi consentaneum non est] τοῖς τε γὰρ εὐπόροις ἄλογόν ἐστι. *Nihil mutandum hic censeo: quamquam Robertus Leonicenum rectius* εὔλογον *legisse putet.*

487 Consuetudine habita tuorū morum] προσυγγιγνόμενοι τοῖς τε ἤθεσι. *scribendum,* προσεγγιγνόμενοι.

488 Cū ea in re ipsa conspiciant] ὁρῶν ἔργῳ γιγνόμενα. *Rob. Steph. malle se* ἔργῳ *legere inquit. Ego qui decreuerim nihil mutare, nisi quod omnino ferri non possit, nostram lectionem,* ἔργα, *retineo. Dicitur enim etiā apud alios autores aliquid* ἔργον γίνεσθαι, cum res in actum & effectum (*vt aiunt*) perducitur. *Exemplum adscribā, quod nunc succurrit, & est apud Plutarchum de Cæsaris interitu, casi apud statuam Pompeii:* δαίμονός τινος ὑφηγουμένου, καὶ καλοῦντος ἐκεῖ τὴν πρᾶξιν ἔργον γεγονέναι. In quodam orbis terrarum theatro] καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ τῆς ὅλης. *lego* ἔν τινι.

491 Nihilque præter ea quæ possides] καὶ τὸ μηδὲν πλείονος τῶν *&c.* καὶ τῶν *&c. scribendum. Robert.*

492 Si nihil horum vlli præter alios permiseris] συγχωρήσῃς τι. *Robertum laudo, qui* τινὶ *emendat.*

IN DIONIS LIBRVM LIII. GVIlielmi Xylandri Augustani annotationes.

In ipso Indice libri, hæc verba, ὡς τὸ τῆς μοναρχίας ἀφίε. *&c. sunt præcedentibus adiungenda, & legendum:* Ὡς Καῖσαρ ἐδημηγόρησεν ἐν τῇ γερουσίᾳ, ὡς τῆς μοναρχ. *&c. Porro in Consulum nominibus, & enumeratione, primum vbi est* Μυιψάνιος, *legendum est* Μ. Οὐιψάνιος Λ. υ. Ἀγρίπ. *Præterea autem mendosum est, quod Agrippa hic* γ. *& deinde* δ. *ὕπατος scribitur, cum priori loco* τὸ β. *posteriori* τὸ γ. *sit scribendum. vnicum enim tantum iam ante Consulatum gesserat Agrippa vel ipso Dione teste. Item ante hæc verba,* Γ. Νωρβανὸς. γ υ. Φλάκκος, *sunt interserenda quædam: nempe collega Augusti in nono ipsius Consulatu. Is fuit M. Iunius Silanus. quod non modo omnes Chronographi habent, sed aperte ipse Dio infra in hoc libro testatur. Deinde addendus decimus Augusti Consulatus, in quo habuit collegam, C. Norbanum Flaccum, ipso etiam Dione hoc docente. Quoniam vero non est apud Dionē, ac ne apud reliquos quidem, Statilium Taurum antea temporis, quam collega Augusti fuit, Consulem egisse, Norbanus autem Consul etiam anno DCCXVI, iisdem prænomine & cognomine reperitur, libro Dionis nostri 48. existimo illud* τὸ β. ὕπατος *non ad Taurum, sed ad Norbanum pertinere. Denique vbi est* Αὔγουστος τὸ ι, *legendum est* τὸ ια. *sic enim præter alios ipse quoque Dio hoc libro habet. Ex quo loco patet,* Καλπούρνιος, *non* Καλπουρνιανὸς, *hic in Indice legendum esse. Enim vero haud incommode (opinor) subiunxerim, quomodo totum hunc Catalogum scribi velim.*

Καῖσαρ τὸ ϛ.	Μ. Οὐιψάνιος Λ. υ. τὸ β. ὕπ.
Καῖσαρ τὸ ζ.	Μ. Οὐιψάνιος Λ. υ. τὸ γ. ὕπ.
Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ η.	Σταπίλιος Ταῦρος. ὕπ.
Αὔγουστος τὸ θ.	Μ. Ἰούνιος Σιλανὸς. ὕπ.
Αὔγουστος τὸ ι.	Γ. Νωρβανὸς Γ. υ. Φλάκκος. τὸ β. ὕπ.
Αὔγουστος τὸ ια.	Γη. Καλπούρνιος Πίσων. Γη. υ. ὕπ.

496 Cui etiam sororis suæ filiam] *Marcellam nimirum, Octauiæ & Marcelli filiã, eius Marcelli sororem, qui Iuliam, Cæsaris ex Scribonia filiam, in matrimonio habuit: quam ipsam postmodo Agrippa, marito defuncto, vxorẽ duxit, Marcella demissa. Vide Suet. Augusto, cap. 63. Plutarchum in fine Antonii, &c. Hoc annotandum duxi propterea etiam, quod hic Xiphilini exemplum deprauatum est: legitur enim ibi* ἀδελφιδῶ *falso, pro* ἀδελφιδῆν.

497 Prætoribus, vt fit] τοῖς στρατιώταις, καθὰ τῷ ἔθει. *Satis liquet*, στρατηγοῖς *esse legendum, non* στρατιώταις.

499 Tantum continentiæ esse] τοσοῦτον ἄλλον θ σωφρονοῦσι δεῖ ἀληθείας. *Pro* σωφρονοῦσι *legere vult Robertus* φρονοῦσι. *Ego quia necessitas nulla incumbit mutandi, retineo* σωφρονοῦσι. *Paulo post*, συνεγνώμην, ὅτι ἂν, *legendum* συγγνώμην ὅτι ἂν, *cum Stephano.*

502 Deinde quæ legib. præcipiuntur] ἔπειτα δὲ ὅσα προστάττεται ὑμῖν ὑπό. *Scribe* ὑμῖν: *non enim cum accusatiuo, sed datiuo construitur hoc verbum.*

505 Vt plus quam annum] πλείω θ ἐνιαυτῶ. *Lege*, πλείω ἢ ἐνιαυτῶ. *Et mox pro* φρουροῦντας, *repone* φερομένας. Sex vtuntur lictoribus] ῥαβδούχοις δὲ ἓξ τινες. *Audacter hic* ἕξ, *non* τινὲς *lego. Prætorum enim fuisse sex lictores, vt Consulum duodecim, vel pueri sciunt: habentque inde (vt Dio hic ait) apud Græcos autores nomen. Vocantur quippe* ἑξαπέλεκεις. *Quo vocabulo vsus est Polybius, doctissimus & facundissimus historicus, lib. . . vbi de Boiis, Romanos colonias Placentiam & Cremonam condentes, inuadentibus disserit. Mox*, ἐπ' αὐτῶ πλείω *lego*, *& pro* αὐτοῦ *lego*. Istæ quoque prouinciæ] τὰ ἀνηκέστατα θ ἐκείνοις προστίθεται. *Emendo*, ἐκεῖνα. *scilicet* ἔθνη.

507 Ac diuidendis prouinciis] καὶ τὰ αὖ τὰ τῶ διαιρεθέντων. *Διαιρ vox est corruptissima, cum debeat esse* ἰδιῶν. Ab eoque perfecta] *Lacuna hic est. Videtur autem hic fuisse contextus*: Ab eoque perfecta monarchia initium sumpsit. Vnius enim, *&c.* Plerunque nunc etiam] ὡς πλεῖστα γίγνονται, καὶ νῦν τῶν πλεονεκτῶν. *Robertus sententiam staturam putat, si pro* νῦν πλεῖω *legatur. Ego* πλεῖω *potius post* νῦν *addendum iudico, & tamen haud dubito, quin aliquid desit adhuc.*

510 More Hispanorum se consecrans] *Non memini me de hoc Hispanorum more quippiam legere. Apud Cæsarem lib. 4. bell. Gallici haud dissimile quippiam de Soldurtis refertur; vsitatum apud Gallos Sontiates.*

511 Ex senatoribus sorte quindecim delegit] πεντεκαίδεκα τοῖς κλήροις λαχόντας. *Corrupta lectio. eam sic emendandã certus sum*: πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ *&c sic etiã Xiphilinus.* Per coitiones aut ambitũ] ἐκ συνωμοσιῶν, ἢ καὶ δικασμοῦ *scribe* δεκασμοῦ. *id. n. est* largitio propter magistratũ adipiscendum. *& sic scriptum est apud Xiphilinum.*

512 Et alia id genus] τὰ τοιαῦτα καὶ λόγοι. *Verba sunt transposita. Scribe*, καὶ τὰ τοιαῦτα λόγοι. Sed in Augusti] ἀλλ' ἐς τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ. *Emendatius* αὐτοῦ *leges.*

513 M. Egnatius Rufus] Μ. ῥῆνος ὁ Γνάτιος. *Legendum* Μ. ὁ Ἐγνάτιος. *sic enim Suetonius, sic Paterculus.*

515 Porticũ Neptuni] τὴν τῶ Ποσειδῶνος ἐπονομασθεῖσαν. *Adde vocem* στοὰν, *quæ intercidit.* Vrsos trecentos] ἄρκτους τε τετρακοσίας. τετρακοσίους *Xiphilinus.*

516 Cuius tum rex erat Sabos, Aelius Largus] ἧς Σαβὼς ἐβασίλευεν, Αἴλιος Γάλλος. *Apud Xiphilinum non* Σαβὼς, *sed* Σαμὼς *legitur. Porro autem non* Γάλλος, *sed* Λάργος *est scribendum. sic enim & Xiphilinus habet, & Gallo Largum successisse in Aegypti præfectura, Dio supra innuit, vbi quidem* Valerius Largus *dicitur.*

517 Si quando prælium commisissent] συμμίξειαν αὐτοῖς. *Quod* αὐτοῖς *recte docet legendum Robertus, etiam Xiphil. habet.* Athlulorum enim tenus] Ἀθλούλων. *Apud Xiphilinum sane habetur non ita, sed* Ἐ πιδαλων. Sepulcrum ab ipso factum] ᾠκοδομήτο. *ὁ scribe.*

IN DIONIS LIBRVM LIV. GVIlielmi Xylandri Augustani annotationes.

520 *In nominibus Consulum, vbi legitur*, Λ. Ἀῤῥούντιος Λ. υ. Αἴμιλιος, *notandum est, Cõsules vnius anni intercedisse: & est ita legendum*, Λ. Ἀῤῥούντιος Λ. υ. Μ. Λόλλιος. Κ. Αἴμιλιος *sic enim hi & a Dione hoc in libro nominantur, & à Cassiodoro, ac reliquis Chronographis. & Horatius lib. 1. epistola vltima:*

Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Deinde, vbi est Γ. Σεντ. *lege* Γ. Σίλιος, *ex Dione. Rursum, pro* Παῦλος Γούνιος, *&c.* Γάϊος Γούνιος *scribe.* nam Caium Iunium *Dio inferius scribit: sicut reliqui etiam. Post* Μ. Λ. Γούνιος Λ. υ. *scribendum* Μ. Γούνιος, *&c. Vbi est* Φύρου Μ. Λικίνιος. *Illud* Φύρου *cum Roberto in* Φρυγὶ *esse mutandũ censeo, vt sit Pisonis cognomentum. prætereaque scribo*, Μ. Λικίνιος Μ. υ. Κράσσος. *Deinde pro* Παῦλος Κοΐντιος, *&c. scribo*, Γ. Κοΐντιλιος Σεξ. υ. Οὔαρος. *Et deinceps*, Μ. Οὐαλέριος Μ. υ. Μεσσάλας Βάρβατος. Barbatum *autem eo libentius lego, quod sciam* Messalæ Barbati *etiam Suetonium meminisse in Claudio, cap. 26. Itaque qui hic Messalam iterum Consulem scribunt, confundunt Coruinum cum Barbato: non recte quidem ii, nisi alios autores secuti videantur. Porro pro* Παῦλος Φα. Γαῦλος Φάβιος: *scribendũ, ex Dione. Denique* Ἀφρικανὸς *vox loco mota est, & subdenda post hæc demum verba*, Κ. Φάβιος Κ. υ. Ἀφρικανός: *vt etiam Suetonius habet in Claudio, cap. 2. vbi tamen, sicut & apud alios,* Iulius Antonius, *non* Antoninus *legitur. est ã, n M. Antonii filius. qui anno V. C. 741 prætor fuit, vt tradit Dio: præsertim cum hic quoque* Μ. υ. *scribatur. vt dubiũ esse nequeat illud* Ἀφρικανὸς *ad Fabium pertinere: & pro* Ἀντωνῖνος, *scribendum* Ἀντώνιος.

521 Fratrem hunc eius] ἀδελφὸν τῶ Πλάγκῳ. *Lege* Πλάγκου.

522 Absentes exilio damnati sunt] φυγὴν μὲν ὡς καὶ φεύγ... ἐρήμην μὲν ὡς καὶ *&c. scribe, vt recte docuit Robertus.*

523 Quod nisi in iudicio quodam] εἰ μὴ καὶ ἐπὶ δίκη *lego. Sed ingenue fateor, me hunc locum non intelligere: ita tamen, vt negem esse integrum.* His enim tintinnabulis] *Laudo Robertum, qui sensit deesse hoc loco ea verba*, κώδωσι χρῶνται, *inserenda ante hæc*: ὅπως σημαίνειν ... *&c.* Rebellionem fecerunt] ἐπανέστησαν αὐτοῖς: *lego* αὖθις. In seruitutem redigeret] ἐδούλωσεν. *Corrige*, ἐδουλώσατο.

524 Egregie gesta] ... *scribe* ἀριστεύματα. L. Silanus] Σιλανὸς *legi, non* Σιλουανός.

526 Vti maiorum suorum institutis permisit] τῷ πατρίῳ σφίσι ... *Addendum verbũ* συγχωρεῖν, *aut simile, vt constet sententia.*

527 Vnus ex Indis Zarmarus] *Apud Xiphilinum* Zamarco *nomen est*, Ζάμαρος. Q. Lucretium] *Supra in Catalogo erat*, L. Lucretius, *falso, vt arbitror: Cassiodorus quoq; & alii*, Q. *vocant.* Per quinque annos] ἐς πέντε ... *Adde* ἔτη.

528 Velle se iuramento obstringere] καὶ ὁμνύναι σφίσι ... *Legẽdum*, ... ἄλλον.

529 Infensus esset] καὶ ... ἐτύγχανε, *&c. Scite Robertus deprahendit*, ... *esse legendum.*

530 Etiam si id iustissime fiat] καὶ ὅτι μάλιστα δικαιώματος συμβῇ. *Non improbo coniecturam Roberti,* δικαιώματα *legentis.*

534 Camuni & Vennonetes] *Cur sic verterim, & rectene id fecerim (nam in Graeco est,* Καμμούνιοι & Οὐέννιοι*) ex Plinii libro tertio, capite vicesimo, lector intelliget.* M. Lollius Rhymetalci] Μάρκιος Λόλλιος Ῥυμητάλκη *Legendum vtique,* Μάρκος & Ῥυμητάλκην.

535 *Paulo post, pro* Τιγκρηνη, *repone* Τίγρανη. *Porro vbi est,* τήν τε Γερμανίαν & τὴν Γαλατίαν, *omnino hae voces inducendae sunt & remouendae,* τήν τε Γερμανίαν. *nam trans Rhenum Germaniam nullam tum fuisse, sed Galliam, euidentissimum est.* Decembrem] Δεκέμβριον *scribe, non* Δεκέβριον.

536 Vedius Pollio] Οὐήδιος Πωλίων. *Lego* Πωλίων, & *deinde* Πωλίωνα, &c. *Vide de hoc Plinium libro nono, capite vicesimotertio. Meminit & Tacitus libro primo.*

537 Pausilypum] τὸ Παυσίλυπον. τὸ *legerim, vt sit generis neutrius, sic Plinius libro nono, capite quinquagesimotertio.* Quasi non aliis quoque, &c.] οὐχ ὅτι & ἄλλαις. *Lego,* οὐχ ὅτι μὴ & ἄλλαις.

539 Iulius Antonii F.] Ἰούνιος. Ἰούλιος, *vt supra ostendi.*

541 Quoniā earum aedibus contigua erat] ἵδρυντο ἐπεὶ δ' ὁμότοιχος, &c. *Ita lege,* ἵδρυνται, ἐπεὶ ὁμότοιχος, &c. ἡ ὧ. Κορνηλ.

542 Tamen ipse gladiatorios ludos] & αὐτὸς ταῖς μοναρχίαις διετέλεσε. μονομαχίας *lego cum Roberto.* Vt senatores quoties in curiam conuenirent] *Locus hic mirum in modum est & corruptus & mutilatus:* ὅπως αἰεὶ ἕδρα κοινή, ἢ & τῷ, &c. *Equidem non me fugit,* ἕδραν *apud Dionem vocari* consessum Senatus. *vt libro sequenti:* ὁ δὲ Αὔγουστος ταῖς τε τῆς γερουσίας ἕδρας ἐν ῥηταῖς ἡμέραις γίγνεσθαι ἐκέλευσεν, &c. *vt haud dubie hic quoque* ἕδρα *aspirate sit scribendum. Sed tamen reliqua verba esse & deprauata, & manca, sensus ipse docet. Faciā autē quod possum, id est, apponā Suetonii hac de re verba si quid ea lectorem possint adiuuare, in promptu vt habeat.* Quo autem (*inquit ille capite tricesimo quinto vita Augusti*) lecti probatique & religiosius, & minore molestia, Senatoria munera fungerentur: sanxit, vt priusquā consideret, quisque thure ac mero supplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur: & ne plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur, scilicet Calendis, & Idibus, &c. *Quibus ex verbis, & illis Dionis,* τὸ δ', ἵνα ἀπειπεῖν συνίωσιν, *apparet alterum membrū hoc loco intercidisse.*

544 In Cheruscorum] Χερυονίδα. *Legendum* Χερουσκίδα, *vt ante* Χαυκίδα. Lupiae & Alisonis fluuiorum] & ὁ Ἐλίσων. Alisonē *dicit Tacitus libro secundo, his verbis:* Cuncta inter Castellum, Alisonem, ac Rhenum nouis limitibus aggeribusque permunita. *Quo in loco Tacitus loquitur de discussa obsidione castelli ad Luppiam positi: vbi tamen (quod obiter monere visum) imperite quidam* Castellum Alisonem *legerunt, vt* Aliso *sit nomen castelli: quod falsum esse Dio nos docet.*

Taciti locus animaduersus.

545 Bessus natione] θεάς Βεσσός. *Supra ostendi* Βεσσοὺς, & Βεσσῶν *scribi oportere: quam lectionem hic annotatam Robertus Stephanus testatur.* Pecuniam ad imagines faciendas S.P.Q.R. conferrent] εἰς εἰκόνας ἑαυτῶ & ἐκείνῃ & ὁ δῆμος, *vitiose. Sic emenda,* εἰς εἰκόνας αὐτοῦ & ἐκεῖνοι, &c. *Deinde post paulo* ἔσησεν, *non* ἔσησαν. *Ac pro* τὸ τέλους, τὸ ἔπος *lego.*

546 Id si quis reddendum non putet] & τότε μὲ, εἰ γὰρ τις τε ὑπαποδίδοσθαι. *Puto sic scriptum ab autore:* εἰ γάρ τις τε ὑπαποδίδοσθαι. *Mox,* Γαΐου ἥρων, *legendum vtique* Γαΐου.

IN DIONIS LIBRVM LV. GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI ANNOTATIONES.

547 *Consulum nomina in annos septemdecim cum annotauerit Dio, tamen hic tantum sedecim annorum exponuntur: ita quidem, vt collega etiam Augusti* XII. *Consulatus desideretur. Ac tametsi nouerim, esse qui a Drusi Consulatu vsque ad M. Furii, & Sexti Nonii Consulatum inclusiue tantum sedecim annos numerent: tamen certum est, Dionem hoc loco ab iis dissensisse, ac septendecim numerasse, quemadmodum & Cassiodorus habet. Caussam differentiae mox indicabo.* Αὔγουστος τὸ ιβ. &c.] *His adde, (vt ex reliquis Chronologis habetur)* Α. Σύλλας. *Deinde anni* DCCL. *Consules hos possumus ponere:* Γ. Καλουίσιος Σαβῖνος τὸ β. Α. Παοπλιοὺς Ῥοῦφος. *Cogimur autem eos aliunde mutuari, quoniam inter Laliū Balbum ac C. Antistium Consules, & L. Valerium ac Cn. Cornelium Cinnam, nullius mentio fit Consulis in Dione, vt mea quidem fert sententia: quia multa ex hoc libro interciderunt.* Μ. Οὐαλέριος. Μ. ψ. Μεσσαλᾶς ἢ Μεσσαλῖνος] *Probo posterius.* Γ. Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ ψ.] *Legendum vtique (Roberto etiam annuente)* τὸ ιδ. *id est* XIV. *Nec me fugit, Suetoniū Augusti tredecim tantum Consulatus numerare, totidemque etiam Tacitum, qui* Augustum numero suorū Consulatuum Valerium Coruinū, & C. Marium simul aequasse, *libro primo scripsit. Veruntamen quia tredecim Augusti Consulatus diserte sunt ab autore nostro iam ante recitati: quatuordecim vtique legendum est, idque etiam apud Cassiodorum. Cur enim Tacitus & Suetonius omiserint, facilius puto intelligeremus, si Dionis ea de re verba haberemus: nunc id coniicere tamen possumus, non gestum fortassis eum ab Augusto, sed omnino aut repudiatum, aut statim alii traditum, sicut & alias fecerat. Illud magis mirum, cur alii hunc totum annum omiserint, cum eum Cassiodorus habeat, eundemque quem Dio collegam Augusto* XIV. *Consuli assignet L. Paulum. Nobis is annus praetereundus nullo modo visus est. idque tanto minus, quod infra libro sexagesimo, quem annum Dio octingentesimum Vrbis condita habet, is apud alios* DCCXCIX. *dicitur. Vnde patet, vno anno nostram alias praecedere rationem, vt ibi quoque dicemus.* Γ. Οὐινίκιος ἢ Μινίκιος] Οὐινίκιος Vinicius *legendum Velleius docet. & pro* Ν. υἱὸς, *reponendum* Μ. υἱὸς. *Scribens enim ad M. Vinicium, patrem eius* P. Vinicium *aperte nominat: quo Cōsule Tiberius Rhodo redierit. Deinde auum M. Vinicii, ipsum etiam* M. Vinicium *appellat.* Οὐάλλαισος] *forte* Οὐόλαισος: *quod cognomen Valeriorum fuit.* Κ. Καίλιος] *scribe* Κ. Καικίλιος. Μ. Φύριος] *Vtique* Φούριος *est scribendum, v omisso.* Furius *enim Camillorum nomen est, non* Furnius.

548 Inde in Cheruscos conuerso itinere, Visurgin transgressus] ἐς τε τὴν Χερσονησίαν μετῆσι, & τὸ Οὐίσουργον, &c. *Legendum* Χερουσκίαν, & Οὐίσουργιν, *id est,* Visurgim: *quem supra falso scriptum habuimus* Οὐίσουργον. *Mox, pro* Ἀλβίν, *lego* Ἀλβιν, *vt est apud Xiphilinum.* Et non modo homines] *Ante haec verba deesse aliquid satis patet: mihi tamen restituendi facultas (fateor) abest. Certe videtur Augusti lex aliqua de iis quae mortis caussa legantur, intercidisse: vtcunq; eodem modo apud Xiphilinum legatur.*

550 Quae deinde more Romano] & αὐτῇ μεθ' ἑαυτῆς ἐν ἥρωσιν. *Legendum,* & αὐτῇ. Cum honore tamen Tribb. pleb. anteirent] & τῶν δημάρχων φεροντο προτιμώμενοι. *Vitia tolles, si legeris,* καὶ τῇ τῶν δημάρχων φεροντι προτιμώμενοι. *quod etiam Robertus Stephanus deprehendit.*

551 Pi-

551 Pignoris loco] ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρον. scribe ἐνέχυρον. Infra pro ἀφιεὶς, ἀφεὶς. Exceptis Cantabris] πλὴν τῶν Κανταβρῶν. Certe adduci non possum vt credam, hoc Cantabrorum nomen non esse falsum. Quid enim Cantabris cum Germanis commercii, aut cur Cantabros debellaturus Rhenum transiret, aut cur tandem illi eam expeditionem metuerent, tam longe ab ipsis auerso bello? Id monere volui, vt qui possint, corrigant hunc locum: me sane hic ingenium & autoritas scriptorū, aut certe memoria destituit.

552 Pro πιστὰ autem, legendum scio ἄπιστα.

554 D. Lælium Balbum] ὁ Αὐλιος Βάλβος. Ipsius Dionis in Indice libri, & reliquorum autorum testimonio, Λαίλιος, non Αὔλιος est scribendum.

556 Corpora porro Caii & Lucii] τὰ δὲ Λουκίου τε Γαΐου, &c. Non possum mihi persuadere, non intercidisse hoc ex loco permulta, quibus inter alia Caii & Lucii interitum Dio descripserit, cum quod in ipso indice libri ea historia promittitur, tum quod leniora multa consectatum autorem nostrum, eorum mortem silentio inuoluisse non sit consentaneum. Iam Zonaras etiam (quem nuper editum magnificentia viri vere magnifici ac generosi Domini ANTONII FVGGERI, laboribus autem honestissimi ac doctissimi viri Domini Hieronimi Wolfii, meriti de me optime amici debemus) cum permulta in historia horum temporum ad verbum è Dione transcripserit, vestigiaque eius diligentissime (nec id dissimulanter) consectatus sit, de Cæsarum horum exitu ea habet, quæ ipsis vocabulis esse a nostro autore cum mutuatum, contendere ausim. Quid quod inscriptio præsentis libri etiam de Augusti templi dedicatione, fanoq; Martis in eo pollicetur, de quibus sane ne vllam literam nos habemus? Quid, quod Consulum ab anno 748. vsque ad 758, nulla ne vllo verbo sit mentio? Ea igitur quoque amissa sunt. Quoniam quidem vero sine exemplaris alicuius auxilio restitui nequeunt, mihi satis fuit ad præsens indicasse, lacunā hic esse relinquendā. In Germaniam ablegauit] εἰς τὴν Κελτικ. Deest verbum ἐξέπεμψε, aut simile. Mox: αὐτοῦ ἐκεῖνο, legendū ἐκεῖνον, scilicet Tiberiū.

557 A curis vacet] ἀπομερμηρίσῃ. scribe ἀπομερμηρίσῃ.

559 Te incolumi ipsa quoque hodie regnans] Ante δεινὸν δὲ τι παθόντος, Xiphilinus hec quæ inserui verba habet: ὃ σωζομένου μὲν σοῦ, ἡ αὐτὴ τὸ τήμερον ἄρχουσα.

560 Lenibus corporis exercitiis] αἰωρήμασι. De his alii multa. Xiphilinus habet αἰονήμασι. Hinc suspicor αἰονήμασι legendum, id est, perfusionibus, rigationibus liquorum, ἀπὸ τῶν αἰονῶν. Paulo supra: ὑπὸ φοβουμένου. Xiphilinus rectius, ὑπὸ τοῦ φοβουμένου. Vtque in aliis rebus modo grauiores] καθάπερ ἐν ἄλλῳ τῷ πάνυ. Excidit aliquod participium, vt πλημμελούντων, aut simile. Quo intelligitur pœnas non faciliores] ἐξ οὗ τοῖς τότε ἐκείνοις μὲν ῥᾴω. Sensus postulat, vt legamus ἐκείνοις μὲν οὐδὲν ῥάω: vt est etiam apud Xiphilinum. Versu proximo, ἐπηρείαν, scribe ἐπηρείαν.

562 Vt in officio maneant] ὅπως σωφρονῶσι, ὃ προσέτι μὴ ἀνιαθῶσιν. Deest aliquid: puto ἀμάρτωσιν. Facinoris alicuius causa capite plectas] θανάτῳ μὲν μηδένα ἐπὶ δεινόν δρᾶν σωφρονίζειν. Liquet mendose ita legi. Possunt autem omnia ex Xiphilino restitui, qui sic legit: θανάτῳ μὲν μηδένα τῶν ὑπὸ τῶν τιμωρεῖσθαι, ἵνα ἄμεινον δὲ τινας αὐτοὺς, ὥστε μηδὲν ἐπὶ δεινὸν δρᾶσαι, σωφρονίζειν. Paulo post: ὃ τεῖχη ὅπλα. scribe, ὃ τεῖχη ὃ ὅπλα. Idem.

563 Quia tantam vrbem] πόλιν τηλικαύτην τ. Abūdat τήν.

564 Decima Gemella] δεκάτης. scribe δεκάτη. Infra: ὃ τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω. scribe, ὃ ἐν τῇ Γερμανίᾳ. Ipse acceptos adseruauit] Obscurus est locus, nec vt credo, integer. Quo enim id verbum referendum est?

565 Tot sunt legiones] τοσοῦ μὲν δὴ ποσάδε τείχη, inepte pro τέλη. Supra, 564. Ἀντώνιος ὁ Μᾶρκος. repone Ἀντωνίνος.

567 Munus gladiatorium præbuerunt] μονομαχίας ἀγῶνας. Xiphilinus aliter hic habet: nempe, ludos Circenses editos, in iis rhinocerotem ab elephanto victum, & diuitem quendam olim equitem depugnasse. Progressusque est primo ad Erygrum] τὸν Ἐρύγρον. Non inuenio vllum fluuium aut hoc, aut simili nomine apud antiquos aut recētes Germaniæ descriptores. Ex Velleio Paterculo (qui hanc rem fuse tractauit) τὸν Ἄλβιν legendum videretur, vbi ita scripsit: Denique quod numquam ante spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum miliarium à Rheno vsque ad fluuium Albim, qui Senonū Hermundurorumque fines præterfluit, Romanus cū signis perductus exercitus &c. nisi Ἐρύγρον vocabulum alicui nimis differre a Ἄλβιν putare posset: cum tamen multa sint apud Dionem mire alio detorta.

568 Bato eorum aduentu] αἰσθόμενος δὲ τὸ προσόδου αὐτῶν ὁ Κάτων, inepte: pro Βάτων. Montem Almam] Ἀλμαὶ. Sane Velleius Claudium montem vocat.

569 Sisciæ commorarentur] ἐν Συσκίᾳ ἴσχον. Malim Σισκίᾳ. Velleius: Ipse asperrimæ hyemis initio regressus Sisciam. Dixi de hoc oppido supra ad librum 49. Ludosque magnos vouit] κατὰ τῶν παναγύρεις τῶν μεγάλας εὔξατο. Recte me sententiam expressisse confido, vtcunque locus sit corruptus.

570 Planasiam] Perperam Πλανασίαν habetur, pro Πλανασίας. M. deinde Furio Camillo] Μ. δὲ ἐν Φουρίῳ. Φουρίου legendum, vt dixi.

IN DIONIS LIBRVM LVI. GVILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI ANNOTATIONES.

572 In Consulum nominibus hæc sunt emendanda. Pro Πομπαῖος scribendum Ποππαῖος, vt Robertus Steph. etiam monet. Γ. Φλώνιος] Scribo Φονντήιος. ὁ Κατιλάιος.] Nescio quid hoc sit.

575 Legibus non obtemperantes, &c.] ἀπειθοῦντας τοῖς νόμοις. Lego πειθόντας cum Roberto.

577 Viris immaturas] ὁ μηδέπω γάμων ὥρας. Legit ὡραίας idem, quod non improbandum plane est. malim tamen γάμων ὥραν ἐχούσας, quo modo Plutarchus in Theseo de Helena est locutus.

578 Lex Pappia Poppæa] ὅ τε Πάππιος ὁ ὁ Πόππαιος νόμος. Apparet ex Cornelio Tacito, Pappiam Poppæam legendum esse, & pro Πάππιος, & Πόππαιος iterum, Ποππαῖος scribendum. Sic enim ille libro tertio: Relatum deinde de moderanda Pappia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cœlibū pœnis, & augendo ærario sanxerat, &c. Atque eo magis lectionem Taciti probo, quod Publius nomen non est, sed prænomen, Poppæus autem nomen est. Suetonius quoque in Claudio meminit huius legis, capitibus 19. & 23.

579 In diuersa loca discurrente] ἄλλοτε ὁ ἄλλῃ περιπολοῦντος. scribe περιπολοῦντος.

580 Multis conuallibus abruptus erat] πολλαχῇ κατατετμημένη. scribe κατατετμημένη.

582 Post administratam Syriam] μετὰ τὴν τῆς Συρίας ἀρχήν. Hæc verba ex Xiphilino inserui.

583 Ad flumen Visurgin.] Οὐείσυργον. scribe Οὐίσουργιν. Non modo fidem omnibus iis qui, &c.] ὃ πᾶσι τοῖς τοῖς τότε γιγνομένοις ἠπιστῶσθαι. Deprauata est lectio, quam sic corriges: ὃ πᾶσι τοῖς τότε γιγνομένοις ἠπιστῶσθαι. Quæ iam in promptu certo quodam loco] ἐν ἰδίῳ μὲν τῆς ὥρας. Lege; ἐν ἰδίῳ μὲν τῆς ὥρας. Paulo inferius malim τοὺς ὕφεια, quam ὑφορεῖα.

585 Robustissimus quisque euaderet] ἐῤῥωμενέστατοι πολλοὶ ἀπίασαν. *Postrema hæc dictio vitiosa aperte est: scribendum censeo ἀπίασιν.* Ac quoniam iï, qui militari] καὶ ἐπειδὴ τῶν στρατευομένων. *Scribendum vtique,* καὶ ἐπεὶ μαθεῖς τῶν &c. *cum Xiphilino.*

588 Cum antea in senos menses] πρότερον γὰρ καθ' ἕκαστον μῆνα. *Sed hæc vitiosa est lectio, cum supra Dio ostenderit libro* 53 (511) *singulis sex mensibus semel eum consiliarios mutasse. Ergo pro* ἕκαστον μῆνα, ἑξάμηνον *repone, aut* ἑξάμηνον, *vt habetur hic in Xiphilino.*

589 Ideo vates eum centesima post die] ὅθεν οἱ μάντεις τῇ ρ' ἐπὶ αὐτ. ἡμέρᾳ. *Legendum est,* τῇ ρ' ἐπὶ αὐτὸν ἱκανοῦ ἡμέρᾳ. *id enim & ratio huius interpretationis factæ a vatibus desiderat, & Suetonius aperte ita habet capite* 97. Sergii Sulpicii Galbæ] *Falsum est hic* Σερουΐου, *pro* Σεργίου.

591 Suis subditis potiora, vt Rempublicam] πολὺ τὸ διάφορον αὐτῆς δυναμένοις. *Inter duo postrema vocabula hæc interserenda sunt:* πρὸς τὸ ὑπήκοον ἦ, τότε κοινὰ πᾶσι Ῥωμαίοις. *Ea cum hic desint, asterisco notatus est locus: sed ex Xiphilino ita, vt dixi, restituitur integritati.*

592 De diuo Augusto] καὶ ἐπὶ τῷ θείῳ ἐκείνῳ. καὶ *dele, nam abundat.*

593 Metuens ne multis simul] καὶ μὴ φοβηθεὶς μὴ πολλοῖς. *Legendum,* καὶ φοβηθεὶς, *&c. Et post,* δημωφελέστατα, *non* δημοφ.

595 Quis autem fuit, qui suam vnicam domum] τῆς ἰδίας μόνης. *Si sic legas,* ἔμφασις *erit, Græcis familiarissima. neque oportet* μόνης *in* μόνος *conuertere, quod Robertus vult: non inepte quidem, non tamen necessario.*

597 Semper vel in curia] εἴ ποτε ἢ ἐν τῷ συνεδρίῳ. *Scripserat Dio* ἀεί ποτε. Adepti fuissemus] ἀναγκαίως κεκτῆσθαι. *Lego* κτήσασθαι.

598 Iussu senatus] ὥς που τῇ βουλῇ ἐδεδόκει. *Hæc verba non intelligere me, libere confiteor: nisi forte* ἡ βουλὴ *legas, aut* τῇ βουλῇ ἔδοξε.

In Dionis Librvm lvii. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

Passum fuisse hunc librum & sequentes maximam cladem ac detrimentum, cum multis aliis rationibus deprahendi potest, tum vero his inprimis. Primo, cum inscriptio huius libri tantum vsque ad mortem Drusi, (qui fuit filius Tiberii) ostendat historiam porrectam fuisse, quæ hoc libro comprahenderetur: cum is mortuus sit (teste Cornelio Tacito lib. 4 quẽ quidẽ Dio diligẽter secutus est autorẽ) C. Asinio & C. Antistio Consulibus. Tiberius vero obierit decimoquarto post anno, satis equidem perspicuum est, Tiberii mortem nequaquam hoc in libro narratam fuisse, sed in sequenti. Idem deinde ostendit ratio temporum per Consules enumerata. Quia enim in titulo est, historiam vndecim annorum hoc libro exponi, cum amplius vigintiduobus annis Tiberius summæ rerum præfuerit, liquet libro demum 58. *reliquam eius vitæ partem a Dione expositam, videlicet rebus sub Tiberio gestis amplioribus quam quæ vnico possent libro includi. Accedit huc firmissimum argumentum, quod in titulo eius libri, qui huic, quem præ manibus habemus, proxime subiungitur in Parisiensi exemplari, &* 58. *vocatur, aperte mentio fit libri sexagesimi, qui ipsum proxime sequatur. Quippe in eo quem dixi libro non modo C. Caligulæ vita, quam Index pollicetur, nec quadriennii modo historia, cuius ibi Consules recensentur, sed Claudii insuper vita comprahenditur. Ex quibus omnibus relinquitur, hũc quem inscriptio nostri codicis quinquagesimumseptimum dicit, esse in vnum ex duobus libris, quinquagesimoseptimo & octauo nimirum, conflatum, qui Tiberii imperium enarrarẽt; mutilis sane illis, & non exigua parte sui mulctatis. Idemque eum qui quinquagesimusoctauus inscribitur, esse compositum ex aliis Dionis duobus libris, quinquagesimonono scilicet, in quo Caligulæ, & sexagesimo, in quo Claudii Monarchia describeretur. Ita fit, vt cum codex noster vigintitres solum libros profiteatur, nos vigintiquinque habeamus; ita tamen, vt hi quatuor postremi non integri, sed lacunosi, & multis in locis cum interpolati interruptiq;, tum vitiati intelligantur. Cui rei documento esse præter alia potest vel hoc, quod pene totidem verbis eadem apud Xiphilinum (qui Epitomen tantum scripsit) leguntur: ac nisi in quibusdam locis nostra quam ipsius essent vberiora, verisimile poterat esse, inde Dioni hæc edicta fuisse. Nos, quantum eius fieri commode poterit, Suetonii & Taciti, ac nostri etiam quandoque ingenioli beneficio freti, nonnihil tamen huic malo medebimur. Quod ad Consulum nomina attinet, nunc agamus.* Γ. Καιλίου] *Tacitus libro secundo* C. Cælium *vocat.* Rufi *cognomẽ habent alii. Sed de* Cæcilii *ac* Cælii *nominibus, quæ eidem apud diuersos autores tribuuntur, diximus supra ad librum* 42. *Porro, nõ* Πομπωνιανὸς *sed* Πομπώνιος *scribendum, si Tacitũ & alios sequimur.* Γ. Νωρβανοῦ] *Scribendum* Λ. Νωρβανοῦ. *sic & ipse Dio infra, & Tacitus, & reliqui.* Μ. Αὐρήλιος] *Cornelius initio tertii libri* Caium *nominat.* Συλπίκιος] Γ. *prænomen adde, quod omnes habẽt.* Γ. Ἀντίστιος γ. υ. Γ'ουέτος] Vetus, *cognomẽ ei apud Chronographos est. & supra quoque libro* 55. *Cornelio Cethego prænomen* Sexti, *non* Sergii. *Pro* Κυιντίλιος, *scribe* Λ. Οὐιτέλλιος.

606 Diuersum ab his quæ egisset consilium] ἐγὼ γάρ που καὶ φρονεῖν ὅπως ἐδόκει. *Postremum vocabulum omittẽdum est: abundat enim, cum mox sequatur* ὑπελάμβανεν.

607 Patris patriæ nomen] τὸ πρὸς καὶ τὸ πατρίδος. καὶ *elidendum. Robert.* Neque si quis eam iurasset] ὅτι καὶ ὀμόσας τις αὐτῷ. *Robertus putat legendum,* ὅτι κἂν ὀμόσαι. *quod cur non probem facit repetitio negationis, (* οὐκ ἐπέξῄει *) dura omnino, & inepta futura. Itaque sic emendo, secutus cum rationem, tum Xiphilini testimonium:* ὅτι οὐ καὶ ὀμόσας, *&c tunc omnia erunt planissima. Paulo inferius,* παρῄνεσε τῆς γερουσίας. *probo ipsius iudicium, legoq;* παρῄνεσεν, *&c.*

610 Pulla ipse penula] φαιὰν μανδύην ἐπενέδυ. *Malim legere cum Xiphilino* μανδύαν.

611 Septuagenis quinis denariis] καὶ πέντε καὶ ἑξήκοντα δραχμάς. *Scribendum est* ἑβδομήκοντα, *ex libro præcedenti.* Reliquosque hortans] καὶ τοὺς λοιποὺς καθίζων. *quod participium hic locum non habet.*

612 Hominem interemit] καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀπέκτεινε πάντας. *Lego,* καὶ πάντας.

613 Quoties vsus esset, factum] ὁσάκις ἐχρῆτο ἐδίδου. *Lege,* ὁσάκις ἐδίδου, ἐχρῆτο. Marcellus quidã] Πομπήιος τις ὑπολαβών. *Secutus sũ Xiph. qui* Μάρκελλός τις *habet.*

615 Perdetur seditione] ὀλεῖ σάλος. *Malim* ὀλεῖ στάσις, *sicut est apud Xiph. in Nerone.* Cn. Pisonis] *Prænomen addidi ex Suetonio, & Tacito, qui lib. 2. rem totam copiose & summo artificio descripsit. Mihi quidem multa ante hunc locum desiderari videntur: qui enim tam abrupte Germanici victoriis Germanicis, mortem in Syria Dio contexuisset, intermediis, & Consulatu Tiberii tertio, ac secundo Germani præteritis?* Non modo qui contra Augustum] καὶ τοὺς τῆς ἀσεβείας δίκας οὐχ ἧττον, *&c. Locum esse mutilum, ex apposito asterisco patet. Xiphilinus reuinuit veram lectionem:* δίκας, ὡς τις οὐχ ἧττον, *&c.*

616 Seii Strabonis] τοῦ Στράβωνος. *Et hic nomen apposui ex Taciti quarto. q tamen hic scripsisse Dionẽ existimo. Cæterũ, vbiq; malim scribere* Σηΐου, *quã sine* ι, Σηου.

M.Ga:

M.Gabio] *Apud Xiphilinum* Sabio, Σαβίῳ *legitur: vtrũ rectius, iudicare non possum.* C. Lutorius Priscus] *Apud Cornelium Tacitum lib.* 3. Clutorius Priscus *scriptum est: atque haud scio an mendose, sane quam proclius ad mendam gradu. Quod autem ibi legitur,* Igitur factum S.C. ne decreta patrum ante diem ad ærarium deferrentur, *&c locus vnius vocabuli elisione deprauatus est: potest autem commodissime restitui ex Dione nostro, si ita legas:* Igitur factum S.C. ne decreta patrum ante decimum diem, *&c.*

Taciti locus restitutus.

617 Mirum in modum] θαυμαστὸν δή τινα. *Scribe cũ Xiphilino,* δή τινα.

618 Liuillæ nomen fuisse] Λιβίλλα. *scribe* Λιουίλλα. Liuilla *hæc, vt à Dione ac Suetonio vbique dicitur, in Tiberio, Caligula, & Claudio, (Tacitus enim constanter* Liuiam *nominat lib.* 4. *nisi codex fallat) filia fuit Drusi, ex Antonia minore, soror Germanici & Claudii, C. primum Cæsari, deinde Druso nupta fuit. Sed de his suo loco.*

619 Cremutius Cordus] *In Græco est* Κλαμούτιος, *apud Xiphilinum* Κρεμούτιος. *Tacitus* Cremutium *nominat, quem sequendum duxi. Porro autem ait hoc accidisse Cornelio Cosso, & Agrippa Asinio Consulibus, qui postremi sunt inter eos Consules, qui in huius libri Indice continentur, ad annum scilicet* 778.

In Dionis Librvm LVIII. Gvilielmi Xylandri Augustani annotationes.

610 Sub id tempus Roma discessit] *Constat ex Cor. Tacito, discessisse Roma Tiberium, Cn. Lentulo Gætulico, C. Caluisio Sabino Coss. hoc est, anno v.c.* 779. *Atque hi quidem Consules primi sunt inter eos vndecim horum proxime sequentium annorum Consules, quos annos Tiberius ad mortem vsque suam ab vrbe abfuit. Itaque satis constat, hæc quæ sequuntur omnia, esse fragmenta libri* 58. *apud Dionem: quo scilicet libro historiam eius temporis quo Tiberius Roma abfuit, vsque ad istius mortem, prosecutus est. Nomina Consulum in hunc librum, id est, proximorum vndecim annorum, non annotassem, cum extent in Chronologiis: nisi ab iis Dionem, Tacitumque nonnihil aliquando dissentire, atque ipsos quoque inter se discrepare animaduertissem: quanquam alioquin etiam non alienum id à nostro erat instituto. Sic igitur habent*

Anno v.c. 779. Cn. Lentulus Gætulicus. C. Caluisius Gabinus.

Annum hunc alii numerant 778. *Sed nos propter decimumquartum Augusti Consulatum (Dionem enim sequi conuenit) vno amplius, cum Cassiodoro etiam, numeramus: quod repetendum duxi.*

Anno v.c. 780. M. Licinius Crassus. L. Calpurnius Piso.

781. App. Iunius Silanus. P. Silius Nerua.

782. C. Rubellius Geminus. C. Fusius Geminus.

C. Fusius Geminus *scriberem: sic enim Dio alibi, vt diximus.*

783. M. Vinicius Quartinus. C. Cassius Longinus. I.C.

784. Claudi⁹ Tiberius Cæsar, V. L. Aelius Seianus.

Horum duorum annorum Consules & historia apud Tacitum desiderantur, est enim liber quintus eius initio magna ex parte mutilatus. Id quidem constat ex eodem autore, neque Tiberium, neque Seianum gessisse posterioris horum anni Consulatum: sed Fulcinium Trionem, atque Memmium Regulum, quorum hunc Dio aperte testatur anno antequã Cn. Domitius & Camillus Scribonianus Consules fuerunt, Consulatum tenuisse, priorẽ etsi non nominatim recenset, (loquor de his fragmentis, quæ ad manus nostras peruenerunt: nam si totum Dionis librum haberemus, minus laboraremus) tamen Seiani partibus fauisse innuit. Eo sane anno Seianum occidisse idem docet, diserte quidem. Cornelius Tacitus, vbi res gestas Camillo & Domitio Consulibus exponit, aperte testatur, superiori anno Regulum & Trionem Consules fuisse, quos tum Haterius Agrippa incesseret, quia mutuam accusationem quam intenderant, omitterent. Suetonius in Caio huius Memmii prænomen Caium habet, capite vicesimoquinto.

Anno v.c. 785. Cn Domitius Aenobarbus. Camillus Scribonianus.

786. Sergius Sulpitius Galba. L. Cornelius Sylla.

787. L. Vitellius. Paulus Fabius Priscus.

788. P. Gallus Camerinus. Q. Nonianus.

Hos equidem in Chronologiis inuenio: sed apud Tacitũ sunt alii scilicet C. Cestius, & M. Seruilius. *Dio non* C. Cestium, *(nam in altero conuenit cum Cornelio) sed* C. Gallum *habet: vnde mihi subit coniectari,* C. Gallũ Cestium Camerinum *nominatum fuisse M. Seruilii collegam.*

789. Sex. Papirius. Q. Plautius.

Hos Dio habet: quanquam apud eum falso Πλάντιος *legatur, pro* Πλαύτιος. *Tacitus non* Q. Plautium, *sed* Quintium Plautium *scribit. Chronologi* Q. Plautianũ *memorant.*

790. Cn. Proculus. C. Pontius Nigrinus.

Acerronius *priori nomen est apud Tacitũ & Chronographos, & Suetonium etiam: prænomen tamen* Caii *Chronographi habent, falso nimirum, si Tacito, Suetonio ac Dioni credimus.* Pontiu[illegible] Nigrum *idem Suetonius scripsit. Porro autem hoc loco post vocabulum* ἀνεψιάδη, *Xiphilinus hæc verba habet, quæ sunt omnino inserenda:* καὶ τι μέμνηται ἀεὶ ὁ ἐπιγενόμενος. Iam Latiari quidã] ἐπὶ δὲ ὁ Λατιάριος τις. *Xiphilinus,* Λατιάριος δέ τις. *Tacitus* Latinium Latiarem *nominat, quem secutus sum. Actũ Iunio Silano, Silio Nerua consulibus, V.C. septingẽtesimo octuagesimoprimo, initio anni.*

621 Liuia quoque morti concessit] *Tacitus hoc ait fuisse Rubellio & Fusio Geminis Consulibus,* 782. *Vrbis condita.*

621 Non profecto ne effugeret] ἵνα μὴ φύγῃ. *Lege vt est in Xiphilino,* οὐχ ἵνα μὴ φύγῃ.

614 Id tamen agitabat qua ratione] βουλόμενος ὅπως, *&c. scribe* βουλευόμενος, *&* ὅπως. *Xiphilinus.*

625 Cum adhuc in honore haberetur] [illegible] *Insere iam ex Xiphilino (* [illegible] *)* Ac deinde a'ii] *Asteriscis ostendi (quid enim aliud possum?) locum hunc mutilum esse. Sane apud Tacitum quoque tota hæc historia desideratur.* Quod Tib. cum eo] *Illud,* cum eo, *nescio quo spectet, quoniam præcedentia amisimus. Quod autem loquatur de Caio Caligula, satis ex sequentibus patet.*

626 De morte Neronis] *Is Nero filius fuit Germanici, Agrippinæque a Tiberio necatus. vide Suetonium, capite quinquagesimoquarto, in vita Tiberii. hæc enim historia, & multa alia interciderunt in nostro codice.* Rumore sparso] [illegible] *Rectius Xiphilinus,* [illegible]. Næuio Sertorio] Ναιβίῳ *habet Xiphilinus, non* Νευίῳ. *&* Σερτωρίῳ, *non* Σεχτωρίῳ. *Post,* Α'ππωνίῳ, *scribe* Α'πωνίῳ.

617 Quasi sola & leuia] ὅπως ὁ χαδροῖς, *lege, cũ Xiphilino. Et mox pro* μὴ ἢ γι, μὴ τι γι.

628 Is vero casus,&c.] τοῦτο δὴ ὃ μάλιστα τῶν,*&c. Xiphilinus rectius,* μάλιστα αὖ τι ἦ, *&c.* Et ipsam Liuillam] Λιουίαν. Λιουίλλαν *scribe,vt supra.* Sed propter gratiam Seiani suspectos] ἀγανακτοῦντες ὅτι ὃ τῷ Σειανῷ. *Emenda e Xiphilino,* ἀγανακτοῦντες, ὅτι αὐτοί τι ἐς τὴν τοῦ Σειανοῦ. *Et pro* νυκτοφύλακες *scribe* νυκτοφύλακας.

629 Metuebant sibi ne] ἵνα φίλοι ὑποπτεύωσι. *Deest aliquid, nisi legas,* ἵνα φίλοι ὑποπτεύωσι: *quod probo.*

631 Pro ducentesima pensione centesimam instituit] *Quod Robertus hoc loco videtur suspectam habere hanc lectionem,locumque ex libro sequenti citat,vbi de centesima abrogatione traditur, non equidem ei adsentior. Is enim ipse locus satis præsentem lectionem confirmat.nam qui aboleuisset Caligula centesimas, nisi eas ante Tiberius constituisset?* Neminem amicum constanter,&c.] οὔτ' ἄλλον βέβαιον φίλον οὐδένα. *Addo* ἔχε, *vt Roberto placuit.* Camillo Scriboniano] Καμίλιος. *scribe* Κάμιλλος. *Hic multa sunt quæ apud Xiphilinum non habentur, quæ ostendunt vestigium aliquod libri à Dione scripti.*

632 Iunium Galenum Gallionem] Γούνιον Γαλλίωνα. *quæ posterior vox haud scio an vitio librarii obrepserit.Tacitus lib.5.* Iunium Gallionem *simpliciter nominauit.* Euidentius ostenderet] ὃ ἔναργέστερον μᾶλλον. *Pro* ὅτι *scribe* ἔτι.

633 L.Seiano prætori] ἐφείσατο δὲ ὃ Λουκίου ὃ Σειανοῦ. *Alia lectio est apud Xiphilinum:* ὅτι καίπερ τοῦ ἐφείσατο, Λουκίου τε Σειανοῦ στρατηγοῦ. *Et inferius:* καίπερ ὃ Σειανοῦ. *Xiphil.*καίπερ Σειανοῦ *quod secutus sum.* Idem L. Pisonem vrbis præfectum] τόν τε Πείσωνα ὃ τὸν πολίαρχον τελευτήσαντας. *Ego ex Cornelio Tacito prænomen addidi, &* Πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα *scribo.*

634 Sergius Galba] Σερούϊος. *scribo(vt supra docui)* Σέργιος. *Porro,* Syllæ *nomen alteri Consulum ex Tacito addidimus.* Filias quoque Germanici reliquas] *Drusillam scilicet,& Iuliam,siue Liuillam. hanc M. Vinicio,illam L.Cassio. Filiam vero Drusi,Iuliam, Rubellio Blando.Tacitus.* Ita vt præter condemn.] ὥστε μηδένι τι' αὐτοῖς. *scribe* μηδέν. Vibulenus Agrippa] Οὐιβύλλιος. *scribo* Οὐιβουλλῆνος, *ex Tacito.*

635 Eam concessisset] ὅτι προτείνειν αὐτῷ ἐφέστιν. *Ego* ὅτι προτείνων *corrigo.* Vnum exemplum ref.] ὁ γοῦν Μάρκος. *Ante hæc sunt in Xiphilino ista:* ἂν ἴδοι δόγμα ἱερόν. *Porro male apud Xiphilinum est* Μάρκος, *pro* Μάριος, *cum Tacitus etiam* Marium *vocet.*

636 Fabius Priscus] Φάβιος Περσικός. *scribe* Πείσκος: *hoc enim nominis habet apud Cornelium, & alios. &* Οὐιτίλλιος, *duobus* λλ. *Paulo post.pro* σχήματων, *scribe* γραμμάτων.

637 Adulterio Liuillæ] ἀλλ' ὡς ἦ Λιουίλλαν. *Xiphilinus hic* Λιουίλλαν *habet: quo modo scribendum esse supra docui.* Tiberius Phraatem] τόν τε Φεράτην. *scribe* Φραάτην, *vt conspicuum est,& Tacitus habet.*

638 Q.Plautio] μετὰ Κ.Πλαυτίου. Πλαυτίου *lege: sic enim Tacitus,& alii. Mox,* ὃ ἐπεὶ πολὺ πάνυ. *Lege,* ὃ πυρὶ, *&c.* L. Arruntius] Λ.Α'ρύντιος. *scribendum* Λ.Α'ρρούντιος. *De hoc quoque Cornelius. Post,* ἐν Μισηνῷ, *legendum* Μισηνῷ. *Nam mortuus est Tiberius apud promontorium Misenum in villa Lucilliana. Suetonius & Tacitus.*

IN LIBRVM DIONIS LIX. GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI ANNOTATIONES.

Cur hunc librum quinquagesimumnonum inscripserim,satis iam ante declaratum est. Describitur hoc libro Monarchia C. Caligulæ, videlicet historia quatuor annorum fere. Quod ad Consulum nomina attinet, L. Apronius, Λ.Α'χώνιος *falso legitur,pro* Α'πρώνιος. *sic enim ipse Dio eum nominat, vbi etiam Sabinum Maximum suffectum fuisse Caio tradit. Quod autem hic Caius Consul II. dicitur,eo fit,quia ante in parte eius anni, quo Tiberius periit , cum Claudio patruo Consulatum gessit: vt satis aperte Dio tradit.* Γ.Καῖσαρ τὸ γ.] C. Cæsar III. *Addidi,* Solus. *nullum enim habuit collegam.cuius rei caussam Dio & Suetonius exponunt. Chronographi in nominibus nonnihil variant, sed nos nostrum autorem sequi maluimus.*

641 Quippe vicies ter millies sestertium] πάντη γὰρ μυριάδες μυριάδων, ὃ πεντακοσίας ὃ ἑπτακισχιλίας. *Xiphil. pro* πεντακοσίας *habet* ἑπτακοσίας, *quam lectionem si sequaris, summa erit amplius octogies sestertium quam nostra. Sed neque hæc , neque Dionis alterutra summa cum Suet. congruunt, qui in vita huius Caii, cap. 37, habet, eam summam fuisse* vicies ac septies millies sestertium. *quæ summa Græce fuisset* ἓξ μυριάδες μυριάδων, καὶ πεντακοσίας ὃ ἑπτακισχιλίας μυριάδας δραχμῶν. *Itaque subit mihi coniectari Dionem (nimirum solitum alias summas fere easdem cum Tranquillo concipere) non* πάντη γὰρ, *sed* ἓξ γὰρ *scripsisse. mutare tamen nolui,sed annotare. Quod si illud* ὀκτώ τε *non pro myriadibus sed μυριάδες μυριάδων, quasi non pars posterior summæ prioris, sed tota illa summa aliter tradatur (id tamen mihi vix probatur) accipias, erunt* trici s semel millies sestertium.

642 Qui contra patrem,matrem,fratresque suos conspirassent] ὃ τοῖς σύνιον ὅτι τι τὸ πατέρα,*&c. Asteriscum appositum habet codex Græcus: nam videbatur aliquid deesse: vt quidem Robertus putat, participium* συνομοσαμένοις. *Ego autem non* σύνιον *sed* συνιόντας *lego: atque ita sensus est absolutissimus.*

643 Apellem quidem] τὸν γοῦν Α'πελλῆν. Α'πελλῆν *scribe.*

644 Congestos exussit] συνθέντας. *Lege* συνθείς. τὰ παρὰ τινας, ὑπὸ, τὸ ἀγχίρα, ἡ γρῶν σορεῖαν. Senator vna Consulque factus est] ὃ ὑπάτευσεν ἅμα ὃ ἐβουλευσεν. *nimirum mendose* ἐβασίλευσεν. *scribe* ἐβούλευσεν. P. Afranius] Πύπλιος Α'φράνιος. *scribe* Πόπλιος.

646 Corneliam Orestillam] Ο'ρεστίναν. Liuiam Orestillam *vocat Suetonius.* In acta Tiberii non iurauere] ὃ οἱ ἔνορκοι. *Paulo post:* οὐδενὶ γίνονται. *Omnino legendum est,* ὃ οἱ ὅρκοι, *& ὡς* οὐδενὶ γίνονται. Machaon] *Apud Xiphilinum est* Μάχων, Macho.

647 Maxima ædificia demolitus] μέγιστα οἰκοδομήματα ὃ. *Sequor hic Xiphilinum, qui* οἰκοδομήματα καθελὼν, ὃ.*&c. habet.*

648 Mulieres etiam venerarentur] ἀλλὰ ὃ γυναῖκες χρῶνται. *Lego cum Stephano,* χειρίζονται.

650 Has igitur quasi plane inops] τοῦτο τε ἅμα. *Deesse multa ante hæc verba , satis contextus orationis & sententiarum indicat. Itaque & hic asteriscum posui, & deinceps, quotiescunque opus esse indicaui. sunt enim pleraque mutilata & interpolata.* Ac prasinus à colore] *Locus videtur mutilus. Sane quatuor genera aurigatorum fuisse, distincta coloribus, albo, rufo, prasino seu viridi, veneto, ex Nerone Xiphilini constat. Idemque à Domitiano duo genera addita fuisse, aureum & argenteum, memoriæ tradidit.*

Aurigarum colores & genera.

651 At ipsos iniuste] ὑμᾶς δὲ δὴ οὐ μόνον ἀδικεῖτε. *Nisi* οὐ *hic abundat, deest aliquid huic periodo.*

652 Tantum verbis inani gloria] ἔργῳ δὲ δόξαν κενήν. *Lege(vt vult Robertus)* λόγῳ δὲ,*&c.* Canentibus eam] παίδων ᾀδομένων. *Lego* ᾀδόμενον.

661 Sed & inter præcipuos posthac amicos haberetur] ὅτι μὴ μόνον ἀφεῖσθαι. *Adde ex Xiphilino,* ἀλλὰ ὃ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτὸν νομισθῆναι.

In Dionis Librum LX. Guilielmi Xylandri Augustani annotationes.

664 Caio, ita vt dixi, mortuo] τοῦ δὲ Γαΐου ὡς εἴρηται, &c. *Cur hic librum sexagesimum ceperim, satis supra exposui. Continetur autem hoc libro vita Claudii: estque hic liber expertus eandem quam tres praecedentes fortunam, lacer, ac mutilatus, non tamen negligendus, vtcunque fragmenta haec male cohaereant.*

666 Non modo verbis omnium ante actorum] [illegible] *Locus mendosus.*

667 Agrippinam & Iuliam] *Hanc Suetonius in Claudio* Iuliam, *in Caio* Liuillam *vocat: de qua re dicam paulo infra.*

668 Cum [illegible] ratum esset, vt ludi] [illegible], &c. *Sensum non dubito quin retulerim, verba mendosissima emendare non potui.*

670 Ac P. Gabinius Marsos] καὶ Π. Γαβίνιος Μαυρουσίους νικήσας. *Maurusios si vicisset (id quod textus habet) Gabinius, quanam ratione amissam Vari clade aquilam recuperasset, aut qui tandem ea ad Maurusios peruenisset. Ego neque hoc, neque Suetonium etiam secutus sum:* Gabinio, *inquit cap 42. Claudii,* Secundo Chaucis gente Germanica superatis, Chaucius cognomen vsurpare concessit. *Verum ego reputans inter* Μαυρουσίους *ac* Χαύκους *voces nihil admodum esse affinitatis: contra,* Μάρσους *&* Μαυρουσίους *haud dissonas inter se sentiens,* Marsos *verti: coniecturam quoque secutus, ex 1. Taciti libro oblatam, vbi de Marsis ille scribit. Nisi quis forte* Χαύκους *scripsisse Dionem in eiusque vocis elisae locum a librario inepte* Μαυρουσίους *subiectum opinatur. Quod sequitur,* [illegible] Μαύρους, *nihil me mouet: nam fortassis interciderit prior aliqua hoc loco Maurorum defectio. Paulo post* [illegible], *scribo* [illegible].

673 Quae aeneam, omnique sensu cassam] [illegible] *Robert. Steph.* [illegible] *legit, & recte, mea quidem sententia.*

674 Annius Vinicianus] [illegible], *scribo* [illegible]. Copias multas, vrbanas ac peregrinas] καὶ δύναμιν [illegible] καὶ ξενικὴν ἔχοντες. *Lego,* δύναμιν πολιτικὴν [illegible] καὶ ξενικὴν ἔχοντες. *vt ex sequentibus apparet scriptum fuisse. Paulo post interciderunt aliquot versus, apparatum belli Scriboniani & res actas complexi.*

676 Hunc vos vlcisci, &c.] *Xiphilinus rectius hoc loco,* ἀνδρ' ἀπαμύνασθαι. *sic enim est apud Homerum Odyss. Φ.*

677 Ac alteram Iuliam, Germanici filiam] [illegible] *Scribendum est* ἑτέραν, alteram: *duae enim fuerunt Iuliae. Altera Drusi filia, Tiberii neptis, Neronis primum, qui Germanici F. Drusi Germanici nepos, Liuiae pronepos fuit: deinde Rubellii Blandi vxor, vt habet Tacitus libro quinto. Altera Germanici filia, Caligulae soror, quam is M. Vinicio coniunxit. Hanc posteriorem Iuliam, Suetonius in Caio, capite septimo,* Liuillam *nominat. Et idem in Claudio, capite vicesimonono, idem quod Dio noster hic, asserit, duas Iulias, Drusi alteram, alteram Germanici filiam, a Claudio necatas: vbi tamen nonnulli perperam* Liuias *habent. Dio non hoc modo loco, sed & aliis supra & infra,* Iuliam *scripsit; itemque Tacitus. Paulo supra,* [illegible]. *Xiphilinus,* [illegible], *rectius.*

678 Quae firma & perpetua essent] καὶ τὰ στερεὰ, τὰ [illegible] *lego.*

684 Anno Romae octingentesimo] *Hic locus euidentissime demonstrat ea, quae ad initium libri quinquagesimiquinti a nobis sunt de ratione temporum annotata, vere esse disputata. Etenim nisi is annus, quo Dio, & Cassiodorus, nosque eos secuti, Augustum Consulem* XIIII *fuisse tradunt, collega Paulo, interseratur: fiet omnino, vt hic annus, quo Claudius* IIII. *Consulatum gessit, non octingentesimus, sed septingentesimus nonagesimusnonus sit dicendus. Enimuero cum nostro Dione consentit etiam Cornelius Tacitus, cuius autoritatem Annalibus omnibus aliis praefero. Quo enim loco gesta Claudio* IIII. *L. Vitellio* III. *Consulibus describit, haec eius verba inuenias:* Iisdem Consulibus ludi seculares, octingentesimo post Romam conditam sexagesimo quarto, quam Augustus ediderat, spectati sunt. *Loqui autem eum de Consulatu Claudii & Vitellii, ex sequentibus liquet. libri enim vndecimi initium cum prioribus quinque libris periit.* Propter egestatem excideruntI [illegible], [illegible] *scribo.* Surdinius Gallus] [illegible]. *Xiphilinus & Zonaras, qui haec ad verbum e Dione transcripserunt,* Σουρδίνιος [illegible] Γάλλος *legunt.*

685 Fossam a Rheno ad Mosam] [illegible] Ῥήνου καὶ [illegible] Μόσου. Μόσου *scribe. Meminit Tacitus libro vndecimo* XXIII. M passuum spatio productam *dicens: noster* stadiis centum & septuaginta, *quae sunt miliaria viginti vnum, & vnus quadrans.* Triumphauit tamen nihilominus] [illegible], *Malim quidem* [illegible] μέντοι. *sic enim Tacitus:* Insignia tamen triumphi indulsit Caesar.

686 Vtque carpento] καρπεντῷ. *Supra dixit* καρπέντῳ: *quod malim.*

687 Iulio Galico] *Secutus sum Zonaram: nam apud Dionem & Xiphilinum non* Γαλλικῷ, *sed* [illegible] *legitur.*

688 In castris congregato] ἐν τῷ στρατοπέδῳ [illegible] *scribe, sicut Xiphilinus.*

689 De immortalitate fungo parta] ἀπαθανάτισιν, *melius* ἀθανάτισιν. *Xiphilinus. Sane extat hodieque lusus Senecae in mortem Claudii Caesaris, verum tamen eum Dio hic notet, non facile dixerim.*

LECTORI S.


HACTENVS qua potui cum fide, tum breuitate, Lector cādide, coniecturas & sententiam meam de multis Dionis locis restituendis, aliquando etiam rectius intelligendis protuli, finemque iam facturus fuissem, nisi recordarer, pollicitum me quidam familiæ ac stemmatis Cæsarum delineationem. Ipse enim sensi, & plerosque experiri puto eam rem non intellectam probè, multas historiæ tenebras offundere. Ne quid igitur, mearum partium quod esset, desiderari posset, en tibi nunc promissum repræsento. Rem per se copiosam, variam, ac labyrinthorum nonnihil habentem, quam potui, in arctissimum coegi, & quæ non facerent ad Dionem præsertim intelligendum, omisi breuitatis ac perspicuitatis causa. Autores secutus sum inprimis Dionem, tum Plutarchum, Velleium Paterculum, Suetonium, Corneliumque Tacitum: quorum verba singulis locis adduxissem, si commentarios scribere, non indicem instituissem. Proinde res ita habet.

Genealogia Cæsarū a Iulio vsque ad Neronem breuis & fidelis descriptio.

Caio Iulio Cæsari (ei qui primus optimatib. deuictis Rempublicā in suam potestatē redegit, Imperatorque factus est) soror fuit, Iulia nomine. Ea nupsit M. Accio Balbo, quo ex coniugio nata Accia, C. Octauii vxor, C. Octauii (eius qui à Iulio adoptatus, C. Cæsar Octauianus, ac posteriorib. tēporibus Augustus nominatus est,) mater, ac præterea Octauiæ Augustus (vtar enim deinceps illis præsertim nominibus, quibus potissimum vnaquælibet persona nota fuit) e Scribonia coniuge filiam sustulit, Iuliam nomine. Scribonia repudiata, in matrimonio habuit Liuiam Drusillam, Tiberii Claudii Neronis coniugem: quam vterū ferentem, ac iam ante matrem è Claudio factam Tiberii eius qui Augusti imperiū excepit, abduxit, concedente marito. Hæc tertio mense apud Augustum edidit partu Drusum, qui in Germania rem præclarissime gessit, ibique morbo absumptus est. Ex Augusto nulla proles Liuiæ fuit. Iam Octauia primum C. Marcello nupsit, ex eoque filias duas, Marcellarum nomine, & filium M. Marcellum peperit. M. Marcellum hunc sororis suæ filium Augustus generum in matrimonium ei locata Iulia, suum fecit. Verum is iuuenis admodum decessit. Marcellarum alteram M. Vipsanius Agrippa vxorem habuit, & ex ea sustulit Vipsaniam filiam: isq; M. Marcello, vt dixi, defuncto, Iuliā Augusti iussu duxit: quo è coiugio nati sunt Caius & Lucius Cæsares (nam ita illos adoptauit eos Augustus, sicut etiam eorū germanum fratrem Agrippam Posthumum) itemq; filiæ duæ, Iulia & Agrippina. Caius & Lucius Cæsares immatura morte erepti sunt Augusto: Agrippa Posthumus ob morum peruersitatem relegatus: ac Augusto recens mortuo, à Tiberio occisus est. Cæterum Octauia, marito suo vita functo, M. Antonio in pacificatione à fratre Augusto nuptum data est: eumq; duarum filiarum patrem effecit, Antoniarum maioris ac minoris, seu iunioris nomine. Mortuo Agrippa, Tiberius, qui ante Vipsaniam eius filiam coniugio iunctam habuerat, ea missa facta, Iuliam Augusti filiam, adoptatus à socero, duxit, suscepto iam è Vipsania filio Druso. Ea Vipsania deinde nupsit Asinio Gallo, C. Asinii Pollionis filio: ex his natus Asinius Gallus, Drusi Tib. F. vterinus: quem sub finem lib. 3. Tacitus *Salonium* appellat. Porro Drusus, Liuiæ filius, Tiberii frater qui Germanici nomen meruit, Antoniam minorem seu *iuniorem* (sic enim Suetonius habet, capite primo, in vita Claudii: & sic Plutarchus in vita Antonii sentire videtur: quanquam apud Tacitum lib. 4. legatur: *Ipse* (loquitur de Cn. Domitio Aenobarbo) *electus, cui minor Antonia, Octauia genita, in matrimonium daretur.* falso nimirum, pro *maior*) matrimonio sibi cōiunctam habuit, & ex ea sustulit Germanicum Cæsarem, Claudium, (qui Imperator postea temporis fuit,) ac filiam Liuillam. De Antonia altera post dicemus ac de Claudii coniugiis. Liuilla Drusi Tiberii filia, coniunx fuit post mortem Caii Cæsaris, eius quem Agrippa genitum Augustus adoptauerat, (huic enim prius nupta fuit) Druso edidit Tiberium qui iuuenis a Caligula est occisus & Iuliam. Hanc Liuillam Tacitus libro quarto Liuiam constanter nominat. Germanicus adoptatus a Tiberio, iussu Augusti, eaque re nepos huius factus, Agrippinam in matrimonio habuit, M. Agrippæ e Iulia filiam, Augusti neptem; ex eaque reliquit sex liberos: filias tres, Agrippinam Drusillam & Liuillam, quam & Iuliam vocari superius annotaui: filios totidem, Neronem, Drusum, ac Caium Caligulam, qui post Tiberium imperauit. De huius coniugiis nihil est quod dicamus, neque enim prolem reliquit. Neroni nupta fuit Iulia, Drusi filia, Tiberii neptis: & marito mortuo nupsit Rubellio Blando equiti: (nam Nero & frater per insidias Tiberii hostes iudicati, misere perierunt.) interfecta deinde a Messalina Claudii vxore, sicut & Iulia Germanici filia. Hæc M. Vinicio coniuncta fuit stuprata a fratre Caligula, & relegata, sicut & soror Agrippina. Drusilla vxor fuit L. Cassii iureconsulti, siquidem Suetonium & Tacitum sequimur nam Dio M. Lepidum eius maritum dicit. Agrippina autem, harum soror, coniugio copulata fuit Cneo Domitio, filio L. Domitii & maioris Antoniæ, nepoti eius Cn. Domitii, qui victis Bruto & Cassio aliquandiu mare infestum classe sua victoribus reddidit, ac tandem se cum Antonio coniunxit. Hanc Agrippinam post coniugia trium vxorum tandem Claudius, patruus sane eius, Imperator vxorem duxit, filiumque eius è Cneo Domitio, adoptauit: qui Nero Claudius Cæsar, Imperator patri ac vitrico & socero suo (nam filiam suam Octauiam, ex Messalina genitā, Claudius Neroni collocauit) successit: atq; in eo defecit genus Cæsarum. Hoc obiter monendi sunt rudiores, in legendis scriptoribus harum historiarum, sæpenumero etiam respiciendum esse ad adoptionem: vt cū Germanicus nepos Augusti dicitur, vel Agrippina (Neronis mater) neptis Tiberii. Sed quoniam omnino hoc laboris in gratiam studiosorum suscepimus, typum quoque subiungam, in quo hæc quę recensui ob oculos posita facilius memoriæ hæreant. In quo typo id curaui, quod ab aliis neglectum, multum obscuritatis rei adferre intellexeram, vt totum genus per suos gradus accurate distinguerem: ita, vt si velis duas personas aliquas inter se comparare, statim videre liceat, quot inter se gradibus distent.

Ductus linearum duplicium, coniugia: simplicium, liberos indicat. & numeri coniugiis additi, maiusculi maritorum, minores vxorum indicant ordinem.

GENE-


C. IVLIVS CÆSAR. Imperator.
Eius soror
Iulia.
M. Accius Balbus.
C. Octauius.
Accia.
Scribonia.
C. Octauius deinde C. Cæsar Octauianus. AVGVSTus
Liuia Drusilla.
T. Claudius Nero.
C. Marcellus.
Octauia.
M. Antonius.
Iulia.
TIBERIVS Imperator.
Drusus Germanicus.
M. Marcellus.
M. Vipsanius Agrippa.
Marcella.
Marcella.
Antonia minor.
Antonia maior.
L. Domitius Aenobarbus.
Drusus.
Caius Cæsar.
Lucius Cæsar.
Agrippa Posthumus.
Iulia eius maritus L. Paulus.
Agrippina.
Vipsania.
Asinius Gallus.
Germanicus Cæsar.
Liuilla Tacito Liria.
CLAVDIVS Imperator.
Cn. Domitius Aenobarbus.
Drusus.
CAIVS CALIGVLA Imperator.
M. Vinicius.
Liuilla vel Iulia.
L. Cassius vel M. Lepidus.
Drusilla.
Iulia Agrippina.
NERO Imperator.

GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI IN IOANNIS XIPHILINI

Epitomen è Dionis historia, Annotationes.

LECTORI candido S.

QVOD emédaui multis in locis translationem huius Epitomæ, nemo debet existimare, factum à me eo consilio, quod in aliorum lucubrationes curiosius inquirere, aut alienæ laudi detrahere studeam: non enim is sum qui reprehendendis aliis me oblectare aut velim, aut debeam neque tantum mihi à meis rebus est ocii, vt superuacaneis id laboribus impendédum habeam. Sed cum librum hunc cum Græco exéplari contulissem, quod erat mei (vt qui mihi Dionem, quantum possem, illustrandum sumpsissem) officii, offendissemq; compluribus in locis aliter à Xiphilino & ipso Dione, quam ab interprete scriptum: putaui me cum bona eius venia id posse efficere, vt Xiphilini genuina verba lectores haberent. Itaque vt castigaui versionem eius, ita hic nonulla loca, equidem de plurimis perpauca, annotare opus habui. quibus euidens fieret, nec curiose, nec maligne; sed optima fide me hoc negotium tractasse. Quod omne ita accipiendú est, vt non voluisse me de existimatione interpretis diminutionem facere: sed potius ea, in quibus ope a ipsius potuisset requiri, cádide adiicere intelligatur.

Folio 17. fine. Quasi fulmine consternati] ἐμβεβροντημένοι *in Græco scribe non* ἐμβεβροντημ. *Vox est à* βροντή, *à tonitru deducta, ideò aduerbium similitudinis* ὥσπερ *additum.*

21, v. 9 Principatum in rep. affect.] τὴν πολιτείαν ἄγειν ἠξίου. ἀξιοῦν postulare sibi aliquid crebro *significat.* ἄγειν τὴν πολιτείαν *est*, primas in republica gerere partes.

24. v. 17 Qui erant ad alas] οἱ ἐπὶ τοῖς κέρασι, *mendose.* ... *nisi* ... *malis. Sed prior lectio est Dionis, ideoq; eè vertor.*

36 Sed Hyrcanum nihili facit, Aristobulum in vinculis habet, postquam] *Hic locus vnus est ex iis, qui maxime emendationem desiderabant: quia contrarium Xiphilini verbis sensum continebat. Interpres ita habuit:* Sed vt Hyrcanum nihili facit, ita Aristobulú vereatur. Verú postquam *&c. In Græco etiam legitur incommode:* ... *abundat. Sed* δῆσαι *non est vereri* ... *verú ligare, à verbo* δέω, *à quo* δεσμὸς vinculum *deducitur.* ... *autem per* ει, *est* φοβηθῆναι. *Porro, in Græco,* ταῦτα ... *ita scribe:* ταῦτα τὰ δ' ... *Sed hæc, & totam hanc periodum male extulit interpres: hoc mendo, vt opinor, seductus At Dionem legenti, non est obscura.*

δῆσαι. δείσας.

37, v. 5 Aristobulus captiuus abducitur] αἰχμάλωτος. *Interpres,* sublatus est. ... *dixit, quod Romã abductus sit Aristobulus.*

70 Quid ingenta septuaginta] *Interpres*, sexagintaseptem *Cæterum numero stadiorú, qui est* 3750, *denarius deest, quo minus per* 8 *diuisus*, 470 *exhibeat.*

114, v. 13 Et Hispaniam fere omnem] Iberniam *interpres, cum sit in Græco* Ἰβηρίαν, *quod est nomen Hispaniæ à flumine* Ibero. *Itaq; Dio etiam quodã loco* ... *Ἴβηρα dixit pro* Hispania. *Et per* Celticam, *intellige Germaniam.*

Lib. XI. Populi ... fauorem captat] τὸν δῆμον ἐδημαγώγει. δημαγωγεῖν *non esse idem quod* Remp. administrare. (*vt vertit Blancus*) *satis notum est. Hinc* δημαγωγοὶ *dicti. Ib.* Memoriæ hominum com ... &c.] ... *scribo* ...

176, v. 8 *af.* Nullo magno momento] βεβαίως μάχαι *sunt, non quę leue (vt erat hic versum) committuntur. sed quæ non statim victoriam alteri parti, & finem bello adferunt.*

βεβαίως μάχη.

177, v. 3 Itaque permultis suorum amissis] *Blancus:* Ipse cos confertim trucidat. συχνοὺς ἀπέβαλεν. *Est ante* ἀποβάλλειν amittere, ἀποβάλλεσθαι abiicere: *quam differentiã possem sexcentis scriptorum locis cõfirmare, nisi ante nos id alii docuissent. Itaq; male interpres contrarium sensum posuit, cum ex ipsa historia constet, Cæsari tum cladem fuisse illatam. Ib. v. 6 af.* Tanquã confecto in bello] ὡς ἐκ διαπεπολεμημένων. *Est autẽ* διαπολεμεῖν *non* prælio aliquo vincere, *sed* totum bellũ conficere, & (*vt Liuius loquitur*) debellare. *Ita Dio sæpe vsurpauit, ita alii.*

ἀποβάλλειν. διαπολεμεῖν.

205 Cleopatræ imperio subiecti sunt] se dediderũt. *Interpres. Atqui* προσέθηκεν *est passiuũ. & sic sensus ipse docet. Post:* Vindictã] τὰ ἐπίχειρα *Interpres,* Ea quę in promptu sunt. *Non rectè.* ἐπίχειρα præmiũ *significat*, & id quod propter aliquod factũ tribuitur alicui. *est q; μέσον vocabulũ, hoc est, è numero eorum quæ in bonum & malam partem sumuntur. In malam hic accipitur, vt & apud alios, & in hoc Aeschyli eleganti dicto:*

ἐπίχειρα.

Τοιαῦτα μέντοι σ' ἄγαν ὑψηγόρου
γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίγνεται.

188, v. 8 In ipsa octaua die] *Erat* Is intra illos octo dies. *Sed est in Græco,* ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ. *Asteriscum adieci, quia mensis nomen deest. Ib v.* 34 In suam potestatẽ redegit] *ἐσεμνύνετο. Interpres,* Gloriatus est. *quasi vero* σεμνύνεσθαι *tantum* simulare *significet, & non sæpius Dio ita vsurparit, vt ego verti.*

191, f. Nam ex vltro] *Interpres hæc verba ad Dominium Caluinum incõmode retulit, cũ de Athenis sint accipienda. Sed error Græci libri eũ fefellit, vbi est falsò* ... *scribendumq;* ...

208, v. 14 *af.* Nemini obuio parcentes] μηδενὸς φεισάμενοι *falsò: pro* μηδενί ... *posuit ipsum etiã interpreti.*

217, v. 22 Satis infamauerit] *Interpres,* Magnis laudibus extulerit. *In Græco est vitiose* ... *pro qua voce è Dione restituo* ... *quod* infamare *significat.*

224. v. 18 Magis irrideb.] γλῶττα* ... *Tolle asteriscũ, & lege, vt habet Dio:* γλῶττα ... *Et mox: pro* ... *repone* ...

230, v. 7 *af.* Bogud.] Βαγώας *male est in Græco, quod secutus est Blancus. Corrige vt sit* Βογούας.

234 Sororis nepote] ἀδελφοῦς *scribe* ἀδελφιδοῦς. *quo de re apud Dionem dixi.*

235, v. 6 Cincturæ laxitatem] *Interpres,* Mollicié corporis *male. n legebatur hic* σώματος, *pro* ζώματος. *Post ib v.* 11. Reb fractis. *Idẽ,* Imprudẽs. ... *in Græco.*

245, v. 8 *af.* Suspicionem attulit] ... *scribe, non* ...

258, v. 7 Septuaginta quinque denarios] ... *addendum è Dione. Post:* ... *pro* ... *pone* καί.

208 v. 10 P. Seruilius] Πλαύτιος Σερουΐλιος. *scribe* Πούπλιος. *Dio.*

316, v. 5 Deinde Vibium venientem] *In Græco mendose fuit* Ἰβιον *pro* Οὐίβιον.

333, v. 27 Edito scripto eam rem] ἐξέθηκε γράμμα. *Interpres incommodè, & historiæ inconuenienter,* Literam de suo nomine detraxit.

347, v. 5 *af.* Ionium mare] Ganium flumen *erat hoc loco, sed vitio Græci codicis, vbi male* Γάνιον *pro* Ἰόνιον *legebatur; quod patet etiam ex Dione.*

355, v. 1

355,v.1 Inundatione repleuit] *κατίκλυσε est hic etiam apud Dionem, & id sensus requirit. κατέκλυσε legisse videtur Blancus.*

374,v.14 Eorum copiæ atque spes contrariæ erant] *ἀντιπάλοι est in Græco: quod significat, ἰσοι δὲ ταῖς ἡγωνισμένοις*, æquales viribus.

394,v.10 Tum quod imperiti vadorum] *Totus hic locus parum apte fuit ante conuersus. In Græco est πρὸς γῆν βράχη ἔχουσαν, omissum ab interprete. Hic autem verbo vada intelliguntur, &* ea loca, vbi aqua minus alta, impingere naues fundo, & subsidere possunt. *Hæc enim sunt βράχη Græcis, quo modo frequenter omnes loquuntur, ut Polybius lib.1. de Romanis, Annibalis Rhodio exitum in portu obstruentibus: κατὰ δὲ τινα τόπον, ἔχοντα βραχέα, συνίστη χῶμα. Vergilius eleganter & vocabulum hoc, & significationem 1. Æneid. extulit, scribens:*

βράχη.

Vergilii locus.

---tres Eurus ab alto
In breuia & Syrtes vrget, (miserabile visu)
Illiditq; vadis, atq. aggere cingit arenæ.

Idem in 10. Æneid.

—multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu.

397,v.5 Agitareq; cum cum Sexto occulta colloquia] *hoc enim est κατολογῆσαι, refertur q, ad Lepidū.*

399,v.22 Visiq; in Italia non sine custodia] *ἄνευ φυλακῆς: idq, secutus est Blancus. Scribendum autem ἐν αὐτῷ φυλακῇ, id & historia requirit & habet Dio.*

496,26 Sororis suæ filiam] *ἀδελφὴν est in Græco, & Blancus id non recte secutus est. Scribendum ἀδελφιδῆν: fuit enim Agrippæ uxor Marcella, Octauiæ filia.*

508,v.10 Profligata è republica] *ἐξῆκον non ad Romanos, sed ad regium & dictatorium nomen referri oportet.* Non dico Dionis nomine] *οὐκέτι ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεύς. Si ita scripsit Xiphilinus, (quod non puto certe) turpiter errauit, Diones confundens. Dio enim noster longe fuit alius a Prusæo Dione, qui Chrysostomi nomen gessit: vt etiam Suidas demonstrat. Itaq; ὁ Προυσαεύς aut dele, aut ὁ Νικαεύς scribe.*

Diones duo

515,v.5 *af.* Quibusdam ludis] *ἐν πανηγύρει τινί. Blancus non recte hic, & sæpe alias, mercatum vertit.*

517,v.16 *af.* Sed oportebat nimirū] *Hic vnus est è numero eorum locus, quos mutasse me non temere, sed necessario, facile quiuis eruditus intelliget.*

522,v.19. *af.* Multa in Cæsare maledicta iaceret] Vt res postulabat, diceret. *Sic Blancus, falsam lectionem secutus quæ hic est ἐπιτήδεια, pro ἐκ ἐπιτήδεια. Sic autem habet Dio, estque χλευάζειν τινα ἐκ ἐπιτήδεια*, ob rectare, maledictis incessere. *Mox in Græco etiam* Elephantina regio, *χώρα dicitur, cum sit apud Dionem πόλεως, vrbis nomen: idq, recte esse, testantur Geographi.*

536.f. De Vedio vero Pollione] *Οὐιδίου Πωλίωνος, male. scribendum Οὐηδίου Πωλίωνος. Sic Dio, sic Plinius, Tacitusque.*

550,v.21 Neque tamen vim S.C.] *Locus hic fuerat peruersus, estque in Græco vitiosè ἐ αὐκτωρ, pro αὐκτωρίτας scriptum. Si recte intelligatur, plurimum lucis adfert bonis autoribus, apud quos non perinde, vt hic, perspicuè inuenies, Senatusconsultum ab authoritate quid differat.* Cæterum id factum eo recidit] *Locus necessario emendatus.*

555,v.15 Iram domi suæ] *οἴκοι αὐτῷ καθεῖρξε. αὐτῷ ad θυμὸν refero, propter verbum κατεῖρξεν. Ib.v.7 af.* Tamen in gratiā red.] *Confusè hæc prius habebant.*

582. Nam Germani quantisper paulatim] *κατὰ Germanos, κελτικὴν Germaniam esse, monuimus ante. κατὰ βραχὺ & idē, significat non breui temporis spatio: sed paulatim, sensim, & quasi furtiue. Et μετὰ φυλακῆς, caute significat. Totus hic locus desiderabat emendationem.*

588,v.8 *af.* Vtrique ne sententiam diceret] *μηδέτεροι αὐτῶν εἴπη. Locus deprauatus Blancum seduxit. μηδὲ πρὸς scribe, cum Dione.*

602,v.8 Quod si id in Tiberio] *Locus hic totus contra quàm est in Græco, erat in Latino.*

606,v.17 Interdum palam] *αὐτικρυς. quod non* contrà, *vt habet Blancus, sed apertè est.*

609 v.18 Sæpius ad spectacula] *Σωσίας. sed Dio habet Σίας.*

611,v.12 Hic enim illud ... dicebat] *Blancus:* De quibus mordere se atque ... pr ... videbatur. *Non recte sed & in Græco perperam legitur: ἵνα αἱ πύγγαι ... Rectius apud Dionem est: ἵνα αἱ πύγγαι αὐτῶν, ὡς που ... ἀποκόπτονται, ... Similis est sarcasmus Pyrrhi apud Vergilium in 2. Æneidos, qui Priamum obtrectantem sibi, & exemplum patris Achillis obiicientem, occisurus:*

—referes ergo (inquit) hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori.

Ib.v.14 Trecentis nummis] *κατὰ πέντε ἢ ἑξήκοντα. & sic etiam apud Dionem, cum ex superioribus liqueat, ... scribendum.*

613,v.25 Magnam hominum manum] *Pecuniā Blancus. Sed ... hic est, vt intelligi ... sit ἀνθρώπους, id quod historia vult.*

619,v.11 *af.* Nec templum quod Augusto] *ἡρῷον non* sepulcrum *(vt vertit Blancus) est, sed* templū, quod deo Indigeti seu Heroi poneretur: *hoc est, hominis in Deorum numerum relati, ... τῷ ἥρωι.*

622,v.21 Nactus occasionem, adortus est] *καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο. Est autem ἐπιτίθεσθαι, adoriri aliquem.* *Post v.28* Missusq; prætor qui eum] *Verba in Græco deprauata secutus fuit interpres: quæ si è Dione, vt & multa alia, emendasset, melius Xiphilino consuluisset. Scribi autem debet pro στρατηγοῦντι ... στρατηγὸν τὸν ... & proximeias ... deinde ad καὶ ... adiiciendum ...*

628,v.26 Prius à carnifice vitiata] *... δημίου lege, non δήμου: quod imposuit Blanco.*

644,v.30 Ac senator factus est, &c.] *... scribe ...*

659,v.6 *af.* In littore instructis militibus] *ἐν τῷ Οὐίῳ ... est in Græco: quod secutus est Blancus. Atqui scribendum, ἐν τῷ ὕδει.*

660,v.12 Cassium Becillinum] *Blancus* Melinū. *In Græco est Βετιλῖνον, apud Dionem etiam. Ego Βεκιλῖνον scriberem: hoc enim est cognomentum Cassiæ familiæ. Et Sp. Cassius, qui propter affectati regni suspicionem periit, (quæ historia est apud Liuium libro secundo ab vrbe condita) diserte* Becillinus *a Cicerone in Lælio nominatur.* Num Becillinum (*inquit*) mici regnum appetentem, num Sp. Melium iuuare debuerunt? *Supra autem dixeras:* Quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Meliū non oderit?

Ciceronis locus. Becillinus.

684,v.11 Cæterum Messalina apud se Mnesterē habebat] *Μεσσαλίνα ... Μνηστῆρα ... Blancus μνηστῆρα commune nomen putauit, ideoq, amatorem vertit. quasi vero procus & amator idem sint: quorum prior Græcis est μνηστήρ.*

685,v.18 Quod cum Claudius audiuisset] *Peruersus fuit hic totus locus ante.*

694 Non ergo percussor Neronis seipsum iam vita spoliauit?] *Οὐκοῦν ... Νέρωνα ... αὐτὸν κατεχρήσατο. αὐτὸν scriberetur melius: est enim ad Montanū referendum: quod non sensit Blancus. Hoc autem responso effecit Nero, vt Montanus sibi ipsi manus afferret.*

Addam Taciti verba de libro decimotertio: Iulius quidem Montanus senatorii ordinis, sed qui nondũ honorẽ capessisset, congressus forte per tenebras cũ principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerat, quasi exprobrasset, mori adactus est.

701 Nactionem tentare periculosum esse ostendimus] *Blancus:* Contra eos magna & metuenda classe contendimus. *Atqui neque in Graeco est tale quicquam, neque in historia.*

707 Tigellinumque Sophronium, &c.] *Is apud Tacitum libro decimo septimo* Ophonius Tigillinus *legitur, mendose nimirum pro* Sophonius. *Et fortassis hic* Σωφόνιον *scribendum.*

Taciti locus.

714 Quanquã Patauii in patria] *Interpres* Quanquam in Potamia patria: *secutus mendam Graeci codicis, ubi pro* Παταβίῳ, *legitur* Ποταμίᾳ. *Pro* Quanquã *autem, scribendum docet sensus,* Et quod. *Liquet ex his Taciti verbis, lib.16.* Eaque offensa altius penetrabat, quia idem Thrasea Patauii, vnde ortus erat, ludis Cesticis à Troiano Antenore institutis, habitu Tragico cecinerat.

718 Nero cum rum agitans, acu pictus erat] Plagam accepit, *absurde hic erat positum.* ὡπισμένον *est in textu.*

720 Et Sabinae nomen iam gerente Sporo] μετὰ τῆς Σαβίνης τῆς Σπόρου. *non.* Sabina & Sporo.

ἐπιπολάζειν.

729 Qui sub Nerone valuerant] ἐπιπολασάντων. *At* ἐπιπολάζειν *non est (vt vertit Blancus) ex obscuro clarum euadere: sed valere, esse in aliqua autoritate & notitia. Hinc apud Aristotelem etiam non vno in loco* δόξαι αἱ ἐπιπολάζουσαι *dicuntur,* eae opiniones siue sententiae, quae prae reliquis valent, & in aliquo numero habentur.

743 Nam ventre obeso] *Hic enim est* γαστρίων, *non* immensae gulae.

749 Ita hi maledicẽdi libidinem suam, quasemper laborarunt, abunde explebant] *Addendum est hic:* Etiam vitae periculum temere subeuntes. *quo verbum* ἐμφορούμενοι *exprimatur: quod inter emendandum festinantem latuit. Nam Blancus mirifice hunc locum extulit:* Quae enim temere dicerent, eadem pestilentia, qua decedebant è vita, in eros explebant. *In Graeco est:* Οἱ μὲν οὕτω πῶς ἐμφορούμενοι, ὧν ἐπεθύμουν, ἐφ' ἃς αεὶ τὸ κακῶς ἀπαλλάττουσιν, ἄδην ἐνεφοροῦντο. *κακῶς ἀπαλλάττειν, est id quidem modo apud Graecos, sed vocabula* ἀπὸ τοῦ κακῶς, *hanc significationem non admittunt, ne dicã sensum ab ea abhorrere. Porro autem* κακῶς ἀπαλλάττειν, *est* male habere, laborare, *vt apud Polybium:* οἱ ἀθρόοι ... τῶν Τελαμῶν ... κακῶς ἤδη ἀπαλλάττοντες. *Et in Apologo de cauda, draconem totum ducere volente, apud Plutarchum initio Agidis:* αὐτὴν τὲ κακῶς ἀπαλλάττειν, ... *vtor enim exemplis quae potissimum succurrunt.* ἄδην *autem, &* ἅδην *(quod inferi significat) diuersa significare vel pueri sciunt. Et* ἐμφορεῖσθαι, *significat* seipsum explere, *a cibo & potu sumpta metaphora hoc loco. dicimus enim,* ἐμφορεῖσθαι χρημάτων, οἴνου, *&c.*

κακῶς ἀπαλλάττειν.

750 Cum Vespasianus videns Imperatorem] *Peruersa haec fuere antea.*

754 Manifestato, eum feliciorem quam virtuosiorem fuisse. ἐλεγχθεὶς, *&c.* ἐπὶ εὐτυχίᾳ μᾶλλον ἢ ἀρετῇ ἐλεγχθείς. *quae incommodè erant reddita.*

755 Dum in se coit] συνιζων *est, non* vicinum esse, *sed* coire in se. *Hinc* συνίζησις *figura apud Grammaticos.*

763 Postremo puer ille, qui ante daemonem repraesentauerat, &c. oblatus est] Ὁ τέλος ὁ παῖς ὁ κατὰ τὸν δαίμονα. *Eadem est locutio, quae supra 720.* μετὰ τῆς Σαβίνης τῆς Σπόρου. *quod fefellit interpretem. Caeterum, in Graeco post* ... *deest aliquid, vt* ... , *aut* ...

766 Etsi nepos ius erat] *Hic locus peruersus est: quem quia inter emendandum non animaduerti, nunc tamen scias ita legendum:* Etsi propinquum suũ, quique Flauiam Domitillam, Domitiani consanguineã, vxorem habebat, morte, &c.

768 Et à Domitiano ad terram] *Peruersa haec erãt mirum in modum.*

769 Sed as Philosophus] *Merula, qui haec ante verterat,* ... *legit.*

775 Sed Decibalus Lõgino] *Locus ante contrario sensu editus.* Quod forte nactus erat] ... *Blancus:* Cuius ei magna copia erat.

783 Quod si is habitus] *Hic locus est eorũ è numero, quos emendare opus habui.*

786 Aelio Adriano] *Scribe cum Xiphilino,* P. Aelio Adriano.

793 Claudianopolim] *Scribe,* Claudiopolim, Κλαυδιόπολιν. Cuniculis muniebant, & moenibus] *pro* cuniculis *inepte erat.* pabulis. *neq; est cur demonstrẽ,* ὑπονόμους *esse* cuniculos.

800 Praeterea ferunt diducto montis] *Hic locus pessime habebat ante. quod intelligent statim, qui conferent.*

804 Idq; etsi propterea visus est dicere] *Et haec cõtrario, aut nullo vertius sensu ante legebantur. In Graeco quoq; non satis constant.* ... *quidem legendum,* ...

816 Nam ei tum accidit rerũ] καταμεμψάμενον, *in Graeco est, vox suspecta mendi. Interpres reliqua non expressit.*

819 Cardianũ] *Mox* Cordianũ *dicit, alterutrum falso.*

831 Pertinax autẽ Afer natione] *Et hoc mẽdũ hic emẽdabo, quod properantè me fefellit:* ... Πέρτιναξ ... ἐξ Ἄλβης Πομπηίας. *Pro* Αἴγυς *scribe* Λίγυς. *& pro* Afer, Ligur. *Alba.n. Pompeia, vrbs est Liguriae, teste Plinio lib.3.cap.5. Et Herodianus Pertinacem diserte Italum nominat.*

835 Dicebãtq; Iuliano] λεγόντων ὅτι τι Γυλιανῷ, *&c. Ita scribe,* λεγόντων τῷ τι Γυλιανῷ, ... *did.* ... σφαγήν;

836 Non equidẽ seruilib. animis] Sub iugum seruitutis missi, *vertit Blancus: neq; animaduertit particulae* οὐχ ὅτι *vim, cũ significet* non modo nõ, *& reddatur ei* ἀλλὰ. *Idem* ἐσφάλησαν *passiue vertit, cũ sit medium, & actiue significet.*

847 In his septem turres à portis Thraciis] *Totũ hunc locum longe elegantissimum, ita peruersum inueni, vt non potuerim non denuo vertere.*

855 Cuius caedis causam imputauit militib.] καὶ ... φόβον. *Legendum* φόνον, *nõ* φόβον: *quae falsa vox interpretem decepit.*

869 Criminari solebat incontinentes] Ὁ ... τοῖς μὴ φρονοῦσι. σωφρονοῦσιν *scribe. & pro* ... *reliqua male erant versa. Neque enim* χ... *sunt caedes sed* accusationes, *&* ... *non est* incidere in accusationem, *sed* persequi iudicio crimen.

883 Opportune te vidimus] ... Diu te non vidimus.

885 Sed multo plures equitum] *Blancus haec male ad Macrinum retulit.* Accelerauit ei mortẽ cãcer. ὁ καρκῖνος. *non est proprium nomen.*

915 Ad regionẽ Chalcedonensium] ... τῇ Καρχηδονίᾳ, *legendum* Χαλκηδονίᾳ: *est. n. Chalcedo Byzanteo propinqua, Carthagine remotissima.*

918 Iuppiter è multis] *Versus sunt Iliadis libro vndecimo.*

LECTO-

LECTORI.

AMICE Lector, Notas Sylburgianas in Xiphilinum sequi iam vides. Et quidem in totum Xiphilinum, nō in ea tantum, quæ Leunclaius Dioni addiderat ἐν μετώπῳ illius ὡς ὁλοκλήρου supplendi. Scilicet nos viri opt. Notationes mutilare noluisse, & proponere ἀκρωτηριάζειν: præsertim, quum quæ in priores Xiphilini libros quos Dionianis exstantibus Leunclaius adponi noluit, notauerit, pleraq;, continuata serie, pro Dione faciunt. Quid quod Xiphilinus ipsis Dionis verbis vti sollemniter solet? Norat vtique ille Iohannis filius, nec rectius nec melius illa se posse eloqui; quamuis sæpius conetur concinnius, non vbiq; quamuis id feliciter. Quid multis? Patet, Dioni non posse non inseruire quod in eius Sectorem meditatum fuit. Relicta itaque illa priora, vt erant, præter quod vbi Dionem laudant, huius nouæ editionis paginis accommodauimus: reliqua, vbi in nostra incipit Xiphilinianus Dio, quod linea interposita notauimus, ad nostrarum paginarum numeros reformauimus. Versus ipsos adnumerare non licuit, quod exemplaris ratio talis non inita erat. Gladiatorem aiunt in arena consilium capere: sic typographus sæpe in nundinis demum. Idem hic accidit, quum principium, medium & finem paginæ præterpropter signare coacti sumus, quo Catone contentus vt esse velis hac quidem vice, magnopere debes esse rogatus. Indicem, quē Sylburgius aliquoties nominat, editum vna cum Græcis illis Rom. historię scriptoribus, forte iam nosti. Cogitatum & apud Dionem fuit, de Indice Græco Sylburgianum in modum conscribendo quoniam id is autor propter τὴν ἐν τοῖς λόγοις δεινότητα & rariss. verborum elegantem copiam, si quis alius, valde merebatur. Impediit id tamen omne occupationum multitudo & varietas; fietque alio tempore, ἂν θεὸς θέλῃ, otiosius fortasse & rectius. Hæc te monitum volumus, & valere.

IN DIONIS EPITOMEN XIPHILINIANAM NOTATIONES FRID. SYLBVRGII.

IN Dionis Epitome, præter vulgatas editiones vsus sum primum manuscripto libro bibliothecę Palatinę, ex Italia quondam empto: deinde duobus impressis exemplaribus, quæ clarissimorum virorum manu aliquot in locis emendata, vel adnotatione aliqua illustrata erant; nempe Ioachimi Camerarii, & Guilielmi Xylandri. Præterea Dauid Hœschelius, pro suo erga me ac remp. studio, vltro communicauit quæ vel ab Hieronymo Wolfio, vel ab ipso fuerant obiter adnotata. Demum ex Hispaniis diligentissimus vetustatis scrutator Andreas Schottus, dittographias misit, quas è m. s. libro (is Georgii Merulæ olim fuit, post Iac. Hurtadi Mendozæ, & tandem Franc. Mendozæ, Cardinalis Burgensis) depromptas habebat; additis etiam suis nonnusquam adnotationibus. Ad has suppetias adsciui ego primum Dionem ipsum, & excerptas è Dione legationes; deinde vtrumque Latinum interpretem, Xylandrum & Blancum: tū quę à doctissimis nostri seculi criticis, Brodæo, Turnebo, Leopardo, Stephano, Lipsio, aliisve animaduersa reperiebam. Adhæc de meo quoque contuli nonnulla; vt deinceps suo loco indicabitur. Sicut autem in Eutropio, ita hic quoque generalia in Indicē referentur; vt non vni tantum, sed pluribus etiam locis, atque adeo pluribus auctoribus inseruire possint.

Vt ergo in Notationum instituto curriculo pergam, vulgatam huius Epitomes inscriptionem confirmant etiam sequentia. primum enim 148, 2, Ἐπιτομῆς *vocabulum iteratur: deinde* 196, 2, *& nomen suumque suum auctor iterum exprimit, & tempus quo Epitomen istam confecerit, designat. Lipsius Epistolicarum quæstionem libro* 4, *epist.* 9, *vocat* Dionis Epitomen à Xiphilino; *& lib.* 5, *epist.* 22, Dionis abbreuiatorem Xiphilinum. *Inclusa quæ titulum sequuntur, absunt à Pal. c. m. s. Contra, inclusa* μὲ, *v.* 12, *addita ex Pal. & Merulæ c. Rursum inclusa ὑγροῦ ῥαδίως, v.* 34, *absunt à P. Ammianus Marcellin.* 418, 17, *puluere tantum naphtham incensam exstingui posse tradit. V,* 37, *inclusa* ᾳ *abest à P. at sequens* ὡς *addita è Xyland. & Stephano. V.* 39, ἐκεῖ *pro vulg.* ἐκεῖσε *repositum è P. V.* 43, *pro* ἰδόντας *P. habet* ἰδόντες, *nullo prorsus significationis discrimine. In Lat. vers. v.* 16, *pro* missus *interpres aptius fortasse dixisset* profectus, *seu* expeditione suscepta. *nam* στέλλεσθαι *non tantum* mitti *significat, sed etiam* proficisci, *vt cum alibi sæpe, tum* 205, 31.

138, *v.* 8, *pro* ζεύγλαις *malim* ἐ αὐτῷ, & ipsum: *vel saltem* ἐ ζεύγλαν. *V.* 29, *fort. l.* αὐξηθεισῶν νεῶν ἐ στόλον, auctum nauium etiam classe. *i. tanta nauium copia, vt etiam iustam classem sibi compararint. Lat. t. v.* 14, infidis] *Gr.* immorigeris, refractariis. *Et mox,* acer in rer. gest. rat. exposc.] *Gr.* in operibus seu officiis exigendis.

139, *v.* 3, ἐν γε πάντη] *P.* ἐκ γε πάντων, saltem ista ratione. *V,* 9, *μαχ... pro vulg.* ἀφῆ *repositum e P. & M. V.* 34, *P. & M.* ἐν αὐξήσει. *Seq. v. pro* ἄνα *idem P. habet* τὸν ἄλλον, quem alium. *Lat. t. v.* 9, *rectius Gr. sic vertentur:* Quod si ille à vobis ad hæc emissus offenderit, (vt cum in aliis multis, tum præsertim in maritimis certaminibus fieri assolet) quemnam pro eo ad res magis necessarias inuenietis? *Et mox;* vniuersa multitudo, velut ex composito, excl. Te. *Paulo post,* à mari sursum versus; *qua de re supra quoque,* 137, 22. *V.* 36, temp. enim gerere cupiebat; ostend.

140, *v* 6, ἐπ' αὐτοῖς *legitur etiam apud Dionem pag.* 24. *sed aptius fortassis* ἐπ' αὐτῷ. *V.* 20, ὡς *ante* ἰδίου *habet etiam P. sed tollendum potius videtur. Lat. t. v.* 18, *si* ὑπουργῶν *legas, locum ita vertes;* sub Cappadociæ præfectura censentur, *seu,* ad Cappadociæ præfecturam pertinent.

141, *v.* 8, καλαίνωπας *respicit non* τὴν Παλαιστίνην, *sed incolas eius; per syllepsin: vt infra quoque cum alibi, tum* 803, 11. *V.* 21, *inclusa* τῶν *expungitur à Xyl. velut ex præcedenti membro perperam repetita. Com-*

tra, inclusa v. 16, *ex eodem X. & Dione addita. V. 40, inclusa abest a P. c sed exstat ea etiam apud Dionē pag. 37. Lat. t. v. 5, fortasse interpres scripsit*, qui ipsum adiuerant: *vt in Gr. est* ὅτι προσιόντα αὐτῷ, eum adeuntibus. *Paulo post etiam pro* coniunxit *rectius dixisset* (*vt in Græco est*) constituit, *i. composuit, ordinauit. V. 44, Blancus verterat*, vt legis confidentia superior esset *possis etiam sic reddere*, vt etiam ad legis suæ libertatem omni virium contentione eniterentur. *i. vt etiam legem ac religionem suam magna libertate profiteri auderent, totisque viribus asserere niterentur.*

142, v. 29 καὶ *legitur etiam apud Dionem p. 38 sed aptius vel* καί, *id est* & ὡς: *vel simpliciter* ὡς. *V. 30, ad* τὴν διὰ τεσσάρων καλουμένην ἁρμονίαν, *hæc adnotat Schottus; Immo dies, vt nunc nominātur, procedunt proportione* διὰ τεσσάρων, & διὰ πέντε: *si primum diem tribuimus Soli, secundum Lunæ, tertium Marti, & sic deinceps. Idem mox ad v. 32, de duplici dierum ratione hæc adnotat; Prima ratio est hæc,*

III	*Luna*	II
V	*Mercurius*	IIII
VII	*Venus*	VI
II	*Sol*	I
IV	*Mars*	III
VI	*Iupiter*	V
I	*Saturnus*	VII.

Secunda ratio est hæc;

Saturnus	I
Iupiter	II
Mars	III
Sol	IV
Venus	V
Mercurius	VI
Luna	VII
Saturnus	IIX
Iupiter	IX
Mars	X
Sol	XI
Venus	XII
Mercurius	XIII
Luna	XIV
Saturnus	XV
Iupiter	XVI
Mars	XVII
Sol	XIIX
Venus	XIX
Mercurius	XX
Luna	XXI
Saturnus	XXII
Iupiter	XXIII
Mars	XXIIII
Sol.	*ab hoc habet nomen dies*

secundus. Hæc ibi Schottus. V. 41, P. & M ἀφιστάμενον, *præs. tempore: itemque Dio p. 38*

143, v. 1, ἀνέψατο *pro vulg.* ἀνέψατο *repositum e P. c. & Dione, p. 38. Paragraphi nota v. 15, addita e P. c quæ ideo fortasse apposita est, quia post longiorem veluti παρέκβασιν nunc demum ad primarium huius Epitomes scopum acceditur, Cæsaream videlicet historiam. V. 45 rectius* ἐμέμνητο. *Paulo ante quoque, v. 43, si malis* διωκόμενον τῶν λόγων *per me licet.*

144, v. 38, P. ἐπιπέμψας: *non inconuenienter. locus est apud Dionem p. 97*

145, v. 31, *Græca sic potius videntur reddenda*; longitudineque adæquat Galliam reliquam & Hispaniā fere omnem, in pelagus protenta. *Sed & paulo ante, v. 20, rectius legi* ad aquam perennem, *ex Indice cognosces, in voce* ἀέναον. *V. 35*, παραιρούμενοι *præsenti tempore legitur etiam apud Dionem, p. 114 fortasse tamen conuenientius aoristum* παρελόμενοι.

146, v. 18, *P.* χρηματίζεσθαι, *errore ambiguo pro* χρηματίζεσθαι *sic vel* χρηματίσασθαι. *V. 21, pro* ἀνεῖναι *apud Dionem est* καὶ, *pag. 128 V. 25, i.* ἔξω *legitur etiam apud Dionem. itaque cum sequenti accusatiuo* τὸν νεὼν *subaudienda est præpositio* κατὰ. *V. 34. inclusum* ... *omitt: P. c. & mox diuersa præpositione habet* ἐπὶ *sed vulgata lectio exstat etiam apud Dionem p. 129. Lat. t. v. 19, Græca ita fere sonant.*; Nam quæ Aquila nominatur, est autem parua ædicula, in eaque collocata est aquila aurea, erigiturque in omnibus per delectum conscriptis exercitibus; & ab vno viro gestatur super hasta procera cuius ima pars in acutam cuspidē coacta est, vt in terra defigi possit) ex his igitur aquilis vna tunc Euphraten cum eo transire noluit. *Eius ædiculæ siue sacelli meminit etiam Herodianus infra in Antonino Caracalla 544, 6.*

147, v 6, *lacunula est etiam in P. c. sed quid omissum sit incertum est. Locus apud Dionem exstat p. 26. V. 8. pro* ἐδέδοικεν *P. habet* ἐδεδίει *significatione propius eadem. sed sono duriore. V. 10, pro* ... *idem habet* ...: *& v. 21*, καὶ Ῥωμαίους, etiam Romanos. *sed & illa lectio vitiosa est, & hæc minus vera.*

148, v. 5 *pro* ... *in prima Xiphilini editione scriptum* ... *vnde W. legit* ... , *quia in sequenti membro mentio sit* τῶν ἔργων. *atq; adeo apud Dionem quoque, p. 170, legitur*, τὸ ὄνομα τῆς δικτατορείας ἀπεῖπε, dictaturæ nomen abdicauit. *potest tamen & vulgata retineri. V. 19*, Καισάρειος ὀνομάζονται] *P.* Καισαρείους ὀνομάζονται. *V. 25, inclusum* Λαμπονία, *additum e P. & M. V. 28* τῷ αὐτῷ ποταμῷ, *agnoscit etiam interpres sed procul dubio legendum* τῷ Ἀνίᾳ, ad Anam fluuiū: *vt & P. ac M. c. habent, & Dio 174*

149, v 25, *inclusa* οὖν *addita e D 114. sed concinnior W. lectio*, καὶ πολλοὶ μὲν μαχόμενοι: *quoniam hic proxime antecedit* οὖν, *apud Dionem vero inter hanc & superiorē periodum alia sunt interiecta. V. 41, Stephan manus* ... τὰ πολεμικά *sed* πολέμια *infra quoq; aliquoties hac significatione vsurpatur, & apud Dionys. Halic. frequētissime.*

150 v 2 γὰρ *pro vulg.* καὶ *reposita ex W. Apud Dionem 181, alia est membrorum connexio: ideoq; ibi hæc particula non exstat. V. 25, inclusa absunt a P. sed agnoscit ea etiam D. V. 28, W. passiue legit* ... *Sed actiuum* ... *& apud D. p. 182. ipsum legitur, & narrationi magis conuenit significare namque auctor vult, multos etiam semimortuos aduersariis cædem intulisse. Lat. t. v. 29, interpres rectius dixisset* pæanem canebant: *vt Virg. quoque*, lætum pæana canentes.

151, v. 24, *in P. c. titulus est hic*, Καῖσαρ Ἰούλιος: *omisso scilicet prænomine & præposito cognomine: vt supra 143, 16. V. 31 post* εἰδοῖς *Xylander mensis nomen omissum putat. sed fortasse potius expungendum hoc vocabulum, vt suppositiuum. fieri enim potuit vt vocalis primum* ... *præcedentis nominis fine a librario perperam sit repetita, deinde ab alio per incuriam in vocabulum eius numeri quem alioqui significat, conuersa. Apud Dionem certe nulla numeri mentione legitur, p. 188*, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ποτε ... τοῦ Μιθριδάτου ... τῶν καταποντιστῶν ἐπινίκια ἔπεμψε. *Plutarchus Pompeium interfectum scribit* μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ τῆς γενεθλίου, vno die post natalem suum. *Sequenti versu pro* ... *rectius legi* ἐπινίκια, *vt apud Dionem est loco iam citato viderat etiā W. Lat. t. v. 21, Græca sic potius sonant*: Consentaneum est. n. scelestorū facinorum præmia, etiam in historiæ contextu citius & proxime secundum ipsa facinora, subiungi. *Woisius secundum huius periodi comma mancum esse putat, atque ita legit*, τῶν ἀγαθῶν ἔργων ... καὶ ἐπιχειρεῖν. *sed vulgata lectio eo sensu quo exposui,*

non

nō male consistit. eandemque confirmat auctor ipse, dū & hic statim facinori pœnam attexit. & infra eandem repetit, 153,4. *Et v.* 40, eos quoque insuper exterrefactos in suas partes traduxit.

152, *v.* 11, *P,* ἀπεχώρει *quod cum praced.* ἐπιμψε *belle congruit. V.*19, *idem P.* προδιδόναι, *praeterito prafecto: mox tamen v* 27. *praes. temp.* προδίδωσι. *Lat. t. v.* 45, *Graca sic magis ad verbū expresseris;* Et alii ergo multi in mare deciderunt, & Cæsar ipse male periisset, partim vestimentorum pondere, partim Ægyptiorū iaculis; (cum enim purpurea essent vestimenta, facilius in ea dirigebantur ictus) nisi & illa abiecisset, & post natatu aliquousque prouectus, nauiculam conscendisset.

153, *v.* 18, προεκπλευσόμενοι, prænauigaturi, *est etiam apud D.* 209, *in P autem* προεκπλευσούμενοι: *minus conuenienter. Mox etiam rectius apud Dionem est* μηδενὸς φειδόμενος: *& seq. v.* ἐπ' αὐτοῖς: *illic genitiuo, hic accusatiuo casu. V.*23, *aptius* προσέπεμψε *P. & Dio* 209. *V.* 28, *pro* ἄπιν *in P. est* ἄπαν: *nihil ad rem. V.*44, *postremum periodi membrum procul dubio è duobus in vnum librarii vitio est contractum. videtur enim Xiphilinus scripsisse,* τοὺς τε ἐναντίους δι' αὐτῶν, καὶ αὐτοὺς δι' ἐναντίων κατεργαζόμενος, & hostes ipsorum manibus, & ipsos manu hostiū conficiens. *Dicommaton autem esse debere hoc membrum, indicat primum particula* τε *absq; reddito ne posita: deinde confirmat Dio* 211. τούς τε γὰρ ἐναντίους ἅμα δι' αὐτῶν κατειργάζετο, καὶ ἐκείνους ἀπὸ ματηῦ. *Lat. t. v.* 57 *interpres diuise legit* ἐν τέλει: *verior sensus est;* assignatoq; integro stipendio, promisit se daturum quæ stato militiæ tempore completo, dari consueuerunt. *Post etiam, v.* 42, *malim* promptos gnauosqu: fore milites. *Gr. sonant;* absque tergiuersatione cum ipso militaturos.

154, *v.* 17, *inter* ὅτι & ἀπογένοιτο *in P. c interiecta est prapositio* μετ': *qua locum ibi habere nequit, nisi absolute accipiatur pro* μετὰ ταῦτα. *V.* 27. *pro* ἐσίνωσεν *apud D.* 217 *contrario & luculento sensu est* ἐστηλίτευσε, notauit, infamauit, *velut facinore suo publice in columnam infamium inciso. V.* 31, ταῖς αἰχμαλώτοις *fœm. genere habet etiam P. c. Interpres masc. gen. vertit* inter captiuos. *V.* 46, ἀπέδωκεν *indicatiuo modo appositum coniunctioni* ἄν, *quia subiunctiuum eius verbi aoristum non est in vsu. Lat. t. v.* 19, *rectius interpres dixisset* in singulare certamen *seu* in duellum. *vel sic potius,* singulari certamine concurrerit, cum eoque mortuus sit. *qua de re & Florus* 418, 43.

155, *v.* 1, *P. & M.* καὶ κεκλήσεται: *itemque Dio* 224, *id est,* & reum futurum & pœnas luiturum eorum quæ contra leges fecisset: *vel,* & accusatum & damnatum iri ob ea q. *V,*6. προσυνεληλύθεσαν *P. & M. c. scriptura est: apud D. geminata prapositione scriptum* προσυνεληλύθεσαν. *V.*7, *apud D. est* ἐκ τοῦ δειπνητηρίου, à cœna discesserant. *Lat. t. v.* 35, *sic magis ad verbum reddideris Graca,* Equestri etiam ludo, qui Troia nominatur, vetere instituto decurrebant patriciigeneris pueri: & curuli certamine adolescentes honore illis pares concertabant. *Meminit & Sueton.* 28,17: *& Dionys. Halicarn.* 475. 29.

156, *v.* 10, *apud D.* 227. *est,* ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλών: *itemque in Xylandri versione,* intercalatis septem ac sexaginta diebus. *Eandemque lectionem confirmant qua de anno* XV. *mensium refert Sueton.* 8, 37. *V.* 39, ἀδελφιδοῦς *legitur etiam in P. & apud D.* 234: *ac rursum infra initio Octauii,* 161, 7: *& apud D.* 269: *immo etiam apud Eutropium supra* 104, 18, *Octauius Casaris* ἀδελφιδοῦς *nominatur. sed Xylander probat* ἀδελφιδῆς, *ex Sueton.* 18, 47. *Lat. t. v,* 48, *malim* laxiore veste, *aut* fluxiore veste, *vt Suet.* 9 46.

157. *v.* 2 σώματι *est etiam apud D.* 235 *sed conuenientius Xyl. legit* ζώματι: *vt mox v.* 5. τὸ χαλᾶν ζώννυσθαι. *Suet quoque* 9 46. *fluxiore cinctura vsum scribit Casarem. V.* 6. *inclusa* δὲ *addita ex P. V.* 20, *de Bruti ortu quod refert Dio* 246, *affirmat etiam Eutropius* 103, 41: *sed negat Dionysius Hal.* 192, 6. *V.* 25 *in vulg. ed. est* κατεσκεύασαι, *quod etsi ferri aliquo modo potest, rectius tamen P* κατασκευάσαι, *signif. actiua; vt etiam apud Dionem p.* 236 *est* αἰδεῖσθαι. *V.* 28, *inclusa* δὲ, *addita e P. V.* 46. *M. c.* ἐσχημένα. *qui casus si placeat, vt placere potest in causali significatione, mox eodem casu legendum fuerit* ὑποδεδεμένα. *V.* 27, *articulus* τὸ, *additus e P. & M. Lat t. v.* 1, *sunt qui* ὑπόδησιν calciatum *interpretari malint. sed Blancum recte vertisse* caligas, *auctor ipse infra declarat* 175, 11. *vide, & Sueton.* 9, 45.

158, *v.* 16. ἐγράφη *vno r scriptum etiam in P. rectius. at v.* 18, *pro nomine* Δία *vt in vulg. ed. & P sic etiam apud D.* 243 *supposita prapositio* διὰ: *nullo sensu. nam per* Δία *Iuliū alludit Dio ad* Dium Iulium, *seu* Diuum Iulium; *quasi Dione prognatum. V.* 22. γράμματα *repositū e P. vulg.* γενόμενα *legitur etiam apud D.* 243 *que scriptura si Dionis est, facti celeritatem designat; vt in illo,* dictum, factum. *V.* 27, *inclusa,* δὲ πάγχυ, *addita e P. & M. & Dione ipso. p* 243. *f. V.* 35, *pro* ὑπουλίου δή *omnino vel cum W. legendum* ὑπουλοτάτου *vel* ὑπουλοτάτη *cum X. vel saltem* ὑπουλότατον. *V.* 38, *malim,* τὸ Μάρκου Βρούτου βῆμα: *vt apud D* 246, τὸ τοῦ βῆμα. *Lat. t. v.* 3, *Graca sic magis ad verbum expresseris:* Ait enim, vrbem tantæ magnitudinis, quæque orbis nostro aspectui patentis maximam pulcherrimamq; partē tenet, & vt multas magnasque opes possidet, ita etiā hominum in se multos variosque mores habet, tum actiones pariter fortunasque varias publice ac priuatim experitur, nullo modo posse sub populari regimine moderatione vti; faciliusque vnum aliquem bonum quam multos inueniri; pluraque ac maiora incommoda à multis malis quam ab vno manare necessario. *V.* 9, *Blancus verterat,* Deum & dominatorem rerum omnium Iouem coram nominare. *Ego sic mallem;* Ac tādem supra cetera omnia, Deum quoque communibus suffragiis creantes, & Diuum Iulium (*vel* Diiouem Iulium) aperte appellarunt, & templum ei cum area dedicarunt, eiusque sacerdotē Antonium, vt Dialem aliquem flaminem, designarunt.

159. *v.* 3, ἐξιδίσειν *legitur etiam apud D.* 244. *sed procul dubio scribendum* ἐξιδίσειν, exsudaret, *i. excerneret in illo alui fluore. V.* 32, *P.* εὐνοίας *pro* εὐνοίαις: *quod probat etiam interpres. Mox quoque rectius* προσλαβεῖν *quā* προσλαβεῖν. *Dio aliis verbis vtitur* 169. *V.* 41, *apud D.* 258, *est* πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, LXXV. *Sueton.* 17, 1, *populo viritim trecenos sestertios a Casare legatos scribit. V.* 46, *pro* τε, *antecedens* μὲν *postulat* δὲ. *Lat. t. v.* 35, *Graca sic magis ad verbum sonant;* Cum porro inter eos conuenisset, ac Brutus ad Lepidum, velut cognatum suum; Cassius vero ad Antonium se contulisset; atque vna cœnantibus cum alia (vt in talibus consentaneum est) dicerentur multa, tum Antonius Cassium interrog.

160, *v.* 14. *P. & M* αἰάξιον. *V.* 17, *pro prenomine* Πούπλιος *in vulg. exempl. scriptum* πλέκιος: *vt Blancus quoq; verterat,* quod Seruilius Casca, homo locuples. *sed* Πούπλιος *est etiam apud Dionem* 268, *& rursum infra* 176, 30: 196, 35. *V.* 26, *pro* βασιλείων *P. habet* βασιλικῶν, regnis. *Lat. t. v.* 24, *Graca ita sonant:* cum ei rerum à Cæsare ordinatarum examen commissū esset; *seu,* cum ei demandatum esset vt res à Cæsare ordinatas examinaret. *videtur enim* διοίκησιν *ibi potius*

esse ordinatio & dispositio vltimæ voluntatis, quam administratio.

161,v.17, ἀδελφοῦ: *pro* ἀδελφιδοῦς *supra quoque legitur* 156,39. *ac fortasse ita scriptum ab ipso auctore: præsertim cum idem Eutropius quoque scripserit* 104,16. *Suetonius tamen & alij, Cæsaris pronepotem faciunt Octauianum. vnde Xylander vtrobique legit* ἀδελφιδοῦς. *V.1, inclusa*, τὸ πρᾶον μ., *addita ex P. & M. & ipso Dione p.269.f. V.11*, ἀδελφῷ *est etiã apud D.269, f. sed X. d. legit* ἀνδρὶ, viro, marito *secundo scilicet: vt Suetonius quoque* 19, 38, *L. Philippum Octauii vitricum facit. V.15. pro* τῆς οὐσίας *rectius apud D.269.f. legitur* τῆς οὐσίας: *itidemque apud Eutropii metaphrasten supra* 104,18. *Sequentis v. & vulgati libri & P.c. habent* ἐπὶ καὶ, *ordine inuerso. nostra lectio* ὅτι, *exstat etiam apud D.p.269.f. V.17, P.* ἐκ τῷ Ἀπόλλωνος αὐτῷ, ex ipso Apolline. *sed* αὐτῷ *legitur etiam apud D.270 p. Ibidem M.* κεκινημένη. *V.35. inclusum* ἰδὼν, *additum e P.c. V.44. Dio* 270 *pluraliter habet* μάστιγας, flagra. *Lat.t.v.40, Græca ita sonant*; rapto è manibus eius pane, in altum subuolauit; mox volatu delapsa, cum illi reddidit. *Suetonius paulo exactius* 39,17. *A Dionysio & Liuio simile quid narratur de Tarquinio Prisco; itemque in Viris illustr.*

162.v.15, *&* περισημαίνειν *ferri potest, &* περισημαίνειν *substitui. apud D.270.f est* περισημαίνει. *V.20. pro* μέγα *Dio* 271 *habet* μεγάλα: *& mox P. & M.* ἱκετεία *pro* ἱκετείας. *V.35, apud D.271.p. est* τῷ κλήρῳ αὐτὴν διεδέξατο, *per hypallagen aut ellipsin. X. & W. legunt* τὸν κλῆρον αὐτῆς διεδέξατο: *vt infra* 175,40; 201.42, *& alibi. V.42, inclusa* ἐ *abest a P. Lat.t.v.20, rectius interpres vertisset.* cumque ad patricios introduceret: *vt Suet. quoque* 18, 24, *Octauiam gentem per d. Iulium ad patriciatum reductam scribit. V.38, Gr.* quam vllus vir. *V.48*, de sublimi loco, *superfluum est.*

163,v.16. *pro* ἐγκαλεῖν *apud D.274, f. est* ἐγκαλεῖν: *quod melius congruit cum præcedenti* ἰσοβαρεῖ. *sed ferri tamen etiam* ἐγκαλεῖ *potest, si ad senatum & proceres referatur. V 28, M.c.* ἔπειτα *pro* ἐπεὶ: *quæ scriptura notata etiam alibi.*

164.v.3. *locus apud D.278 eodem plane modo scriptus est. sed congruentior videtur hæc lectio:* τὸ τε φῶς τὸ ἥλιου, τὸ μὲν ἐκλιπούσης τὸ ἐξαίφνης, τὸ δ' ἐκ [illegible] *V.43, ὁμοῖον pro vulg.* ὅμοιον *repet. e P. & M. V.37, inclusum* λογίσασθαι *abest a P.c. Apud D.316, pro eo legitur* ἀνεψεῦσθαι, *eadem signif.*

165,v.19, λήψεται *est etiam in P. & apud D.319, nec male, si ad Cæsarem Octauianum referatur.*

166,v.4, *aoristia* καταστήσασθαι *&* χρήσασθαι *posita pro futuris; vt supra* 149,4. *V.7, rectius apud D.321.f.* παρὰ τῆς Βονωνίαν, præter Bononiam. *V.30, pro* καταβαλεῖν *apud D.327.f est* καταλαβεῖν: *minus conuenienter. V.33*, τις *legitur etiam apud D.327, f. sed aduerbialis genitiuus* τινὸς *ibi omissus est. Lat.t.v.34. Gr. ita sonant*; lupus in castra & in tentorium eius, cœnam ibi adornantis, ingressus, mensam deiecit; vires simul & difficultatem inde subsecuturam præsignans.

167,v.7, *inclusum* αὐτῷ *nec Dio 329, f. agnoscit nec fert sententia. Contra inclusum* ποὺς *v.18, a P. omissum idem D.ib.330, p. agnoscit. V.20, rectius apud D. ib.* ἀπώλλυον, *præterito imperf. V.29, apud D.330 inter* ἄλλως *&* αἰσχύνην *interiecta est particula* ἄν: *minus tamẽ necessaria. V.40, pro* ἐκπηδήσας *idem D.331 habet* ἐκπηδήσας, exsiliens.

168,v.7, *P.* ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, pro marito suo: *quod etsi aliquo modo videtur ferri posse, conuenientius tamen* αὐτοῖ, *vt declarant sequentia. atque ita est etiam apud D. 331.V.23*, τοῦτο μὲν γὰρ *apud D. quoque 332 elliptice legitur, subaudito ex preced.* ἀξιῶ μνημονεύειν οὐδεν: *atque adeo* γὰρ *ibi posita pro* γοῦν. *Lat.t.v.36*, sellam pro lecticam *reponit Lipsius Elect. lib.1, c.19: sicut & Glossæ vet.* δίφρος *est* sella: *&* διφροφόρος, sellarius. *V.49, Gr. ita sonant*; cumque finxisset se herum fugientem occidisse, fuisse ei partim è spoliis, partim e stigmatum notis est habita.

169,v.11, *P.* φρόνιμον *pro* γε μένων: *& v 32*, ἐκείνου *pro* ἐκεῖνοι. *V.43.* τοὺς ὠνητιῶντας ἀπελαύνοντες *etsi ferri aliquo modo potest, vt sit*, à venalib. depellebant, *i.e. venalium emptione: tamen verior fortassis est hæc loci scriptura*; τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς ὠνησείοντας ἀπήλαυνον, ceteros quidem qui emere cuperent, depellebant. *Eius certe lectionis vestigia sunt apud D.33. Lat.t.v.3, ita sonant*; atque ita & illum simul conseruauit, & ipse honore est affectus. *Paulo post, v.7, Blancus ita verterat*; In eadem causa etiam is est qui, quo patri f. *appellatiue scilicet accipiens* οἰκείου *vocabulum: pro quo in P. & M c. scriptum* οἰκείας, *dempto fine. sed eo modo & sententiæ & structuræ vis inferretur; immo ipsi etiam auctori; qui superiorum exemplorum nomina interisse, sequentium exstare significat quamobrem etiam Xylander in sua versione pro quoque rectius dixisset* autem: *sic*; Ossius auté Geta. *V.31, Gr. ita sonant*; Clathius enim imperator creatus, mariisque imperio aliquamdiu feliciter successu vsus, postquam & ipse proscriptus est, Siciliam occupauit. Is liæque ex propinquo incubans, cum & iis qui proscriptorum aliquem ex percussorum manibus seruauissent, duplam pecuniæ summam promitteret & illis ipsis receptacula honoresque deferret, multos conseruauit.

170,v.40, *W. legit* τὰς περὶ τὸν Βρούτου & τὸν Κάσσιον: *nõ male; vt patet ex D.339. V.42, inclusa, in vulg. lib. omissa, agnoscit idem D. ibidem, sed repetita præpositione atque articulo, sic*, περὶ τε τὴν τοῦ Ἀφροδίτης & περὶ τὸ τοῦ Ἀεισογείτονος *Lat.t.v.13, Gr. vox* ἡρῷον *non* sepulcrum *significat, sed* monumentum heroicum; *seu fanum id fuerit, siue sepulcrum. Paulo post, v.15, Blancus verterat*, ædibus in quibus fuerat occisus, ad aluum purgandam relictis *Sed Xylandri versionem probat quod apud D.338. legitur*, τό τε οἴκημα ἐν ᾧ ἐσφάγη, τὸ βούλευμα ἐκάλουν, & conclaue in quo fuerat iugulatus, confestim occluserunt.

889. *ἰδὼν αὐτὸς αἰδώ*] *αὐτὸ. pro vulg.* αὐτῷ *reposuīe P. & M. c. & ex Leg. vol. 439. Ib* [τῷ] *καλιπικρῷ*] *inclusus articulus τῷ abest a P. c. & Zon. 222, 31. Mox P.* κατεσχέθη *itemq̀ Blancus,* remansi; *vel* derelictus est. *Ib. f. Homeri locus est, Il. 8. Lat. t. ib. m. Gr. son.* cædibus per vias. *Ibidem,* Chalcedone deprehensus, *seu comprehensus.*

910 *p. de Anito rectius* καὶ γὰρ δὴ *καὶ τὸν* ... : *vel saltem* καὶ ἑαυτὸν γὰρ τὸν πρ. *vt mox inferius Ibidem, de annis Pseudantonini, deq̀ eiusde & Comazontis facinorib. plenior narratio est in Leg. vol. 443. De Comazonte autem narratum etiam supra 888. p. Ib. f. pro* ἐπ' αὐτῷ *Legat. vol. 441. habet* ἐπ' αὐτῷ.

911. ἢ [οἱ] τῆς ἀρχ.] *inclusus articulus οἱ, additus e P. c. Ib. f. pro* ἀκριβὲς *vulg. l. vitiosa contractione habent* ἀκρ, *sicut etiam paulo post, pro* ὅτι κοινῇ *in P. & M. c. scriptum* ὅτι κοινῇ: *&* ἀέτωμα *pro* αἴτωμα. *De huius aūt loci emendatione atq̀ explicatione agit etiam Paul. Leop. Emend. lib. 7, c. 2. vbi* ἀέτωμα *pinnaculū interpretari mauult.*

912. *p. &* προσεχάλεσαν *retineri potest, &* προσεκάλεσαν *pro eodem reponi. Lat. t. 911. m. Gr. f.* & illa Vestaliū maxima, lib. d. *Sed & ante, pro* spectaculis supplicationum *rectius fortasse reposuerimus* ludis votiuis.

912, *m.* κωμικῶς] *interpres* κωμικῶς *legit, fut. tempore.*

913. *p.* οἱ δεσπόται] οἱ, *pro vulg.* ᾗ *reposui e P. & Zon. 223, 21: vbi hæc pene ad verbū leguntur Lat. t. 912. ib. m. reddere possis etiā* amuletis innumeris. *Inferius. pro* cubiculo, cellam *mauult Brissonius in li De iure cōnubiorū. De nudatione autē meretriciā, tradit idem Briss. eodem tractatu, paulo post.*

913. *p.* ὅλ. μὲν γὰρ] *v. 1, pro* γὰρ *paulo aptius leges* γοῦν: *vel saltem* γὰρ *pro* γοῦν *accipies, s.* quidem certe. *Ib. talem quāpiam lectionem postulat. sententia,* ἐν φανερῷ δὲ ἰδεῖν, licebat hæc palam videre. *Ib. m.* ... δ' ἦν] *vulg. l. & P. c.* ... *sententia minus apta. Ib. f.* ἐδωροῦ.] *conuenientius* ἰδωρήθησαν, muneribus ornati sunt. *Pro sequenti* συνεπανίστησαν *malet fortassis aliquis* συνεπήρτησαν, *aut simile quid: vt infra, 915. f.* τῶν συνεξεγηγερμένων αὐτῷ. *sed nulla mutatione opus esse ostendit clausula historiæ, 916. f significat enim eos qui cum ipso aduersus Matrinum insurrexerant, vt Eutychianus Comazon, & alii. Ib. f. pro* τίνω *requiritur potius adiectiuū* πρῷ συντίνω, *vel aliud consimile: aut certe aduerbiū* πάνυ. *Lat. t. ib. m Gr son.* ipsos venerantem, *seu adorantem. Ib.* postea pilis se nudabat: vt hac etiam re mulierem ageret. *Dein,* mater eius, serua adhuc Romā per milites deducta. *Ib. f.* illā ergo non leui aliquo impetu, sed adeo intenso profundoq; amore diligeb t, vt non solum talia non ęgre ferret, sed contra, ob ea ipsā magis eū diligeret, ac reuera Cæsarem declarare vellet, auiæq; eo nomine sibi obstanti minaretur, & milites propter eundem haud leuiter offenderet.

914. *m.* ἀσεβείᾳ συγχύσεις *secutus erat etiam Blancus in sua versione,* quietem non cepisset. *Sed melius vidit Xylander legendum esse* ἀτονίᾳ: *nam ob veretri* ἀτονίαν, *non ob animi* ἀσεβείαν, *honoribus orbatus & plane relegatus fuit Zoticus. est autem vt* τείνω, attigere, *ita* ἄτονος, attigere non valens: *&* ἀτονία, arrigendi impotentia. *Eam porro esse genuinam lectione, probat hæc Zonaræ paraphrasis 223, 55.* ὡς ὅτι ... *μόνον* ... *Ib. f. pro* ὡς καὶ *structura ac sententia ratio postulat* καὶ ὡς, & quasi. *vel relatiuum* ὡς *plane tollendū. Lat. t. ib p. Gr. f* vt qui etiam athleticæ daret operam. *Ib. m.* mire partim collo muliebriter inflexo, partim oculis pellaciter intortis. *Et,* mox, cū vna lauissent, atq; illum nudo corpore famæ respondentem inuenisset, mar m pati ardēs, in eius pect. *Ib. f.* Sed erat Sardanapalus etiam ipse dignissimum impuritate sua non multo post reportaturus præmium. *Et,* seque, vt tan i filii exemplo factum patrem, eoque ætate longe superiorem, beatum prædicaui; dix. *Et mox;* 915, nam Heliogabalum id sibi præstitisse, Alexandrumque eum agnominari iussisse.

915, *ἀλλ' οἱ Ἀλεξ. ὡς vel pleonastica est, vel pro* τι *substituta. Ib. m.* ... [ὡς] *w.*] *inclusa ὡς abest a P. c. Mox rectius cū Xyl. l.* Χαλκηδόνι *γε.* ... *vicina est Byzantio: Καρχηδὼν autem, nimis longo inde spatio dissita. Ib.* περὶ [τὰ] τ.] *inclusum* τὰ *abest a P.*

916. *p. rectius fortasse transposita copula leg.* ὡς ... ἐξ αὐτοῦ γγ. *Lat. t. 915. p. Gr. f.* ferret cultum, *seu habitum. Ib.* thyrsis hinnulinisque pellib. instructi erāt.

Ib.m. sed velut in pompa quadam, interdiu, præmissis aduectas sui nuntiis, (*vel*, indicta suis in dies profectione) Byzantium vsque peruenit. *Et mox*, vbi nocte sacris quibusdam peractis, ligneoque defosso equo, disparuit. *Ib.f.* nam & auia eum oderat, qui talia patraret, ac ne Antonini quidem esset filius: atque in Alexandrum, quasi vere ex illo ortum, erat propensior.

916.*p.* *rectius* φυλαττόμενον ἑαυτόν, se obseruari. *Ib.* φευγ. [πως] *it. inclusum* πως *abest a P.c. Ib.m.* ὥστε· τὸ ἀρχ. [π] *it. pro* π *P. habet articulũ* τό. *sed ei locus esse nõ potest nisi subaudiatur ex sequentibus* ἀεὶ φέρεσθαι εἰωθός. *Ib.* ἐπ' αὐτῷ] *aptius fortassis* ἐπ' αὐτοῦ, sub eo principe, eo rerum potiente.

917.*m post* μεγάλη *deest* τοῦ δήμου: *vel genitiuus* τῶν ἐν τῇ πόλει *aut similis. id & sequentia indicant, & hæc Zonaræ* 224, 45, στάσις μέσον τοῦ δήμου καὶ τῶν δορυφόρων ἐγένετο, seditio inter populum & prætorianos exorta est. *Ib. f.* πλεῖον, *si mendo caret, accipiendum erit aduerbialiter pro* μᾶλλον, maiori ex parte.

918,*p.* φοβ. [καὶ] ἀληθ. *inclusa* καὶ, *abest a P. Ib.m.* εἶναι δοκεῖ] *positum pro* ἰδόκει: *quæ temporis enallage facta etiam in sequentib. Lat.* 2. 917.*m. Gr. fin.* non potuerim ea accuratione, qua præcedentia, componere. *i.* conscribere. *Ib f.* in Cretam abductus, supplicio affectus est. 918,*m* licentia, reprehensionum impatientia, *vel*, reprehensionum contemptus.

918,*m. congruentius fut. temp.* ὑπανήλωμα. *Statim pro* αὐτοῦ *rectius legemus* αὐτό: *vt relatione ad* τὸ ἀνάλωμα *facta, intelligatur* sumptus ipse, *seu* impensæ ipsæ. *cuius modi humanitas M. Antonini erga Proculum narratur à Capitolino* 141, 13. *Ibidem, conuenientius* ἐφοβήθη, *tertia persona itemque in Lat.* & timuit: *vt ad Alexandrum de Dionis salute sollicitum feratur: quod declarant etiam sequentia. Ib f. Homeri locus est ex Il.* λ. *In fine P.c. additur hæc periocha:* Τὰ ὀνόματα τῶν καισάρων τῶν περιεχομένων τῇ βίβλῳ ταύτῃ· Ἰούλιος Καῖσαρ, Αὔγουστος Καῖσαρ, Τιβέριος, Γάϊος, Κλαύδιος, Νέρων, Γάλβας, Ὄθων, Οὐιτέλλιος, Οὐεσπασιανός, Τίτος, Δομετιανός, Νερούας, Τραϊανός, Ἀδριανός, Ἀντωνῖνος ὁ εὐσεβής, Μάρκος Ἀντωνῖνος, Κόμμοδος, Περτίναξ, Ἰουλιανός, Σευῆρος, Ἀντωνῖνος ὁ καὶ Καράκαλλος, Μακρῖνος, Ἄβιτος, Ἀλέξανδρος.

HENRICI STEPHANI IN DIONEM
PRÆFATIO AD LECTOREM.

HENRICVS STEPHANVS
lectori lectionis Dionis studioso.

HISTORICVS *ille longè celeberrimus,* DIO CASSIVS, *qui &* COCCEIVS, *siue* COCCEIANVS, ἐπονομαζόμενος *(ita enim loqui cogor, si quidem vocabulum* CASSIVS *iam* ἀπηρχαιωμένον *est) quum ad suas ædes vel potius suam officinam reuersus, meum & ad secundam editionem auxilium implorasset, ac sibi spẽ eius factam videret, sibi magnopere gratulari de illo postliminii iure cœpit: & eo quidem magis quod Dionysium Halicarnasseum de iure eodem sibi denegato valde conquerentem audisset. Verum secundam etiam simulque postremam suis vulneribus manum a me adhiberi postulauit. (ad illa enim membra quod attinet quibus est mutilatus nullam sibi de iis restituendis superesse spẽ videt. Afferat ipse li et sacr s Epidaurius herbas.) Meã ego illi operã libenter quidẽ, sed timide tamẽ, initio sum pollicitus. Timebam enim ne præter ea medicamenta quæ Parisiis partim a patre meo, partim a me, & aliquot post annis a Guilielmo Xylãdro interprete adhibita eius vulneribus fuissent, valde pauca inueniri a me possent: ad grauia præsertim vulnera quod attinet. Sed quum annotationes Xylandri, quas interpretationi suæ subiunxit, in manus sumpsissem, & sæpe quidem illas Parisienses laudare (veluti quum in quendam locum quem habes pagina* 21. *huius editionis annotat;* Ingeniose Robertus Stephanus restituit hunc locum, ἐν ἀμφοτέροις ἐπικινδυνεύειν, ἐν ἀμφοτέροις. *Nec non in quendam pagina* 187. Robertus hunc locum eruditissime sic restituit, καὶ νίκας, πολλὰς μὲν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, πολλὰς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ *&c. Sic etiam in paginam* 166. Ego Roberti opinionem laudo, ἐγγύς που legentis. *Denique & in paginam* 304. Roberti correcturam laudo, ἀδύνατον ἑαυτοῖς ποιοῦσιν: *(nisi potius* correctionem *ipse, quam* correcturam *dixit) vt de aliis propemodum infinitis locis taceam, in quos emendationem nostram afferens, dicit,* Robertus Stephanus recte hoc castigauit: *vel,* hoc vidit *vel,* animaduertit; *vel,* docuit, *vel,* notauit. *aut etiam,* Roberto assentior, ita legenti, *vel,* Ita lego cum Roberto. *Aut vbi annotationem suam velut nostro sigillo obsignans ei subiungit,* Steph. *quum, inquam, annotationes illius in manus sumpsissem, & nostram quidem operam in curandis vel potius sanandis plerisque Dionis vulneribus commendari abeo, sed nequaquam eandem in aliis præstari animaduertissem, (quod ab eo tamen factum esse credebam) ac viderem superesse tamen multa quibus ita opem ferre me posse sperarem, vt non minus in his quam in illis medicam nostram manum Xylander laudaturus esset: & bono esse animo cœpi. & Dionem esse pariter iussi: qui cum somnio, in quo mihi apparuerat, repente euanuit. Nec mea me spes (vt opinor) frustrata est. nam & eorum nonnulla quæ insanabilia existimabãtur, à me sanata esse, & ne ipsam quidem inuidiam hoc negaturam persuasum habeo. Ac quemadmodum illi qui arcem valde munitam & expugnatu difficilem non frustra oppugnauit, sed ita vt expugnauerit, magnam spem de aliarum, præsertimque earũ quæ minus munitæ sunt, expugnatione, concipit: ita & mihi contigit, vt quum nunc, postquam Dio in officinam nostram postliminio rediit, magnam quæ aliquot Dionis suberat locis deprauationem profligassem, ad minorem quæ alios inuasisset profligandam, non parua cum fiducia accederem. In eorum autem numero qui valde erant deprauati, poni poterat hic, qui non procul a fine libri* LIV. *[pag. 546.] legitur,* καὶ τοῦτο μὲν, εἰ καὶ τὰ πάντα, οὐ παραδίδοται. *Quis enim locum hunc valde esse deprauatum non dicat, quum quod eo dicitur (vt quidem scriptum est) omnino absurdum vel potius ænigmaticum sit? At vide quam paucis & non magnæ molis machinis expugnatus à me error ille fuerit, quum pro illis hæc substitui,* καὶ τοῦτο μὲν, ὅτι τῷ πατρὶ ἦν, οὐ παραδίδοται. *Quoniam autem mihi videor iam audire multos interrogantes de vitiato quodam loco qui tibi occurret in ipso fere Dionis historiarum principio, (id est, eorum quæ nobis è Dionis historiis supersunt) nimirum initio paginæ secundæ editionis Parisiensis (vbi & asterisco notatus est) in fine autem paginæ secundæ huius editionis: quoniam mihi videor, inquam, audire non paucos sciscitantes an nihil noui noua hæc editio afferat in locum istum,* καὶ ἀφιερωθεὶς, ὡς ἐν ἐδόκει τῆς ἀρχῆς, μετέλαβε, *&c. iam nunc quicquid in locum illum habeo, libenter cum illis communicabo. Di-*

coi-

*to igitur me in margine mei exemplaris adscriptum, (& quidem manu mea) reperisse, ἀΐδιοι τροφαὶ, pro illo monstroso vocabulo, ἀφιτροφαίς. Fuisse autem facilem lapsum ex ἀΐδιοι τροφαὶς, in ἀφιτροφαίς, nemo non vides. Neque tamen negauerim fieri etiam posse ut plura verba sint omissa & ἀΐδιοι ὁ ὑπ' αὐτοῦ αἱρεθεὶς, τροφαὶς scriptum fuerit. Ceterum cum in editione illa Parisiensi non magno interuallo adscriptus sit margini alius asteriscus, istum illum quoq; expungendi causam tibi indicabo. Veram enim lectionem te docebo, quæ in locum alterius substituta, quid opus illo erit? Quum igitur ita ibi scriptum sit, [pag. 5.] ἐπεὶ οἱ βάρβαροι ἀθυμότεροι, ἅτε ἐπικρα-τοῦντες, tu pro ἀθυμότεροι scribe ῥαθυμότεροι, & ἐπικρατοῦντες pro ἐπικρατοῦντας. atq; hanc emendationem scito multorum locorum, non Dionis tantum sed aliorum etiam historicorum, auctoritate niti. hanc enim omnes naturam esse militum ostendunt vt κρατοῦντες siue ἐπικρατοῦντες sint ῥαθυμότεροι, id est, vt victoria negligentiores illos reddat. Contra autem illorum naturæ omnino esset contrarium post victoriam esse ἀθυμοτέρους, siue ἀθυμότερον διάγειν (quod loquendi genus habes hic) quum contra victoria vel summam ἀθυμίαν in summam εὐθυμίαν repente mutet. Quid? lacunam illam quæ non longo sequitur interuallo, nimirum quam habet pagina quarta, & cui appositi sunt asterisci nō audebo adoriri? Imo audebo, & quidem (vt spero) feliciter. Vbi igitur vides scriptum esse, συνεπιλαβόντο τοῦ ἔργου * * ἀνάλωτοι αἰ, εἰ μὴ ὁ Μιθρ. ego verisimile & plusquam verisimile esse dico, scriptum fuisse συνεπιλάβοντο τοῦ ἔργου. ἐπεὶ πάντως τοὺς Ῥωμαίους ἀνάλωτοι αἰ, εἰ μὴ ὁ Μιθρ. Pro quo accusatiuo posset & nominatiuus poni, πάντως οἱ Ῥωμαῖοι: sed ex ἀνάλωτοι faciendum esset ἀναλώτησαν. At vero p. 5. inter verbū ἰσοχάζειν, (post quod asterisci notā habes) & illa τῷ ῥῆ δὲ Κ' μάνε, quū non pauca desint, externo certe auxilio opus est. Nulla autē externa ope aduersus aliam quæ paulo post occurrit deprauationē egebo, sed eā meo Marte profligabo. Nā vbi legis, ἐπὶ τ' αὐτῷ πολύχνει, hoc verbo neq; istam constructionem admittēte neq; vllā significationē quæ huic conuenire loco possit habente, scribe, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς περὶ αὐχοῦσι, id est*, & de iisdem rebus gloriantur. vel se iactant. *Quænam autem illa sit gloriatio, continuo adiicit: adeo vt hæc mea lectio optime cum sequentib. cohereat: preterquam quod hæc duo verba περὶ αὐχοῦσι in vnum περιήχει a minus attento librario facile mutari potuerunt. Nec verò nihil in eadē pagina inueni quod emendatione opus haberet. nam circa eius finem non dubium est quin scribendum sit, τὰς στρατηγοὺς διὰ γυμνασίας ἐκτήσατο. Pauca hæc esse tibi velut specimen volui emendationum mearum, quæ annotationibus reseruantur. Posteriorum inquam emendationum, ad Parisienses illas, id est Parisiensi editioni adiunctas, respiciendo: quarum facta mentio ante fuit. Quamuis autem magnam harum partem a Xylandro approbari & laudari dixerim, haud tamen omnes in ipsum contextū (vt vulgo loquimur) recipere ausus sum: easque præsertim in quibus aliquot vocabula aut etiam vnum tantum ad explendum lacunam quampiam adieci. Exempli gratia, quum pagina 523. ita scriptum sit, οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες * ὅπως σημαίνοιεν ἐν ἑαυτοῖς τὰς βουληθεῖσι δύναιντο, in illis nostris Parisiensibus castigationibus annotatur*, Sententia est imperfecta, quæ tamen ex coniectura sic perfici poterit, οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες κώδωνα ἔχουσιν, ὅπως σημαίνοιεν. *& c. aut ita, κώδωνι χρῶνται ὅπως &c. ac Xylander in suis annotationibus*, Laudo Robertum *(inquit)* qui sensit deesse hoc loco ea verba κώδωνι χρῶνται, inserenda ante hæc, ὅπως σημαίνοιεν &c. *ego tamen illi nostræ coniecturæ haud tantum tribuere ausus sum vt verba illa cæteris insererem.*

At in ipsa interpretatione nihil mutandum censui, licet locos animaduerterem multos quorum sensum interpres (vir alioqui in hoc munere & apud hunc scriptorem & apud alios non infeliciter circa valde difficiles etiam locos versatus) minime assequutus esset. Quorum e numero est quidam pag. 48, de Catilina. nam quum Dionis verba sonent, Atque is maius quam pro dignitate eorum quæ gessit nomen consequutus est, propter Ciceronis gloriam, ac propter orationes quæ in eum habitæ fuerunt. *Nisi quis malit principium ita reddi, eodem alioqui sensu*, Atq; is maius nomē quam quo res ab eo gestæ dignæ erant, consequutus est *&c. quum, inquam, Græca Dionis verba hoc sonent, quiddam valde diuersum Latina Xylandri sonant. De hoc etiam mihi monendus es lector, nonnulla te in hac interpretatione lecturum vbi sermonem vitiosum esse putabis, sed eū & aliquot aliis locis eodē loqui modo comperies. Eius autē quod dico exempla in meis annotationibus proferam, vbi & alias emendationes plurimorum Dionis locorum & quarumdam interpretationem habebis: simulque Xiphilini ex Dione eclogas, necnon alia huius ipsius (Dionis inquam) Deo fauente accipies. Hæc enim eı prælo quod nunc operam Appiano præstat, committere decretum est. Vale & deum opt. max. ora vt nostris adspirare laboribus dignetur.*

HENRICI STEPHANI IN XIPHILINI EX DIONE ECLOGAS ANNOTATIONES.

Quas cur SPICILEGIVM *vocauerit, sequens præfatio indicat.*

Lectori.

NVLLA de re minus cogitaueram quam de hoc post duos tam strenuos messores, Guilielmum Xylandrum & Fridericum Sylburgium, Spicilegio: partim quod longa peregrinatio animum a Xiphilini quoque historia auocauerat, partim quod nihil illos ne oculatissimo quidem spicilegæ reliquum fecisse existimabam. Nam etsi mihi Guilielmus Xylander quodam me ex æmulationis radicibus pullulante odio prosequutus sit, cum tamē absit vt sua laude fraudare velim: (præsertim quū illud odiū literis paulo antē mortem ad me scriptis velut eiurauerit) ad Sylburgium autem quod attinet, si eum laudare non ausim, quoniam cum eius laude mea coniuncta esse, itque adeo in me, quem habuit, nouo quodam more, dominum simul & præceptorem (quod ille beneficium pro sua ingenuitate agnoscit) redundare videtur: haud illaudatus manserit tamen, sed sua cum erudita diligentia, vel omnibus mecum tacentibus, laudauerit. Nulla inquam de re minus, quam

de ea cogitaueram: sed quum grāmatolectes typographicus vnicam superesse chartā diceret (quā typographi folium vocat) eamque nihilominus ternionis esse loco oportere, nisi quid à me adijceretur: & re vera aliquid vel de meo vel de alieno esse adijciendum viderem, vt hoc non seruati decori typographici peccatum vitari posset; ac quidpiam de meo non de alieno dare, & honestius mihi & lectori vtilius fore (quippe qui illud meum, velut quoddam ἐπίμετρον, habiturus esset) non ignorarem: venit in mentem, talia quædam qualia sequi vides, in scriptorē istum annotare. Sic tamen vt in ea quæ prima occurrunt, è libro XXXV excerpta, plus quàm in cætera consulto præstiterim.

Verum est etiam aliquid quod statui lectori προχειρίζειν, id autem est, eū de cautione quam ad lectionem huius scriptoris adhibere debet admonere. Neque tamen prius id fiet, quam finem huic ὑπομνήματι imposuero.

P. 1. p. [*Xiphilini verba sunt, circa init. li. 35.* ἑλὼν δὲ τὰ Τιγρανόκερτα μετὰ τοῦτο, τὰ μὲν ἄλλα διήρπ.] *Hæc verba* μετὰ τοῦτο (*quæ interpres non debuit omittere*) *non videntur referenda ad illud quod proxime præcedentibus verbis narratur Tigranes fecisse: quasi statim post capta a Lucullo Tigranocerta fuerint: sed perinde esse ac si diceretur* aliquanto post: *vt de paruo potius quam magno temporis internallo intelligatur. Cæterum hoc ex loco apparet, Dionem in his verbis,* τὰ δὲ ἐν Τιγρανοκέρτοις, στασιασάντων πρὸς τοὺς Ῥωμαίους τῶν ξένων τῶν συνοικούντων αὐτοῖς, εἷλε, *non inchoare historiam de Tigranocertis, sed ad eam reuerti. Ac quum dicit paulo ante,* Λούκουλλος δὲ Τιγράνην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν, *hoc intelligendum esse de ista quam Xiphilinus commemorat fuga: quæ certe non debuit istud ad eam pertinens omittere. Proinde est ac si diceretur*, Lucullū fugam hanc haud difficilem illi reddidisse. *Ib.* τὰς δὲ γυναῖκας τῶν δυν.] *Omittit Xiphilinus post* γυναῖκας *genitiuum* τῶν δυνατωτάτων, *omnino necessarium, & quem prætermittere non debuit. Alioqui vix credibile esset quod dicitur. nam mulieres omnes ab iniuria militum in tali vrbis expugnatione fuisse conseruatas, cui fiat verisimile? At non & hoc fuerit incredibile, Lucullum τὰς γυναῖκας τῶν δυνατωτάτων, & quidem πολλάς, id est*, multas Optimatum vxores, *ab iniuria tutatum esse? Quum autem dicat Dio* ἄνευ ὕβρεως οὐ ἐφύλαξε, *maluit dicere Xiphilinus, eodem alioqui sensu* ἀνυβρίστους ἐφύλαξεν. *Nisi forte apud Dionem aliquis illas duas voces* ἄνευ ὕβρεως *pro expositione vocis illius* ἀνυβρίστους (*alioqui tamen haud obscuræ*) *margini adscripserat: quæ deinde in locum huius irrepserint.*

Ib. Xiphil. τὰς μ. τ. φ. προσεποιήσατο] *Aptior est media vox* προσεποιήσατο, *quæ apud Dionem legitur. Xiphil. ib. circa init.* ἀλλ' εὐθὺς ἐξέμαθεν ὅσον ἡ τε ἀρετὴ καὶ ἡ τέχνη παντὸς ὁμίλου κρατεῖ.] *In huius pulchræ sententiæ interpretatione non fuit omittenda vox* παντός: *sed dicendum*: Statim enim intellexit, quantum virtus (*vel* fortitudo) & ars quantumuis magnæ multitudini antecellat, *siue* præpolleat. *Nam* παντὸς *ita intelligendum censeo. Xiphil. ib.* καὶ τῷ Ἀρμενίῳ βοήθειαν οὐκ ἀπίστευσεν] *Expuncta negante particula legendum suspicor,* βοήθειαν ἀπίστευσεν, *pro illis* βοήθειαν οὐκ ἀπίστευσεν. *Ac ignorationem vsus vocula* οὖν *sequente* καὶ (*quamuis alioqui & aliis plerisque in locis ita vtatur Dio, post Thucydidem*) *huic loco deprauationem attulisse existimo: si quidem sit deprauatus. Apud ipsum autem Dionem nequaquam Pacoro sed Arsaci Lucullum* ἀπειλῆσαι (id est, minatum esse) *legimus, si Tigrani & Mithridati suppetias ferret: & simul quedam esse pollicitum si suis partibus fauere mallet: Arsacem antē cum eo tum iniisse societatem, postea tamen ob quandam suspicionem (quam & describit) nulla auxilia illi suppeditasse, sed nec quidquam aduersatum esse. verum neutrum seruasse. Quid? an quod de Arsace dictum a · sone fuit, Xiphilinum de Pacoro narrasse suspicabimur. ita quia nimirum omnia quæ in medio sunt omiserit (etiam facta τῶν ἀπειλῶν mentionem, non item τῶν ὑποσχέσεων, mentione) & sensum non etiam ipsa Dionis verba proposuerit. Hoc ego vix suspicare ausim: quod si tamen huic suspicioni dandus locus esset retineri lectio illa deberet,* βοήθειαν οὐκ ἀπίστευσεν. *Sed obiter & de quodam mendo, quod huic Dionis loco subest, monere te libet. Nam vbi legis* καὶ ὑπομείνας ἐπ' αὐτῷ βοήθειαν ἐπεμψεν, *ego pro his* ἐπ' αὐτῷ (*quæ ferri non possunt*) *substituendum esse dico,* ἐπ' αὐτῷ. *Xiphil.* τοῦ Τιγράνου ταύτην οὕτως] *Non placet hic pronomen* ταύτην: *sed vereor ne in* αὐλὴν *aut aliam quampiam vocem mutare oporteat, quæ tale quid significet, simulque ad illud vocabulum* ταύτην *accedat, quod ad scripturam attinet.*

Xiph. ib. στρατηγικώτατος] *Ita & apud Dionem p. 7. init. scribendum, non* στρατηγικώτερος. *Ceterum hæc verba,* ἀλλ' ὅμως, *Dionis non sunt, sed Xiphilini, ad ea quæ sequuntur transire volentis, & ita quidem vt quodam cen vinculo cum præcedentibus cohereant. At Dio,* καὶ θαυμάσῃ μηδεὶς, *inquit,* ὅτι στρατηγικώτερος αὐτὸς ὁ Λούκουλλος γενόμενος, *&c. Sed scribendum* στρατηγικώτατος. *Non solum autem aptius dicitur istud,* καὶ θαυμάσῃ μηδεὶς *&c. quam illud,* ἀλλ' ὅμως; *sed etiam hic ad quem transit sermo melius cum præcedentibus cohæret, quam cum iis quæ apud hunc precedunt cohærere vides: apud quem ideo suspicetur quispiam fortasse nonnulla ante* ἀλλ' ὅμως *desiderari. Ib. apud Dionem p. 7, legimus* πάντη στρατῷ καὶ ἐπὶ πλεῖον: *sed vel horum alterum esse supernacaneum, Xiphilinus, cuius verba,* τῷ στρατῷ ἐπὶ πλεῖον, *mecum indicant, vel in suo exemplari alterum tantum inuenit. Ibidem quos Dio dixerat οὐκ ἀφανεῖς non debuit Xiphilinus* μεγίστους *appellare: quum aliqui possint esse* οὐκ ἀφανεῖς, *& tamē* μεγίστων *titulo indigni. Verum & hoc obiter addo, quum apud Dionem legamus δύο βασιλίδας ἐπικρατήσας, ab illo dici,* δύο βασιλείας κρατήσας; *quod malo, licet* ἐπικρατήσας *& in aliis Dionis locis legatur. Ib. Quid an hæc,* τῆς τε Ἀσίας ἐπὶ πλεῖστον κρατήσας, *Xiphilinum de suo addidisse, an deesse nostris exemplaribus credemus? Hoc magis quam illud mihi sit verisimile. Sed hoc addo, Xiphilinum non debuisse post* κρατήσας *ista prætermittere,* ἑλὼν τ' ἄν, εἴπερ ταχὺ ἐπολέμησεν ἐβεβούλητο. *longe enim plus est hoc quam illud: quum multi superentur principes qui tamen capi nequeunt. Ac non debere hæc, tanquam supposititia suspecta esse, quoniam à Xiphilino prætermissa sunt, inde apparet quod ista εἴπερ ταχὺ ἐπολέμησεν ἐβεβούλητο, optime conueniunt cum iis quæ pagina prima tradit (postquam dixit Lucullum Tigranem fugientem insequutum non esse, sed omnino otium euadendi illi concessisse)* καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ αἰτίαν ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον ἐπὶ πλεῖον ἄρχων καταλῦσαι, *ἔσχε. Xiph. ib.* ἀπειθεῖν ὕστερον καὶ πάντα τοὺς στρατιώτας ἐχρῆσαν] *Aliquanto plus esse videtur, quod dicit Xiphilinus, quam, quod Dio. Possint enim aliqui milites subinde (nam hic* ἀεὶ *accipi ita debet) tumultuari seu seditiones mouere, & tandem suum ducem deserere qui tamen ad omnia non sunt immorigeri, siue inobsequentes. nam hoc sonat* ἀπειθεῖς, *non* infidi, *vt tamen hic reddi vides quum alioqui possit quis esse immoriger, qui non item infidus esse & perfidia vti sustineat. Credibile est autem Xiphilinum à Dionis verbis discedentem, dixisse* ἀπειθεῖν τοὺς στρατιώτας ἐχρῆσαν, *ad illud respicientem, quod sequi solet, ex iis quæ à Dione de Luculli militib. scribuntur: aut etiam ad alios vel eius vel aliorū historicorum locos, vbi* ἀπειθεῖς *siue* δυσπειθεῖς *milites dicuntur: itidemque de illis* ἀπει-

ἀσπίδεια siue διχοστασία. sic apud Appianum libro de bellis ciuilibus secundo, in quadam Cæsaris ad milites suos concione, legimus διχοστασίαν τῶ στρατηγῶ (qui genitiuus obseruatione dignus est, pro ἐν τῷ στρατηγῷ) verum ibi Candidus dissidentiam *male interpretatur, & quidem peius etiam quam Xylander ἀσπίδεια vertit in*-tidis *in illo nostri Xiphilini loco. Neque vero pigebit hoc addere, illam διχοστασίαν tanquam maximum in Pompeianis militibus malum a Cæsare ita proponi, vt contra τὸ εὐσταθὲς suorum pro summo se habere bono ostendit. Huc autem pertinet illud de Scipione apud eundem historicum, in commentario de bellis Punicis in fine pag. 70. meæ editionis, θεραπεύων (quæ vox suspecta est) οὕτω κατασκευὴν τὸ πολιτικὸν οἱ μὴ τὸ ἴδιον κρατίνειν. Itidemque in historia de bellis Hispanicis idem de eodem scribit (pag. 303.) οὐ ταχέως ἐς μισθοφορίαν πλησίον πρὶν καταχρῆν τὸ ἴδιον στρατιωτῶν. Hæc in istam è Dionis* XXXV *libro eclogen visum est annotare: ea potissimum de causa vt aliquot exemplis ostenderem, quomodo Xiphilinus in iis quæ è Dione excerpsit, se gesserit. Quæ de re quæ amplius dicenda videbuntur, his notis subiungam. Quum autem ea quæ apud Xiphilinum leguntur vsque ad Neronis vitã, salua nobis apud Dionem remanserint, & in hunc quam in illum (Xiphilinum inquam) lectori operam meam in quibusdam locis partim emendandis partim exponendis præstare malim: hinc ad illam Neronis vitam transitum faciam, quum ibi principium sit eorum de quibus non iam ipsius Dionis libros, sed tantum ipsius Xiphilini eclogas habemus. Non deerant alioqui quæ iam nunc quosdam in locos afferrem. Exempli gratia, quum circa principium sequentis eclogæ è libro* XXXVI *scriptum sit, καὶ ἐπερχομένη αὐξηθεῖσα νεῦρα καὶ τόλμαν; &, quod hanc scripturam ferri non posse, manifestum est, hæc emendatio afferatur, αὐξηθεῖσα νεῦρα ἐς τόλμαν: alia mihi in promptu erat, αὐξηθεῖσα νεῦρα ἐς τόλμαν ἀφ' ὁρμῆς. Sic etiam in quosdam locos eorum quæ è libro sequente (qui est* XXXVII*) excerpta sunt, habebam quæ afferrem. Exempli gratia, quum legamus, τοῖς μὲν ἄλλοις τὸ ἀντίον ἀπήντησεν, hic ἀντίον non esse mutandum in ἐναντίον, sed in ἐναντιώτατον, ex alio Dionis loco probare poteram. Ac quum paruo interuallo sequatur hic locus, ἐκέλευσεν πᾶσι διὰ προγραφῆς εὐθυμεῖσθαι. [Dio pag. 334] in cuius interpretatione turpiter lapsus est Blancus, & de ea tamen, vtpote non animaduersa, cæteri tacuerint, ego contra eius emendationem paratam habebam. Nam quum hæc Dionis verba, ἐκέλευσεν πᾶσι διὰ προγραφῆς εὐθυμεῖσθαι, Blancus ita reddiderit,* iusserunt enim ciuibus vt ista proscriptione lætarentur: *consideraueram primum quidem, Græcos dicturos potius esse εὐθυμοῦμαι τούτῳ, quam εὐθυμοῦμαι διὰ τοῦτο (si tamen aliter quam absolute hoc verbo vtuntur, ac non potius ἥδομαι τούτῳ vel τέρπομαι τούτῳ dicunt) Deinde vero parum esse verisimile, illos lætitiam quam imperabant, ad rem illam restrinxisse. Simul verò & illud animaduerteram, quod ab interprete animaduersum haud erat, προγραφὴν inter alia eundem etiam quem πρόγραμμα vsum obtinere, atque id quod & Latinis* programma *significare. Tandem igitur mihi persuaseram, illam interpretationem in hanc mutari debere,* programmate omnibus imperarunt, vt lætarentur. *vel,* vt se lætitiæ darent. *Quod imperium Dio iure optimo tyrannicum & ridiculum appellat. Cæterum quod mihi antea persuaseram; nunc quoque persuasum habeo, nec dubito, quin aliis persuadeam. In alios etiam nonnulla habebam locos, quæ iam nunc exhibuissem, nisi Dioni reseruare quam ius hanc Xiphilini editionem participare maluissem. Ad eam autem quam solus hic requirit operam, circa ea videlicet, quæ sumpsit ex iis Dionis libris, qui interciderunt, veniendum nunc est.*

In Xiphilini Eclogas e Dione, de Vitis imperatorum, quæ apud ipsum Dionem non exstant.

Pag. 689. f. διηγούμενος αὐτῇ] Posset etiam legi, διηγούμενος καὶ λέγων καὶ ποιοῦντος δεινά. At seruando quam habemus lectionem, intelligendum esset, κατὰ τὸ λέγειν & κατὰ τὸ ποιεῖν.

690, p. τί γὰρ ἄν τις] Debuit interpres dicere potius, Quid enim attinet aliquem cæterorum quoque calamitates deplorare? *ἐκ τῆς τοῦ ἡλ.] Non sonant verba Dionis quod dicit interpres,* antequam sol ortus esse videretur: *sed perinde est ac si quis dicat,* ex nulla manifesta solis appulsione, *siue,* ex nullo manifesto solis appulsu: *vt quidem dicitur* sol eius appellere *quo radios suos immittit. Ibid. παρανοήσαντα μὲν οὖν τὸν ἐξέδρ.] Intelligendum apud interpretem,* demens facta. *Atque is locum hunc rectius vertisset hoc modo;* Adeo ea potestate mente is exiit, vt etiam hoc ipsum exclamauerit. *Statim post;* Cuius quidem vt ei futurum erat vt eam postea valde pœniteret. *Ib. hi. παρέδωκε τ. μ.] Magis potuisset Græcis verbis insistere, sic interpretando* occasionem præbuit vatibus dicendi. *Ib. ὥσπερ τὸ γῆρ.] Scribo ὥσπερ αὐτοὶ τὸ γῆρας de quo scriptura lege annot. quæ hanc excipit. Ib. ἵνα τὴν γνώμην διὰ τ.] Verum quidem hoc est, quod de serpentibus ab interprete dicitur,* Serpentes enim positis exuuiis vna exuere senectutem existimantur: *(quod & à Tibullo scribitur* Serpens nouus exuit annos*) sed aliud tamen sonant Dionis verba, hoc videlicet,* quoniam serpentes hac de causa exuere senium existimantur. *Intellige autem* hac de causa, *vt vires accipiant, referendo ad id quod proxime præcessit. Sed quomodo rationi consentaneum hoc est, vt vates ex serpente, qui senectutem exuerat ad sumendas vires, coniecerint, Neronem ab homine illo sene magnam potentiam accepturum? Vt enim comparatio hæc locum habeat, dicere oportet sicut serpentem, ita & hominem in senectute viribus destitui. At quomodo magnas vires aliquis ab eo accipiet qui iis destituitur? Contendo igitur articulum τὴν desiderari, & hoc ante eum quem habemus articulum, videlicet τὸ posito, alium sensum, & quidem cum hoc quod proponitur serpentis exemplo conuenientem, esse futurum. Nam ita scribendo; ὅτι ἰσχὺν παρὰ τοῦ γέροντος μεγάλην λήψεται. ita locum illũ interpretabimur,* occasionem præbuit vatibus dicendi, fore vt magnam potentiam vltra eam quam senex præditus esset, acciperet: *tanquam Domitio suam itidem senectutem exeunte, per Neronis principatum. Ib. τοσαῦτα δ' ἐ] Pro τοσαῦτα scribendum puto, τοιαῦτα.* Talia autem *(inquit)* fuerunt quæ senatui legit, & ipsa à Seneca scripta, vt decreto senatus insculpta sint columnæ argẽteæ. *At si τοσαῦτα retineamus, haud possunt illi apte respondere quæ sequuntur. exponendus enim hic locus ita fuerit.* Tam multa autem fuerunt, quæ senatui legit, & ipsa *(&c.)* vt, inscripta sint col. arg. *Sed quum videret interpres non apte subiungi hæc voci, τοσαῦτα, ipsam ita reddidit,* tantã vim habuerunt, *noua interpretatione: perinde ac si ista τοσαῦτα ἴσχυσαν idem valere possent quod τοσοῦτον ἴσχυσεν ἃ εἶπεν, vel τοσαύτην ἰσχὺν εἶχε. Antea autem ex coniectura, quæ non eodem modo parua mutatione contenta erat, sed videri audax (contra meum alioqui morem,) poterat, & ante & post τοσαῦτα (hoc enim nomen retinebam quadam ad-*

debam: hoc modo, ἵνα ὁ Κλαύδιος ἰδὼν ... καὶ ἄλλα πᾶσι τε, οὕτω δ' ... τὴν βουλ. *Sic tamen vt vel hæc verba* ... *vel alia quæ eundem aut similem sensum efficerent, deesse suspicarer. Ib.* κατὰ συγγραφὴν *] Non dubium est, quin vocabulum* συγγραφὴ *eũ hic vsum habeat, quem latini dant suo* syngrapha, *quod ex illo fecerũt. Ideoque debuit interpres dicere potius,* ad certam quandam syngrapham, *quam,* ad certum quoddam præscriptum. *Verum nec in ceteris mihi satis placet periodi huius interpretatio. Quum enim ista Dionis verba,* ὥ εἰ μὴ ἐκ τούτων ὡς καὶ κατὰ συγγραφὴν τινα καλῶς ἄρχειν ... παρεσκευάζοντο, *ita reddantur,* Quibus rebus omnibus id agebant; vt tanquam ad certum quoddam præscriptum optimè res gererentur: *ego ita reddenda censeo,* Atque hi quidem ex his, ad accipiendum, tanquam ad certam quandam syngrapham, bonum regimen, sese comparabant. *Hunc autem vocis huius* συγγραφὴ *vsum & in alio huius operis loco habemus. Ibid. f.* φρονιμώτ. *] Ita Dio,* φρονιμώτατοι τε ἅμα καὶ δυνατώτατοι τῶν περὶ τὸν Νέρωνα ὄντες, *quæ ita reddita sunt ab interprete,* hominis sapientissimi & apud Neronem summæ autoritatis. *At ego illa sic debuisse verti dico;* homines omnium quos Nero circa se habebat prudentissimi & maximæ autoritatis.

Pag. 691. Apud Interpr. Et ad matrem excip. *Nõ omittenda erat particula* ὡς, *sed dicendum* tanquam ad matrem excipiendam: *siue*, ad matrem comiter excipiendam, *vel* accipiendam. *Nisi quis malit*, tanquam ad dextram matri porrigendam. *Ib. m. Hæc verba,* καὶ διώκησαν ἐφ' ὅσον ἐδυνήθησαν ἄριστα καὶ δικαιότατα. *interpres male ita vertit*, quam potentiam quousque obtinere potuerunt, omnia sunt ab iis optime & iustissime administrata. *Nam ad hoc significandum oportuisset ita scribi: καὶ διώκησαν, ἐφ' ὅσον ἐδυνήθησαν αὐτὴν κατέχειν (vel ἴσχυσαν, aut tale quid) ἄριστα καὶ δικαιότατα. At sequendo quam habemus lectionem,* ἐφ' ὅσον *cum his superlatiuis iungitur, hoc sensu,* Et ipsam quam potuerunt optime & iustissime administrarunt. *Sed ne hoc quidem probo quod* ἀρχὴν *vertat* potentiam. *aptius enim* τὴν ἀρχὴν διοικεῖν *redderetur*, imperium administrare, *vel* gubernare; *quam* potentiam administrare. *Ibid.* τρυφῇ ἀκαταπλήκτω *] Considerandа fuit interpreti vis huius vocabuli* ἀκαταπλήκτω: *& animaduertendum, sequi paulo post ipsum etiam verbum ex quo nomen illud originem habet. Mox pro his Græcis,* περὶ κώμους ὠκώμαζε, *habes hæc latina,* cum libidinosis luxuriosè viuebat: *quum tamen proprio vocabulo & Latinis valde vsitato (licet ex illo Græco factum sit) vtendum fuerit: ac dicendũ*, commessationes obibat: *vel, vno verbo*, commessabatur. *Vt autem hic verbis istis* περὶ κώμους ὠκώμαζε *subiungitur* ἐμέθυε, *sic pag. 735. p. copulantur* μέθαι *&* κῶμοι. *Vide pagina 160. m. Statim ne hoc quidem recte*, iisdem in posterum vti. *Nam* ἔτι μᾶλλον *non sonat*, in posterum, *sed* largius; *vel*, magis ac magis. *Ibidem* τὰ δὲ καὶ φιλονεικ. *] Locus hic ita reddendus fuit*, partim cum magna contentione operam dare vt neque matre, tanquam potentiore (*vel* maiore dignitate prædita) inferiorem locum teneret, neque à Seneca & Burro, tanquam prudentioribus, superaretur. Tandemque illum depuduit, & omnibus eorum præceptis confusis & calcatis, tendere ad Caium cœpit. *id est*, Caii vestigiis insistere, *siue* Caium æmulari. *sicut sequitur,* ὡς δ' ἅπαξ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐπεθύμησε. *Ibid. f.* ἀπὸ δὲ τούτου *m.] Vel,* Ab hoc tempore. *siue*, Quo ex tempore cœpit. *Non oportuit autem* ὡς εἰκὸς *(hoc quidem loco) vertere*, vt par est: *sed*, vt verisimile est. *Neque enim de eo loquitur, quod fieri par est, sed quod fieri solet.*

692. p. Particip. τὸ κείμενον *non sonat* numeratum; *sed* positum, *ac propriè* iacens; *si hac de re dici posset. Id est,* Pecunia quæ ibi congesta erat quantam summam efficeret. *Cæterum (hoc enim obiter in gratiam quorundam lectorum commemorabo) quod hic narratur factum ad deterrendum Neronem a liberalitate tam prodiga (si ita loqui licet) idem factum fuit erga Franciscum Galliæ regem, hoc nomine primum. quum enim adamantem immenso pretio a mercatore emisset, quidam dederunt operam vt antequam illa ingens summa mercatori numeraretur, magnum eius aceruum rex cerneret: tanquam futurum esset fortasse, vt eum pœniteret, ac sententiam mutaret: ideoque eam super mensam coacervarunt quæ erat in quodam cubiculo, per quod transire regem oportebat. Ille transiens miratus quidem est, quum in vsum congesta tanta summa esset: sed quum intellexisset esse quod promiserat adamantis pretium, in sententia perstitit. Verum Neronis non solum eandem voluntatem mansisse, sed ita creuisse, vt prodigentiam suam duplicaret, legimus. Statim, rectius* αὐτὸ, *vt in quondam exempl. Ibidem scribendum est,* πολὺ δὲ μᾶλλον. *vel* πολὺ δὲ μᾶλλον ... *Neque enim aduerbii* μᾶλλον *ellipsin talibus in locis habere possumus, quin suspecti sint: quamuis alioqui in certis quibusdam ...constet. Ideo autem dicit,* πολὺ δὲ μᾶλλον ..., *quoniam præcesserat,* παμπόλλην, *tanquam hic secundam* παμπόλλην *velit adducere. Mox ibid. perperam interpres* πόρους καινοὺς *vertit* reditus nouos: *quum tyrannica pecuniarum exactiones postea describantur: pecunias autem ita comparatas redituum nomine sciamus haud censeri. Debuit igitur ita vertere:* Statim igitur nouis quærendæ pecuniæ artibus illi opus fuit. *Ibid. Aliud est, inhiare locupletum facultatibus, aliud in eas inquirere. Prius quidem iis inhiatur, postea vero in eas inquiritur. Verba igitur ista,* ἐ αἱ οὐσίαι τῶν ἐχόντων τι ἐπολυπραγμονοῦντο, *erant ita reddenda*, & in facultates eorum, quibus aliquid bonorum erat, inquirebatur. *Nam ita loquitur Seneca. Nec vero* οἱ ἔχοντες *non sunt aliquam locupletes: sed magis etiam propriè ii quibus mediocria saltem bona sunt, siue mediocres facultates. (quamuis non ignorem,* ἔχοντα *absque vllius vocula adiectione, de locuplete etiam dici) Quod si in eos inquirebatur, quanto magis in locupletes inquisitum fuisse putandum est. Præterea animaduertendum erat, non dici* τὰς οὐσίας ἐπολυπραγμόνει, *sed* αἱ οὐσίαι ἐπολυπραγμονοῦντο. *eodemque intelligendum est modo illud* ἐξελέγετο. *Vide annot. in ista verba (quæ sunt in fine pag. præcedentis)* αἰκίζεσθαι, ἐπορίζετο, ἠρπάζετο. *Ib.* ἐξ ἐπηρείας *] Si vllo in loco* ἐπήρεια calumniam *significat*, (*vt Bud. Demosthenem ita vsum esse hac voce existimat.*) *de hoc certe maxime & de similibus id dicendum crediderim. Ib. statim verbi huius* προσαπώλοντο *vis non exprimitur ab interprete, quum dicit*, eorumque nonnullos occidit: *potuisset autem exprimi si dixisset*, alii præter ipsas facultates & ipsi perierunt. *Ibid. m.* τὰ ἅρματα ἰθὺς καθεῖκαν *] Si* dimiserunt, *significare voluisset,* ἀφῆκαν, *non* καθεῖκαν, *dicere debuisset. Ego* καθεῖκαν *dictum puto tanquam è loco superiore in inferiorem. Sic autem Alcib. apud Thucyd. cum eodem nomine vtitur hoc verbo, dicens,* ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα.

693 ἄλλα ἄλλοις *] Non dubito quin scribendum sit* ἄλλοι ἄλλως. *Ibid. f. Videtur deesse particula* ἂν *ante* ἐμιμεῖτο *quod nunc dictum erit pro* ἐμιμήσατο. *Sic tamen vt magis nonum futurum sit* ἐμιμεῖτο, *pro* ἐμιμήσατο ἄν. *Ibidem vel* αἰνιγμοῖς τοῦ, *vel* ὡς τοῦ αἰνίγμα *dicendum fuit. Sed fortasse litera hæ* ὡς *sunt vltima alicuius quod particulam* τοῦ *præcedebat aduerbii. Nec absimile est id fuisse* εἰδὼς ὡς αἰνίγμα.

694, m. Male interpretatur vocem καταστρέχων. *non*

non enim insultabat. Seneca iis qui cum principibus versabantur, sed tantum eos insectabatur, siue in eos inuehebatur. Dicendum igitur erat, quumque veheretur in eos: vel, insectaretur eos. *Idem scriptor* καθάπερ μιᾷ πληγῇ *pro eodem dicit, editionis meæ pag. 71. Statim, aliud sonat* διαβάλλειν, *quam* detestans; *ac potest quis aliquem* διαβάλλειν *quem tamen in animo nō detesteteur. Debuit ergo dicere*, cū obtrectaret assentatorib. *Ib. Ne hoc quidē verbum* ἐθεράπευε *recte vertit, non n. est* colere *(quod significare volentes dicunt sæpe* θεραπεύειν*) sed idem valet, quod* κολακεύειν, *quo vsu modo est.* Quum *(inquit)* assentationem in aliis accusaret, ipsemet reginis & libertis adulabatur. *Sed plus est* θωπεύειν *quam* κολακεύειν, *(quod augens pag. 696, f dicit,* ὑπερκολακεύων*)* & *turpius quiddam ac magis* δουλοπρεπὲς *significat. ita vt perinde sit ac si diceret, ipsemet non solum* ἐκολάκευε, *sed etiam* ἐθώπευε. *Sic autem* Adulari *plus esse quam* Assentari *existimatur. Ibid. paullo post* Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ἃ πάντα τὰ ἀκόλ.] *Fortasse scripsit ita Dio,* &*(* Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ἃ πάντα τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ διδόασιν*)* τοὺς ἀπελέγχειν παρέχει τινα ... *Neque enim altera fieri potest lectio. Ibid. f. Addo particulam* ἂν *post vocem* ἱκανὸν: *vt sit pro* ἄν ... ἱκανὸς ὄντος. *Ibid. f.* ἠράσθη αὐτῆς] *Quum de amore Agrippinæ intelligendum sit tutius fuerit* αὐτῆς *scribere. Ib.* ἐκείνην] *Assentior veteri exemplo in quo* ἐκεῖνο *legitur.*

695, p. προσπαίζων. *Malim* cum eo iocans. *Sic enim* & *alibi hoc verbo vtitur. Ib. Proprium verbi* ἐπαναφέρειν *vsum (pro quo vsitatius est* ἐπιφέρεσθαι*) nō assequitur, quum dicit*, siue crimen à se deriuare cuperet. *Sonant enim Dionis verba*, siue crimen cui affinis erat *(aut, reddendo verbum verbo,* crimen quod aduersus se erat*)* obtegere. *Sed quodnam hoc crimen erat? nimirum quod ipsemet Neronis vitæ insidiaretur: vt apparet ex his, quæ valde paruo interuallo sequuntur,* ἵν' ὡς τάχιστα ἃ περὶ δεδὸ ἃ περὶ αὐθρώπων ... *Mox,* ἐφ' ἑαυτῆς) *Contendo scribendum esse* ἀφ' ἑαυτῆς. *Deinde non dubium est quin, vt præcedit* ἐλογίζετο, *ita sequi debeat,* ἐνεθυμεῖτο, *præsertim quum accedat* & *vnius exemplaris authoritas. Ib. paullo post verba hæc* ὡς καὶ ἐπιθυμίας αὐτῇ ἐμβ. *non solum accipi possent in hunc sensum,* vt etiam cupiditatem ei iniceret vtendi semper illo nauigio *(non secus quam si dictum esset* ἵνα ἃ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβάλῃ*) quem interpres sensum sequutus est: sed sic etiam intelligi, ita, vt (vel adeo vt)* cupiditatem ei iniecerit. *perinde ac si scripsisset,* ὥστε ἃ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβαλεῖν. *Sed non minus prior illa interpretatio arridet. Ib. mox, pro his,* ἐπεὶ ἦλθεν, *affertur ex quodam manuscripto libro* ἐπεὶ δ' ... ταῦτ, *ita vt manifeste mendosa sit vtraque lectio. Cogitandum ergo an ex* δ' ... *fieri possit* ἤδη. *Alioqui videri possit scribendum,* ἐπεὶ ἤδη ἐκεῖ ... ταῦθ', *aut* ἐπεὶ ἤδη ... ταῦτ'. *Ibidem* ... *) Parenthesis nota posterior seruanda est vsque ad verbum* διαδέξασθαι. *nam* & *hoc ea includitur. Miretur autem aliquis quomodo* ἀλλ', *ac plane* ἀλλὰ *scriptum sit, quum relictis iis quæ per parenthesin interiecta sunt, sequatur,* διελόντες: *hoc modo* ἀλλὰ, *non illud* ἀλλ' διελόμενοι ταῖς: & *tamen* ἀλλὰ, *non illud* ἀλλ' *cum apostrophi nota, præcedere debeat. sed obseruaui idem* & *in aliis vsuuenire locis, non apud hunc scriptorem tantum, sed apud alios etiam: quoniam ratio habeatur vocabulo quod proxime sequitur in parenthesi (id est, primum ex iis est, quæ parenthesi includuntur)* & *à vocali habet initium: non autem eius ad quod illa fertur particula, si omittantur τὰ παρενθέντα. De hoc etiam moneo, alicubi inueniri* ἀλλ' οὐ γὰρ, *sequente aliquanto post verbo, vbi quum primo aspectu videri possit locum habere itidem parenthesis nota ante* οὐ γὰρ, *non habet tamen. Sed hæc verba,* πλὴν ... λογίας τῆς ... *γίας, interpres non recte reddit. ita enim ille, neque celare diutius potuit mare* fraudem nefarii sceleris. *Intelligit enim Dio mendacium, quod Nero de illo nefario facinore post quam patratum esset, spargi volebat: dicens* τῆς ψευδολογίας τῆς αἰσιουργίας, *pro his* τῆς ψευδολογίας τῆς περὶ τῆς αἰσιουργίας. *(nec absimile vero fuerit ita eum scripsisse, sed librarium hasce voculas* τῆς περὶ *ante* τῆς *omisisse) siue* τῆς περὶ τῆς αἰσιουργίας ψευδολογίας. *Ib. f. Quum præcedat* ἔλεγε, *videri possit scribendum* εὐηγγελίζετο. *Alioqui si quis scribi velit* ἔλεξε, *conueniet cum præcedente* ἔπεμψε, & *sequi oportebit itidem,* εὐηγγελίσατο. *Nisi quis malit* εὐηγγέλιζε. *Sed* εὐηγγελίζετο *scribentes, illud loquendi genus, quo interpres vtitur, retineamus, ita reddere poterimus,* & euangelia de sua incolumitate ad eū mittebat. *Alioqui* & *licebit ita interpretari,* lætum de sua incolumitate nuntium mittebat. *Verum particula* δῆθεν *nequaquam a nobis, sicut ab illo prætermittenda fuerit: sed dicendum,* lætum scilicet de sua incolumitate nuntium mittebat. & *intelligendum, lætum illi futurum scilicet. Ironicum autem erit hoc* scilicet, *quo redditur Græcum illud* δῆθεν, *ab isto interprete non hic tantum, sed aliis plerisque locis prætermissum.*

696, δι' ἐν ἄλλαις τι] *Tanquam legens* ἄλλας τε πολλὰς, *vertit*, præter alios mu[l]tos: *sed cum de suo potius hanc vocem* multos *adiecisse arbitror. Mox pro his,* ἀπιστία αὐτῇ ... *videtur dici potuisse*, diffidentia ei suborta: *n.* & *intelligi debere de ea quæ diu non durauerit. Ibid.* ... αὐτῆ] *Legit hic interpres* αὐτῇ, *(quod sit pro* ἑαυτῇ *sibiipsi) vt nominatiuus verbi* συνῄδει *sit Agrippina, nō Nero. Sed non video cur lectio nostra mutari debeat, quum dici possit* ... *Ib. f.* ... ἐκείνων] *Dicitur hic de Nerone, (sequendo horum verborum interpretationem) quod nec ab eo nec a quoquam fieri alio potest. Quomodo n. de vllis vere hoc dici potest*, Neronē eos sustulisse & sublaturū esse? *Substitue igitur hanc interpretationē in locū illius*, at si illorū etiāqui summis eum laudibus efficiebant multos partim perdidit, partim perditurus est. *Ib. Aduerb.* δουλοπρεπῶς *cū verbo* ... *iungitur, at* μᾶλλον *cum participio* ἀσχημονοῦντα: *sed interpres hoc quoque aduerbium cum* ... *iungit:* & *perinde locum hunc reddit ac si non* ἀσχημονοῦντα, *sed* ἀσχημόνως *scriptū esset, hoc modo:* ... μᾶλλον ἀσχημόνως ... *At scripturā nostram seruando, ita vertendus hic fuit locus*, quid attinet frustra se gerentem turpiter, seruili quadam morte perire? *Vt autem hic* ἀσχημονοῦντα, *sic pag. seq. 698.* ἀσχημοσύνης *habemus. At ne hæc quidem quæ proxime sequuntur* ... ἀποδοῦναι τῇ φύσει τὸ ὀφειλόμενον, *mihi videntur recte esse reddita: sed malim ita vertere*, cum liceat eo quo decet ingenuos modo debitum naturæ reddere? *Ac præterea illud* ἐλευθερίως, *cuius interpretatio mihi non satisfacit, miror cur* ἀποδοῦναι τῇ φύσει τὸ ὀφειλόμενον, m[u]nus naturæ explere, *verterit, ac non* debitum naturæ redd[ere].

697, ...] *Adiuuanda est verbi huius* ... *interpretatio, hoc modo;* Te expositum non tollo. *Alioqui enim ambigua verbi huius* tollo *significatio aliquem posset in errorem inducere. Ibid.* ...] *Satis fuisset pro* ... *dicere* vilissimi atque abiectissimi, *vel potius hoc posteriore tantū vti. Ib.* ...] *Immo dicēdum fuit*, cæteris eq; omnes, *referendo ad* familias.

698, p. *Metaphoricum hoc vocabulum* ... *videtur potuisse melius reddi Latina voce* tyrocinia. *Mox ib. ita scribendum censeo,* & *ita scriptum fuisse puto hinc locum;* ... *(vel potius* ...*)* ... *γεγραμμένων ὡς* ... *ac, quum interpres hic ita eū vertat;* faciebat en[i]m ad plebē paruos glo-

bos inscriptos, tanquam in singulis eorum aliquid inesset: ergo ita vertendum existimo, Iaciebat enim plebi paruos globos, quorum vnusquisque aliquid eorum inscriptum habebat. *Hoc autem inter alia imposuit huic interpreti, quod particulam ὡς cum participio ἔχοντα iungendam putauit, quum nomini ἕκαστα præfigatur* ... *Intellige autem* aliquid eorum *quæ paulo ante recensuit. Horum autem σφαιρίων & alibi mentionem facit: vt in Domitiano pag. 760, m.* ... *Pag. autem 7* · *7. eadē fere de illis, quæ hic. Et in Adriano pag 791.* ... *&c. Sed in eo in quem hæc annotatio scribitur loco videmus & σύμβολα nominari: quod conuenit cum* tesserarum *appellatione, quæ apud Suetoniū inuenitur,* tesseras nummarias & frumentarias *dicentem. At Lampridius* sortes *etiam vocat. Ib. statim videri posset aliquid hic deesse ante ista verba* ... *&c. Nihil tamen desiderari puto, sed his verbis rationem reddi horum, quæ non procul antea dicūtur,* ... *&c. tanquam ea quæ interiecta sint per parenthesin sint inserta. Debuit itaq. interpres dicere,* sic enim cogitabant: *non autem,* quamobrem sic cogitabant.

Ib mox recipi non potest hæc scriptura ... *&c. Veram autem esse scripturam puto (licet coniectura mea iudicari possit audacula)* ... *Ib. inferius,* ... *Fortasse vera lectio est* ... *Sed verbum* ... *proxime sequens, male redditum fuit: quum pro his græcis,* ... *hæc latina habeamus,* his ludis interfuerunt. *Pro hoc autem verbo* interfuerunt, *quid substitui debeat, meus thesaurus Græcæ linguæ docebit.*

699 *m. Apud interpretem satius fuerit hæc verba,* per Cæsarem, *parenthesis notis includi, ne aliter intelligantur, quam iureiurando adhibita. Ib. infra scribendum puto* ...

700. [*circa lib. init.*] *Potius dicere debuit interpres,* quæ omnes clades à muliere illatæ sunt, vt maxima ignom. *In qua tamen interpretatione accipit,* ... *pro* ... *quum potius dicendum fuerit,* ideo vt hac etiam de causa (*quod videlicet a muliere illatæ clades illæ essent*) maxima ignominia affectus sit. *Ib. Quum* ... *scriptum sit, non* ... *& ἐν τῷ θεάτρῳ. debuit interpres vertere,* ex curia & ex theatro, *non* in curia & in theatro. *Possunt enim in curia & in theatro audiri sonitus, qui tamen aliunde ad aures nostras ferantur. Ib. Recte interpres vertit, tanquam* ... *scriptum esset. Nec minus de* ... *pro* ... *assentiendum illi esse puto.*

701, *p. Non video quomodo hæc interpretatio vocabuli* ... *tolerari possit. Ac in præcedentibus etiam falli videtur interpres: ideoq. hanc totius loci interpretationem pro illa substituo:* Causa belli fuit, publicatio pecuniarum quas Claudius primariis eorum dederat. Ac oportebat illas etiam (vt quid m Decianus Catus eius insulæ præfectus dicebat) emitti *Ib. m. Quum hic* ... *reddat* forma honestissima, *pagina 823* ... *interpretatur;* terribilis aspectu: *vbi legimus* ... *Sed hoc vocabulum in bonā etiam partē accipi, & de vultu dici quandam grauitatem aut etiā maiestatē præ se ferente, cū ex his duobus locis, tum vero ex iis quæ à me alibi scribuntur, cōiicere est. Hoc autem inter alia ibi leges,* videri dici de aspectu, qui terribilis sit, cum quadam tamen grauitate. *Ib f. Non solum* ... *in* ... *mutandum existimo, sed etiam (liceat enim loqui quod audet mea coniectura sibi permittere)* ... *vel in* ...

702, ... [*Non debuit inseri particula* ac *inter* continentem & quodammodo. *Quæ sequuntur autem* nob specularem terrarum orbem habitantes, (*quæ omisit verba interpres*) & *ista*, ab omnibus aliis hominibus separati, *cum illis Virgilii conueniunt,*

—& toto diuisos orbe Britannos.

Ib. inferius, ...] *Ita reddendus fuit hic locus;* Nam si nos felicitatis in qua educati fuimus (*vel* nobiscum educatæ, *si verbum verbo reddere hic liceat*) prorsus obliuiscamur. *Ib. minime assentiendum puto interpreti, ista verba,* ... *cum præcedentibus continuanti: quasi ante hæc subaudienda sint illa,* ... *repetita è superioribus, non secus quam si scriptum esset,* ... *Contra enim* ... *imperandi modo dicitur. In horum igitur locum* quodque vobis Romanos metuendos esse non putetis, *ista subiicienda sunt,* minime autem Romanos m tuite. *Ibid. f.* ...] *Magnum hic mendum mihi subolet, quo fieri arbitror vt contraria hic dicantur iis quæ ipsa Bunduica apud suos loquuta est: & quidem quæ sibi sint repugnantia. Non audere enim in aciem prodire nisi variis armorum generibus instructos, atq. adeo* ... *(vt paulo post appellat) gestantes, quomodo* ... *id est,* fortitudinis argumentum, *esse dicemus? quod igitur hic ait Bunduica, ab ea negatum fuisse existimo, ideoque negantem particulam præfigo verbo* ... *nec non verbo* ... *Verum & has voces* ... *ante illam particulam pono: hunc locum ita legēs,* ... *&c. Deinde* ... *Quum ergo ita redditum hunc locum habeamus,* Idque (*illos videlicet non esse vobis fortiores*) intelligi potest ex galeis, thoracibus, ocreis, quibus muniti estis: præterea ex aggeribus & muris & fossis *quum itaq. ab isto interprete ita redditus sit hic locus, ego meam emendationem sequens, ita eum verto:* Argumento est hoc, quod galeis, thoracib. ocreis, sicut illi, tecti non estis: præterea valli, & muris & fossis muniti non estis. *pro mea autem emēdatione (quā sequens, vti dixi, ita locum hunc verto) faciunt aperte ista, quæ paulo post ab eadem Bunduica dicuntur.* ... *Atque vt alia omittam quæ pro ea faciunt, legimus & in Paulini ad suum exercitum concione, quæ huic velut opponitur, (pag. 705)* ... *Ibid statim ex vna voce* ... *tres voculas* ... *facio. Vertit autem interpres,* præterea (*repetendum fuerit è præcedentibus,* intelligi potest) ex aggeribus & muris & fossis, quas fecistis ad propellendas excursiones hostium: *quum hoc contrarium sit illi meæ lectioni,* ... *Cæterum illi nec de aduerbii* ... *interpretatione assentior.*

703, *f.* ... *Nullo ferri posse modo existimo vocem* ... *sed mutandum in* ... *: vt perinde sit ac si diceret per antithesin vsitatissimā,* ... *Mox,* ...] *Pro hoc* ... *legitur etiam* ... *nec non* ... *: sed non dubium est quin* ... *scribi debeat.*

704, ...] *Scribendum suspicor* ... *Neque tamen huic lectioni prorsus acquiesco. Paullo post non recte* ... *vertit* vecordiam: *quum hic agatur de hominibus non tam vecordibus quam ad desperationem adductis, aduersus quos non sine magno periculo posse pugnari, omnes historiæ clamant.*

705.m. καὶ ἐχθροὶ] *Malim καὶ οἱ ἐχθροὶ φοβ. Statim ib. suspectus est mihi genitiuus ἀνθρώπων qui nam sunt enim, qui queunt omnib. hominibus quos maiores ipsis reliquerunt imperare? Ac videtur interpres, hoc considerans, aliud effugium quaesiuisse. quippe qui verterit,* an tuti ab omnibus hominib. retinere veluti ea quae à maioribus vestr. *Mirabuntur autem multi quam viam sequutus se inde fugere existimauerit. Eam ego animaduertisse mihi videor. minime enim dubito, quin ἀδεῶς hic genitiuus iunxerit, perinde ac si παίντων ἀνθρώπων ἀδεῶς idem valeret quod ἐν τῷ ἀρχῇ παντων ἀνθρώπων ἀδεῶς. Sed quo exemplo talem illius aduerbii probare vsum possit, ipse viderit: ego, vt iam dixi, suspectum habeo illum genitiuum ἀνθρώπων ita quidem vt irreptitium esse suspicer: praesertim cum praecesserit, καὶ τὸ ἐπάρχοντα βεβαιοῦσθαι. Ibidem non πάντως, sed πάντων scriptum fuisse existimo: vt πάντων ἀδεῶς ἄρχειν & παντων ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν sibi opponantur. Scio tamen & πάντως admitti posse. Ibidem multum diuque quosdam torsit hic locus, ἀλλ' ὀλέθρου τι]. quoniam contrarium dicitur ei quod rationi consentaneum est dici. Et ipse certe vulnus huic loco esse illatum fateor, sed ita vt addam, multo id esse sanatu facilius quam crediderint. Neq; enim tanta mutatione opus esse dico quanta haec fuerit, vt ex ὀλέθρου τι faciamus φρονίμως ἐγχειρήσαντες, aut alia quae idem valeant verba substituamus. Quid igitur? hic quoque debere illam regulam valere aio, qua dicuntur contraria contrariorum esse remedia: & hanc sequens, particulam μὴ, quae contrarium sensum efficiat, ante ὀλέθρου pono: ita vt pro ἀλλὰ ὀλέθρου τι, scribatur ἀλλὰ μὴ ὀλέθρου τι. Tantum abest enim, vt vox ista ὀλέθρου suspecta hic esse debeat, vt contra huic longe sit aptissima: praesertim quum praecesserit fine praeced. paginae de hostibus dicta, δόξαν τοῖς ὀλέθροις τοῖς ὅσον καὶ δυστυχ. Perinde igitur est ac si diceretur,* Nolite committere, vt sicut hostes vestros merito vocaueritis ὀλέθρους, ita & vos hoc nomine dignos ostendatis. *Ac quum subiungit ἢ τοὐναντίον αὐτῶν ῥᾳθυμήσαντες παθεῖν, hoc ῥᾳθυμήσαντες non secus accipiendum est quam si dictum esset ὀλέθροι γεγονότες: etiamsi haec verba multo sint illo significantiora, & latius extendantur. Placeret autē & particula ἀλλὰ inter haec verba μὴ ὀλέθρου τι & illud ἄρχειν: sed ne haec quidem scriptura displicet. Ib. mox, τί ποτε καὶ] aut post hanc vocem πότε deesse arbitror verbum δεῖ, siue δεῖται, aut πότε mutari in ἐπιτρέπω debere. Ib. f. immerito suspecta est atq; adeo reiicitur omnino vox ἀθάνατος, quum & apud alios scriptores inueniatur, sed qui & ipsi è numero sunt recentiorum. Fateor alioqui videri ἄλογον talem huius verbi vsum posse.*

707.p. *Non debuit interpres his verbis vti,* licet acerrimis tormentis coacta. *Neque enim dici potest acerrimis tormentis coacta aduersus dominam mentiri; quae narratur ne propter illa quidem esse quidquam in eam mentita. Satis igitur erat dicere,* licet acerrimis tormētis cruciata, *aut aliis huiusmodi verbis vti. Ib. infra, τὸ ὕδωρ ἀφεῖς] Scribendum censeo ἰφεῖς. Mox circa f. αἰδὼν] malim αἰδῶν.*

708. ἱμαχέσειν] *Malim cum interprete scribere ἱμαχέσειν. Mox magis placeret ἄλλο quam ἄλλως. Paullo inferius post ἀκούων deesse crediderim nomen ἀνὴρ, sicut id subiunctum habemus verbo διέσωσε.*

713.f. *scribo ἀρετὰς ἐς τὰ περὶ τὸ αὐλεῖν. De qua emendatione mea dubitare non permittit hic eiusdem Dionis locus, pag. 73. init. (vbi Philiscus Ciceronem alloquitur) ὁμοφρονῶν ἐς τὰ περὶ τὸ αὐλεῖν.*

714.p. Θεασίας γὰρ] *Huic nominatiuo deerit suū verbum, nisi subaudiamus proximè praecedens ἐσφάγη. Et tamen vt apparet ex iis quae subiungit, non ἐσφάγη: sed ita loquitur quod coactus sit mortem sibi consciscere, alioqui ἐσφαγμένος. tanquam illud pro eodem habendum sit. Ib. m. εἰ παιδὸς αὐτὸς ἐν.] Non dubito quin eadem illa praepositio ἐς (siue ἐν) quam paulo ante alii deesse loco ostendi, huic quoq; desit, ac scribi debeat, παιδὸς ἐς αὐτὸν ἐν ὄχλῳ. Mox ibid. fallitur interpres in participii ἐξετασθεῖσα interpretatione, quum hunc locum, αἱ τῇ γὰρ τῇ συνωμοσίᾳ ἐξετασθεῖσα καὶ τὰ σὺν αὐτῇ ἀκριβῶς ἐπιδεῖξασα, ita vertit,* de qua quum quaestio haberetur de coniuratione, cuius ipsa tympani conscia fuerat. *Atqui participium illud eum verbi ἐξετάζω vsum sequitur, quo dici soles ἐξετάζεσθαι ἐν τοῖς, pro* esse de numero horum, annumerari his: *adeo vt ἐν τῇ συνωμοσίᾳ ἐξετασθεῖσα nō sit aliud, quam quod magis vsitate diceretur, ἐν τοῖς συνομόταις ἐξετασθεῖσα. Debuit autem considerare interpres, si illud quod putabat, significaretur eo vocabulo, fore vt id de his diceretur: quum sequatur βασανισθεῖσα περὶ ea de re dicti. Ib. v. vlt. verba haec, ἐξ ἐσχάτου τελευτῆσαι πρὶν γηρᾶσαι, non sonant,* mori prius quā senesceret optauit: *sed* priusquam florem aetatis egressa esset; *vel* florentes annos. *Nam etiamsi* Consenescere *quoque significaretur hoc verbo (de qua significatione vix asseruit Budaeo possum, praesertim quum propriè non aliud sit, quam* Pubertatis annos egredi) *tamen huic loco ista interpretatio minime conueniret.*

715.m. περὶ γε τῶν κτ. τῶν βιβλ.] *In mea maneo sententia de huius loci emendatione, qua καὶ περὶ pro καίπερ reposui: praesertim cum & alibi ita loquatur: in Galba videlicet [p. 729.] καὶ ἐς τὰ τῶν πρῶτα αἰσθάνεται, οἱ καὶ ἐκπέμψαντες περὶ τούτου. Ibid. f. ὑπὸ τῇ τοι.] Repono ἔθει τῇ ποιῆσαι.*

716. circa f. καὶ φρόνημα ἦλθε] *Perperam φρόνημα pro* prudentia *accepit: quum ei in mentem non veniret, dicturum potius φρόνησιν quam φρόνημα.* animus elatus, *siue* elatio animi *Ideoq; Latinis interdum* magnos spiritus *vocant. Ne autem quis de hac mea interpretatione dubitare possit, vetant etiam verba haec in fine pag. sequentis, ἀξιοσάμενος τὸ φρόνημα.*

717.f. ἐπιθάρρησέ τι] *Magis aptum huic loco esset αἰσθάρρησε. Sequentia autem verba, ἐπιδεικνυσάμενος τὸ φρόνημα, praetermisit Blancus: quum alioqui sint interpretatione dignissima. sonant enim,* quum suo elato alioqui animo vim attulisset, *vel* suae magnitudini animae. *Iam autem illi inter alia φρόνημα etiam tribuerat pag. quae hanc praecedit: vbi idem interpres hanc vocem male vertit.*

719.p. *Male Blancus haec verba, τὸ τε γὰρ ἄλλα ἐκ κατασκοπὰς ἐκπέμψας ἔπεμψε, ad sequentia pertinere existimauit: quum alioqui, vt eo pertinerent, pleraq; aliter scribi oporteret hoc modo videlicet, ἀλλὰ κατασκόπους πέμψας ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη. Nec animaduertit, his verbis τό τε γὰρ ἄλλα ἐκ κατασκόπους &c. rationem reddi illorum, ὥσπερ ἐπενόει. perinde enim est ac si diceret,* quod exploratores miserit, argumento esse eum illud in animo habuisse. *Totum ergo locum afferam, vt ab eo versus est, deinde vt vertendum censeo: quum & quaedam verba in priore parte omiserit. Ita igitur ille;* Nero tamen nec aduersus eum, nec contra Aethiopas & Pylas Caspias, vti cogitabat, nauigauit; sed missis vtroque exploratoribus, in Graeciam transiit. *At ego ita vertendum fuisse dico,* Nero autem nec ad eum (*vel* aduersus eum) nauigauit, quanuis ei succensens, nec ad Aethiopes, aut Pylas Caspias, vt in animo habebat. nam cum alia fecit, tum exploratores vtroque misit. Sed in Graeciam traiecit *Ib. v. vlt. non animaduertit interpres haec verba τὰ τῶν γυναικῶν referri ad σπόρον, (quod pro Σπορον ponitur) ideoque male vertit,* in muliebri quidem ornatu Sabinam imitabatur. *in eo etiam peccans quod putat ἐμιμεῖτο de Nerone intelligi: quū nominatiu⁹ huius verbi ἐμιμεῖτο sit illud Σπόρος.*

720, p. παντοίαν] *Malim* καὶ παντοίαν. *Ibidem m.* τὸ σχ. ἀκίνδυνον] *Non minus placeret* ἀκινδύνως: *vt cum* χλευασίᾳ *iungeretur. hoc modo* τὸ σχῆμα *fuisset* χλευασίᾳ ἀκινδύνως. *Alioqui videtur dicturus fuisse potius* τὸ ἀκίνδυνον σχῆμα.

722 p. *Magis placeret legi*, ἐπιμένειν, τὸ τὸν ἰσθμὸν τῆς Πελοποννήσου διορύξαι, ἐπεθύμησε. *Facile autem potuit articulus* τὸ *ab vltima syllaba verbi* ἐπιμένειν, *quæ iisdem literis scribitur, absorberi. Sed interpres nec vim nec gratiã Græci vocabuli assequitur, atque adeo nec proprium eius vsum exprimit quum* πάρεργον *ita vertit* [præter institutum] *Perinde est enim ac si diceret Dio, ille voluit esse sibi* πάρεργον *tantum, & tanquam obiter a se id præstari, quo vix maius* ἔργον, *& magis humanas vires superans, esse vllum poterat. Præterea non recte* τῆς ἐπιδημίας *vertit*, susceptæ peregrinationis: *quum non tantum suscepta esset peregrinatio seu profectio in Græciam, sed eo venisset. Posset autem legi fortasse* καὶ τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα. *Ib. statim*, τῶν αἰθρ.] *Suspicor Dionem scripsisse* παρὰ τῶν ἀνθρώπων. *Ib. inferius*, ὅτι αὐτοῦ τὸ Ν. [*Scribo*, ὅ γε *Ib.* λαβόντες] *Manifeste mẽdosus est hic locus, sed nõ manifesta & emendatio, vt in quibusdam aliis. Nam venit quidẽ in mentem* λαχόντες *pro* λαβόντες, *minima cum mutatione, sed exẽplũ huius generis loquendi requiro. Quid si igitur* δίκην λαχόντες *scribẽdũ dicamus? Atqui hoc de eo tantũ qui lite intendit, dici existimatur. Videat interim lector an pro illa coniectura facere hæc possint, quæ ex nescio quo Isocratis loco afferuntur*, τὰς δίκας ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων λαγχάνειν. *Si cui autem hanc siquis emendationẽ placeret, illa*, οἷα ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔφερε, *vt per parenthesin posita, accipienda essent. Ib. f.* ἄξιον *Possit etiã legi* ἀξίως.

724. p. *Immo* ἀποσιωπᾶν *longe aliud est quam* silentio inuoluere, *vt vel meus Græcæ linguæ thesaurus docebit. Vt autem hic legis*, καὶ αὐτὰ τὰ λεχθέντα δηλώσω, *sic etiam fine pag. 721. dixit* ... αὐτοῖς τοῖς λεχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ ῥήμασι. *Sic vero & pag. 726, m.* ... γεγράφθαι.

725, p. *Non minus placeret distingui post* μηδαμῶς, *& quidem τελείας stigmen poni, subaudiendo* ὀνομαζέτω, *factum ex illo* ὀνομάζει. *Sed quid si* τις *pro* aliquis, *non vt interrogatiue scriberetur? Huic etiam scripturæ assentirer, & ita verterem istum locum*, Itane ergo aliquis eum qui talis est, Cæsarem & imperatorem & Augustum nominabit? Absit. *Non oblitus sum alioqui duas negationes a Græcis pro vna poni.*

726, m. *Scribendum censeo* τὸ τέρας. *nec puto in dubium vocandam loci huius scripturam, si tantum illa vocula adiiciatur? Nam quod ad illud contumeliosum alioqui vocabulum attinet, tam multa a Dione aduersus Neronem iactantur quæ eiusdem farinæ sunt, vt omnis de hoc dubitatio ab illis tolli videatur. Sed operæpretium est videre quã περιπέτειαν interpretationis causa fuerit illud* τέρας *non intellectum. Ita enim interpres*, Hæc, etsi prodigiis ante declarata sunt, tamen ille nihil curabat; *quum Dionis verba sonent*, Talia tunc quoque iocabatur illud monstrum. *vel* illud monstrum hominis.

727, m. πέπαικεν] *Scribo* ἐπεπαίκει.

729, m. ἐπεξῆλθεν] *Fortasse contrarium scripsit Dio*, οὐκ ἐπεξῆλθεν.

730, p. ἀγανακτήσας μὲν αὐτὸς] *Etiamsi particulam in Zonaras non interiiceret, minime dubitandum esset eam inserere. Ib. suspectum mihi est hoc* θυμῶσαι, *nec suspicione caret paulo post* συναιτιασάμενος. *Inferius*, τὸν γέρ. τὸν ἀρχ.] *Vt hic* τὸν γέροντα, τὸν ἀρχιερέα, τὸν αὐτοκράτορα *dicit, haud interiecta copula, sic & alibi loquitur. Sed debuit interpres dicere itidem*, Illum senem, illum pontificem, illum imperatorem.

731, p. ὀκολάκευον] *Malo* ἐκολάκευον.

732, m. παῖδας οἰχ.] *Scribo* παῖδας οἰχομένους.

734 *circa f.* ἐπαινεῖ παρ' ἐκεῖνο] *Potius* εἰδὼς *quam* ἐπαινεῖ *talibus solet locis adhiberi. Mox* αἱ ἀρχαὶ] *Hoc* αἱ ἀρχαὶ *mutandum in* αἱ ἐπαρχίαι *censeo Vide annot. in p. 782.*

735, *non ita procul a f. longe aliud sonat vox ista* σεμνοπροσωπῶ *quam putauit noster Blancus. non enim significat*, Grauitas vultui meo inest, *sed* grauitatem vultus meus præ se fert: *aut etiam*, Vultum ad grauitatem compono. (*quæ grauitas videtur esse id quod alibi vocat* τὸ σεμνοπρεπὲς τοῦ προσώπου) *ac liceat, vt opinor, verbum illud* σεμνοπροσωπεῖν *hoc modo*, τὸ πρόσωπον ... *imitando locum hunc Appiani, in historia de bellis Hispanicis pag. 269, meæ editionis*, καὶ τὸ βλέμμα καὶ τὸ σχῆμα ... *Cuius etiam loci sensus a suo interprete non bene expressus est. Est certe hoc* σεμνοπροσωπῶ *vnum ex pulcherrimis Græcæ linguæ verbis compositis, quibus Latini respondentia non habent: & ego ad eius exemplum finxi* ἀνδροπροσωπῶ *&* γυναικοπροσωπῶ *in quodam epigrammate. Sed ad Dionem, vel potius ad Vitellium, vt reuertar, Blancus quidem (falsus vt dixi) hæc de eo scribit*, Quũ enim viderent grauitatem & maiestatem eius in publicis conuentibus: *at vero a Dione (si quis locum recte interpretetur) hæc dicuntur*; Quum enim viderent eum vultu grauitatem præ se ferentem: *vel ita, (eodem alioqui sensu)* quum enim viderent eum componentem vultum ad grauitatem. *contentus autem sum* grauitatem *dicere, ac minime addo* maiestatem, *cum Blanco: qui & in hac adiectione peccauit.*

736, ἐκπλαγέντας ἀποψύξαι] *Ambiguo vtitur vocabulo hic interpres. quum* exanimatos *dicit: at minime ambiguum Græcum* ἀποψύξαι: *sicut etiam ostendit* ἀποψύχων, *pag. 758. Mox parenthesis notis include quæ sunt a pronomine* αὐτ. *vsque ad hæc* καὶ ὁ Μουκ. *nam particula* τε *quam habes in* ὅτε, *redditur ista* καί, *quam habes ante* ὁ Μουκ.

737, p. ... αὐτ.] *Paulo magis placeret* οὕτως. *Mox, malim.* ... ὁ Β.

739. m. ... ἐκάτεροι] *Non minus recte legeretur* ἑκάτεροι, *vnum videlicet laudantes, alterum conuitiis insectantes. At si* ἑκάτεροι *retineamus, intelligendum erit, non iisdem vtrunq; laud. & conuit. insectantes: sed quem hi laudabant, illi ei conuitiabantur, & vice versa. Ib. circa f.* ταῦτα αὐτ.] *scribo* ταῦτα ἄρα ... πρ.

741. p. αὐτὸς ὡς ἰλ.] *Pro* αὐτὸς *legendum puto* αὐτίκα. *Posset tamen &* αὐτῷ *legi, at vero* αὐτὸ *non placet. Talem porro verbi* περιβάλλειν *vsum, vel potius eundem, habemus pag. 752. circa finem.*

742. f. καὶ τὴν τε φυλακὴν] *Vel partic.* τε *post* τὴν *mutanda est in* γε. *vel quæ sunt a verbo* ... *vsq; ad* καὶ μετ' ... *accipienda sunt tanquam* παρενθέντα.

745, p. τὰ τῆς ἀρχῆς] *Fallitur interpres, vertens* summa potestate, *perinde ac si scriptum esset* μετ' ἀρχῆς: *tu verte*, res omnes imperii administrabat. *Mox reponendum* ἠγάπησε. *Ac de hac emendatione dubitare nos haud sinunt multi huius scriptoris loci, in quibus illud verbum huius occupasse locum videmus. Sic autem* ἠγάπησε *& in sequentibus, pag. 859, p.* ἐφ' ᾧ καὶ μέγιστα ἠγάπησε.

748. f. τὸ μὲν θ.] *Scriptum fuisse puto*, καὶ τὸ μὲν ...

749, ... ἐφ.] *Malim* ... *Statim pro* καισαρεύειν *debuit potius dicere* Cæsaris munus obire, *vel* Cæsaris officio fungi, *aut etiam* Cæsarem agere. *Sed illorum verborum alterum malo. Sic autem* καισαρεύειν, *vt* αὐτοκρατορεύειν *apud eundem. Atque huic simile est* δικτατορεύειν. *Ibid. non intellexit hoc loquendi genus*, ἐφ' ᾧ καὶ ... *alioqui non vertis-*

vertisset, qua semper laborarunt: *sed his verbis usus esset*, [illegible]uius malum semper exitum habent: *aut alius similibus. Paullo post scribo* Βιωσάντων. *Alioqui mutanda literam υ in β scribendum esset* Βιωσάντων. *vt apud Steph. legitur* Βιωσάντες, *nisi potius* Βιωσάντες *scripsisse putandus est. Ib. inferius*, ἰδίζοντι] *Scribo* ἰδίζοντι, *&* ὡς. *Ib. in f.* συνήλισκε δὲ τῶν] *Post* ὅτι *non dubito quin desit* ἴδιον, *vel* ἴσα, *aut etiam* ἔτι. *Sed & μή τῶν malim quam* δὲ τῶν.

750.*p.* ὀλίγα μὲν] *Vel* ὀλιγάκις *scribendum, vel* ὀλίγα *pro* ὀλιγάκις *accipiendum, vt dicitur pag. sequente* συχνὰ *pro* πυκνάκις. *Mox*, τὸ ἄγ] *Malim* ἐν τῇ ἄγρᾳ.

751,*m.* Σκαῦ.] *Rectius scribetur* Σκαῦ. *Ib. f. debuit (meo quidem iudicio) ita interpretari*, Hæc enim fundamentum eius est, *videlicet hae manus, dum pecuniam accipit.*

752, *paullum à f.* διεσῶσε] *Non patitur Græca lingua cõsuetudo vt* διεσῶσε *pro* διασώζειν *ponat, vt credidit interpres. Aut igitur aliquid deesse arbitror inter* διεσῶσε *&* αὐτ, *aut Dionẽ aliud quã* διεσῶσε *scripsisse. Quomodo aũt hic vna cum vxore in quodã monumento subterraneo per annos nouẽ delituerit, vide supra pag.* 745.

753,*f.* μεταβάλλει, οὐ γὰρ] *Inter* μεταβάλλει *&* οὐ γὰρ *non dubito quin nonnulla desiderentur.*

756,*m.* ὅτι πολλαῖς ἡμ.] *Malim* ὅτι πολλαὶ ἡμέραι. *Sic & in medio pag. sequentis*, ἐφ' ἑκατὸν ἡμέρας.

757.*p.* συγκατηγ.] *Debuit considerare interpres, non dici*, κατηγοράσαντο, *sed* συγκατηγοράσαντο; *ideoq; non esse dicendum*, confecerunt, *sed* adiuuerunt in iis conficiẽdis. *Mox interpungere malim ante* τῆς γῆς *hoc modo*. διδαχμέναι ποιεῖν ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς, *προσῆλθον* ἐν τῷ ὕδατι. *id est*, ποιεῖν ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς εἰσῆλθον. *vel* εἰώθεσαν, *subaudi* ποιεῖν. *At interpres male hæc verba* ἐν τῷ ὕδατι *cum sequentibus iungit, totum hunc locum ita reddens*, Nam amphitheatro derepente aqua impleto, in ipsum equos taurosque aliaq; mansueta animalia introduxit, quæ facere didicerant ea quæ in terra consueuerant. In hanc aquam introducti sunt homines in nauibus: *cum ita vertere hunc locum debuerit.* Nam amphitheatro (*nisi quis malit* theatro) derepente aqua impleto, in ipsum equos taurosque aliaq; m. an. introduxit, quæ edocta fuerant in aqua eadem omnia facere, quæ in terra consueuerant. Introduxit etiã homines in nauib. *&c. Ib. f. Ambigue loquutus est interpres vt autẽ tollatur ambiguitas, ita dici poterit*, præsertim quod ipse insidiis ab eo appetitus ante fuerat. *vel ita*, præsertim, quod fratri insidias ante parauerat.

759,ἐκ τῶν διω.] *Scribo* ἐκ τῶν τῆς τῶν δεινῶν [illegible]. *Ib. circa f.* συντιθέμενοι ἐν.] *Repone* ἰδιωτικῶς *quinetiam in locum eius quam habes interpretationis hanc substitue*, atq; aliquid tale fiebat quale in iis quæ in scena aguntur fabulis, *aut breuius*, atq; aliquid tale quale in scena fi. bat: *vtor autem præterito imperfecto, perinde ac si legeretur* ἐγίνετο; *quod etiam magis placet, præsertim cum sequatur*, προσεπιπόντε.

760.*p.* ἀποψύξαι] *Vide pag.* 736. ἐκπλαγέντας ἀποψύξαι; *& quæ in eum locum dixi.*

761,*m. Verba hæc*, ἔπειτα δεδυνῆσθαι καλῶς, *non videntur sonare quod ab interprete dicitur*, acceptam cladem ferre moderate: *sed* accepta clade recte se gerere: *siue* recte suis rebus prospicere.

763,*m.* οἷονεὶ τοῖς μν. κρ.] *Rectius fortasse*, instar earum quæ sepulcris adhibentur. *Inferius*, παραπλοκὰς] *Malim* παραπλοκὰς *vertere* prius dimissis.

765,*f. vlt. verbum* διῆγαγε *sonare potius existimo* in vita mansit.

767.*p. Horum verborum*, ἐν ἄλλοις δεδιωκομένοις, *interpretationem omittit Blancus. hunc igitur locum ita redde:* Hinc factum est vt insidias de quibus iam alio- qui cogitabant, accelerauerint.

768,*f. Elegantis & festiua hyperbole hoc dicitur*, καὶ μυριάκις τις ἀπιστεῖ, *quorũ verborũ sensũ interpres assecutus non est. Sonant. n* etiãsi quis centies fidem deroget. *id est, etiã si quis centies dicat se fide derogare: siue, se minime fidẽ adhibere, aut se minime credere. Quãuis aũt* μυριάκις *cum multo maiore hyperbole dicatur, quippe quod sonat* decies millies: *dicere* centies *more Latino satis esse putaui.*

769, *princ. libri. Hæc verba* πάντα δὲ οὐ αἰδεῖ ποιήματα, *non intellecta ab interprete, sonant*, quæ tot erant vt plures vni viro fieri non possint. *vel*, quibus plures vni viro fieri haud possunt.

770.*f. Scribo* ὅτω καταφρονουμένοι.

773,*v.* 1. *Non dubium est quin ex Suida in voce* καμπαδῆς *scribendum hic sit* κατὰ πηδᾶν *pro* καταδήσειν. *Sed librario errãdi occasionem præbuisse arbitror illud* ὅπηδήσειν. *Mox non displiceret omnino* τὰ ὄχεα.

775,*v.* 1 ἐν ᾧ δ.] *In mo hoc sensu Dio*, Ac Decebali res dum quidem vi agere volebat (*vel*, si quidem vi agere voluisset, *aut etiam ita*, vi quidem agendo) male se habebant: sed fraude & impostura parum abfuit, quin eum interficeret. *Ib. m.* τὸ μὴτ' ἀπολέσθαι] *Sensus potius est*, neq; perire illum voluisse, neq; eius salutẽ magno sibi constare.

777.*f. Quid si post* ἐψηφίσατο *deesse* ἐψήφιστο *dicamus?*

781,*circa f.* καὶ τὰ τῆς πεζοῦ.] *Suspicor Dionem scripsisse* κατὰ τὰ τῆς πεζικοῦ.

782 *f* καὶ εὐθὺς τι] *Non immerito quis suspicetur scriptum fuisse* καὶ (εὐθὺς τι γὰρ ἀπέθανε. καὶ *sequente alio verbo cum aliis vocibus quibus parenthesis clauderetur. Nam* εὐθὺς γὰρ *nimis dure auribus sonat. Ib. statim deesse puto* οὐδεὶς *post* πάθος. *Nisi forte putandus est* βιαιοπαθεῖς *scripsisse. Ib f. Hic vnum vetus exemplar habet* αὐτίκα *pro* αὐτίκα. *quod pro quadam mea emendatione in paginam* 734 *facit. Tolerabilius tamen hic fore videtur* αὐτίκα, *quam illic* ἀνδρείου.

785,*v.* 1. ἀφίξεσθ] *Non animaduertit interpres futuro tempore & sibi vtendum esse.*

789,*longiuscule à f.* *sic interpungo*, αὐτοκράτορος τοῦ ποτε ἠμελημένου. *id est*, tum demum veteris iniuriæ memorem se ostendit.

790.*p.* ἀλλὰ παῖν τ.] *Deesse post* παῖν *videtur aduerbium* ἄδηλος. *Ib. m. Suspicor deesse* η *post* ἀρχαίων. *Statim*, ἐκ ἐλέγχου] *Loci huius emendationem haud sine cautione, coniectura mihi assequutus videor: vt videlicet pro* ἐκ ἐλέγχου *scribatur*, οὐκ ἐλέγχου γὰρ. *Mox*, προσίζοντα] *Falsum est quod hic dicitur: vt autem verum sit, particulam negantem præfige verbo* στιάζοντα.

791,*v.* 1. φορησ] *Hæc verba sequentibus iungenda; non præcedentibus. Ib f. Fortasse* καθαλκευομένα *scriptum fuit. Neque enim* μετεχομένα (*pro quo male hic* μετεχομένοις) *illis* κατασκευασμένα *opponere voluisse credibile est.*

792.β. κασάτα] *Scribo* Βασάνων, *& interpretem valde aberrasse dico. Ib f. De hoc versu dixi in præfatione ad lectorem Appiano præfixa.*

794,*m.* ὅπως μή] *aduerb.* ὅπως *in* ὅπως *mutandum suspicor.*

796,*f. Non* ἐσώσατο, *sed* σώσατο *scriptum fuisse arbitror.*

802,*m.* ὅτι ἐχθρὸν παῖτ.] *Ne dubitari possit quin hic scribendum sit* πεζὸν, *obstant cum alii loci, tum vero hic pagina* 839. ἐν πεδίῳ πεζόν.

803, καὶ χευσία δίοντως.] χυσία *non dici pro* χευσία, *vt putauit interpres, docebit meus Thesaurus Græcæ linguæ.*

804 *p.* κατέλαβε *n.*] *Scribo* κατέλαβε *uc. Ib. m.* ὁ γὰρ ὅτι ἦν μ.] *Ex* ὅτι *facio* ὅ, *n.*

811 p. ὀδυρόμενος.] Scribo ὀδυρόμενος.

813,m. ἐν ἐμοὶ.] Muto ἐμοὶ in ἐμὴν.

814,p. Magis placeret ποικίλην παιδιάν.

815,p. ἄξια δὲ π.] Ne suspectus sit hic locus, facit similis iste pag.76, ὡς μάλιστα δὲ mutandum in δὴ.

816,m. καὶ κ.] Pro καὶ κατανενομένων scribendum reor, κατανενεμημένων, i. quũ res Romanis ex aureo regno in ferreum mutatæ essent. Sed libenter etiam expungerem voculam τι post ἐκ.

817 p. ἀλλὰ καὶ τις] Hic quoq; in eadem sententia de huius loci emẽdatione maneo, qua scribebã, ἀλλ' ὡς ἄλλος ἀνθρώπων. Afferebam quidem & aliam ὡς καὶ τις, sed magis mihi placere illam dicebam. Quod nunc etiam magis audacter quam antea dico, quia pag. 836. idem loquendi genus exstat, καὶ αὐτὸς εἰ καί τις ἄλλος ἀξιώματι τιμῶ.

818,f. Συνηνωμένος non est tantum iuuentutem vna transigere, sed iuuentutẽ vna hilariter trãsigere. Huc pertinet quod a Plutarcho scribitur in Antonio loquente de ipso, μειρακίων χορὸν ἄγοντος διατριβαῖς καὶ παιδιαῖς χρωμένου. Non male fortasse verbo iuuenari simplex νεανιεύεσθαι redderetur, ex Horatio: itidemq; pro συννεανιεύεσθαι diceretur coniuuenari.

821,f. Nimium fortasse hanc φιλαρχίαν restringit interpres.

824,p. νόσος μεγάλη] Muto μεγάλη in μεγίστη.

825,p. τὴν σωτηρίαν ἐπιφέρεσθαι] Tale est pag. 715, τὴν σωτηρίαν ὀνειρώττειν.

827,f. στιλπνὸς ὢν] Immo στιλπνὸς est renidens, non ferox.

828,f. περὶ ὧν νῦν κ.] Scribo, περὶ ἃ νῦν καθίσταμαι.

830,p. Si ἐκίμισαν in ὠκίμισαν mutetur, non secus intelligetur ὠκίμισαν τι περὶ χθὸν, quam si diceretur ὠκίμισαν χάμματα seu ἀγγεῖα περὶ τὸ περιχθὸς. Alioqui scribendum fuerit ἐμίλησαν. Ita ego olim de hoc loco: ac ne hic quidem sententiam muto.

835,m. ὠνητιῶν, verte, emendi cupidi erant, vno verbo, emptuiiebant.

837,p. ἀθέλευθέρως] Scribendum esse ἀνελευθέρως, ex alio loco apparet.

839,f. Scribo καὶ ἐν ἰσθμῷ.

840,p. ἐμφήνωσιν] Muto in ἐμφυσήσωσιν.

844,p. Quidni χειρῶν ἀνθρώπων, vt interpres legit?

845,m. ἀρπαγὰς τε τ.] Non ἄρπαγας ab ἄρπαξ, nec ἁρπαγὰς ab ἁρπαγὴ scribendum est, sed ἁρπάγας ab ἁρπάγη.

851,p. Scribo Νουμεντανὸς δέ τις.

857,p. ἄλλην δὲ στρατείαν ἔχη.] Post ἔχη videtur fuisse aliud membrum a particula καὶ incipiens, quæ illi τε responderet: & propter sequentem periodum, quæ ab eadem vocula initium habet, intercidisse.

860,m. νεοχμὸν τι ἐς.] An νεοχμόν τι, an νεοχμὸν aut νεοχμίαν τινὰ scribendum est? Primum illud malo.

86. p. ἐν ἐμοὶ] Alibi quidem pag. videlicet 8.. male hic præpositio datiuum pro genitiuo habet cum vsurpatur ἐν ἐμοὶ pro ἐν ἐμῷ: hic autem eundem vsum præstans, male accusatiuum pro eodem genitiuo habet. Nisi quis ἐν ἐμοὶ posse exponi credat, Ad mea vsque tempora. Sed quomodo a Dione affirmari hoc possit? Ib. statim τὸν ἀνακτορα] Apud Appianũ in Parthica historia pag. 15. meæ edit. Crassũ Surena irrides vocat Romanorũ αὐτοκράτορα. Verum apud Plut. (ex quo illa sumsit) non αὐτοκράτωρ, sed αὐτοκράτωρ legitur.

863 m. περὶ ἔχει] Sicut olim, & nunc αἰτίαν ἔχειν scribendum esse contendo: præsertim cum non longo interuallo illud loquendi genus sequatur. At Wolfius ita ἐπὶ Γλαυκίαν τὴν ἀρχὴν ἔχειν Ib. mox muto ἀποσφαγέντα in ἀποσφαγέντος, præsertim cum & alius loci autoritate nisi possim Ib. m. Muto λογάδην in λοχηδόν.

866 p. ἐφ' ὧν] Scribo ἐφ' ὧ.

867,m. μέγεθος ὄντα κατ] Scribo τὸ μέγεθος.

869,m. τοῦ μὴ σωφρονεῖν] Sic tamen pro ε σώφρονεῖν repositum σωφρονεῖν, quod in contextum relatum fuit. Ib. f. ἄξια αὐτὸ] Scribo αὐτό.

872,m. τῶν γερ.] Scribo καὶ τὸ γεραιόν.

875 p. Παύλλου] Scribo Παύλλου.

880,f. διατειχισθῆναί τι ἐφ δια τ.] Priore loco scribendum cẽseo τειχισθῆναι. Ib. τὰ περὶ τὸ χ.] Posteriorem τὸ in αὐτὸ mutandum iam olim monui.

888.m. αὐτοχειρίστορας σφαγῆναι] Scribo αὐτοχειρίστας, & longe aliter locum hunc interpretor: ita videlicet, Multos noui qui magis cupiunt imperatorem occidi quã se viuere. Tale quid autem & alius huius scriptoris locus habet.

890,p. λογιζομένοις συμβῆναι] Expungo verbum συμβῆναι.

912. Male interpres περίαπτα vertit monilia, non hoc tãtum sed & alio (si bene memini) loco: quũ amuleta reddere debuerit. Eadem vocabant & περίαμμα. vnde est illud Anthol. epig. lib. 2.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις,
Οὐκέτ' ἀνηγέρθη, καὶ περίαμμα φέρων.

Ita enim scribendum καὶ περίαμμα, non καὶ σφίγμα, vt in quibusdam editionibus.

Hæc sunt quæ ex hoc meo Spicilegio potes expilare. De cautione autem quam ad lectionem huius scriptoris, vel potius excerptoris (nam de Xiphilino loquor) debes adhibere, pauca hæc dicam, in iis historiis super quibus ad ipsum fontem, id est, ad ipsum Dionem, potes recurrere, id a te sedulo faciendum esse: quod Xiphilinus quædam e necessariis etiam omittat, alicubi Dionis verba in alia minus apta mutet: sed & nonnulla alio ordine collocet.

IO. LEVNCLAVII

NOTÆ BREVES, QVIBVS PRÆCIPVA DIONIS AVCTI ET EMENDATI LOCA PAVcis indicantur; & priscæ lectionis, post varias plurium messes ac spicilegia, passim restitutæ ratio redditur.

AD LECTOREM,

De Xiphilini reliquis eclogis Dioniis.

HACTENVS, amice lector exhibuimus tibi Dionis historiæ Romanæ promissos in titulo libros triplices, integros, mutilos, excerptos: adiectis etiam fragmentis, quæ quidem à nobis ad hanc editionem colligi potuerunt. Habes itaque Dionem & integriorem, quam nostro sæculo prodierit, & ad prisci operis ideam propius accedentem. Non igitur est, cur heic exspectes, quæ Xiphilinus è libro XXXV, & sequentibus vsque ad LXI, excerpsit. Ipsos Dionis libros quum legeris, epitomas illas hoc quidem loco non requires. Reperto fonte, non opus est riuulis. Tota qui arbore potiri potest, decerptos ex eâ ramos haud desiderat. Si tamen ob illa quis Xiphilini laborem haud aspernetur, quæ passim de suo Dioniis adspersit; à Sylburgio pridem typis Wechelianis, à Stephano nuper editum petat. Dioni quidem vel locupletando, vel corrigendo, qui fructus inde percipi potest, is omnis in notas sequentes à nobis est congestus. Lector vale, ac fruere.

AD LIBRVM XXXV DIONIS.

FRAGMENTVM *aliud huius XXXV libri Dionis, ponendum ante id, quod heic legimus, in excerptis Xiphilini paucis expositum verbis hisce, reperitur.* ἀλλὰ κληρουμένων δὲ τῶν ὑπάτων, ὁ μὲν Ὁρτήσιος τὸν πρὸς Κρῆτας ἔλαχε πόλεμον· ἀλλ' ἐκεῖνος ὑπό τε τῆς ἐν τῷ ἄστει φιλοχωρίας, καὶ ὑπὸ τῶν δικαστηρίων, ἐν οἷς πλεῖστον τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων μετά γε τὸν Κικέρωνα ἐδύνατο, τῷ τε συνάρχοντι* τῆς στρατείας ἐθελοντὴς ἐξέστη, καὶ αὐτὸς κατὰ χώραν ἔμεινεν. ὁ δὲ δὴ Μέτελλος ἐστάλη τε ἐς Κρήτην, καὶ τὴν νῆσον ἅπασαν ἐχειρώσατο μετὰ τοῦτο. *Quorum hæc sententia.* Quum consules sortirentur, Hortensio bellum aduersus Cretenses gerendum obuenit. Sed is in vrbe commorandi, iudiciorumq; studio, in quib plurimum inter omnes eius ætatis secundum Ciceronem valuit, vltro collegæ cessit hanc expeditionem, & ipse Romæ mansit, Metellus in Cretam classe prouectus, insulam totam postea cepit. *Hactenus è Dione Xiphilinus. Sequuntur autem alia, minime Dionia, sed Xiphilinia sicut ex ipsa compositionis negligentioris forma paret; quibus Cretici belli summam, cuius exstant reliquiæ libri sequentis initio, comprehendit. Libro XXXV, tametsi non integer est, hoc tamen præfigi, quemadmodum in libris ceteris factum videmus, argumentum potest.*

* ἐστρατευ... in editis. male.

HÆC INSVNT LIBRO XXXV historiæ Romanæ Dionis.

- Vt Q. Metello bellum Creticum Hortensii loco mandatum.
- Vt Lucullus victoria potitus, Tigranem non persecutus sit.
- Vt Tigranocerta Lucullus ceperit.
- Vt Nisibin Lucullus obsiderit & occuparit.
- Vt Mithradatem Triarius vicerit, ab eodem vicissim victus.
- Vt Mithradates regnum suum receperit.

TEMPORIS SPATIVM, ANNI III, quibus hi consules recensentur.

685	Q. Hortensius,	& Q. Metellus.	ANNO V.C.
686	L. Metellus, mortuus,	& Q. Marcius, solus.	
687	Manius Acilius	& C. Piso.	

Pag. 1. p. Pro οὐχ ἥκιστα καὶ στρατηγικώτερος ἀπ' αὐτῶν ἐπιτήδειον γεγονέναι, *dico legendum*, οὐχ ἥκιστα: *quo significatur*, Mithradatem, *de quo Dio loquitur* diuersis agitatum fortunæ vicibus, nihilominus etiã ducem rei militaris peritiorem (*hoc enim est fieri* στρατηγικώτερον) euasisse. *Quod statim sequitur*, ἰσχυρὸν αὐτόν, *mutandum in* ἰσχυρὸν αὐτῶν, *videlicet* Tigranis & Mithradatis, *de quibus est sermo.* *Quod* Mithradatem *scribo, nummi veteres me mouent, quos* Mithradatis *complures & aureos, & argenteos, apud illustrem virum, Lazarum Suendium, Alta Landisperga Baronem vidi; collectos ab eo, quum Maximiliani Aug dux, in Transsiluania finibus subnixo Turcicis auxiliis eius regionis principi bellum faceret. Et erant in his nummi regum Persicorum, Macedonum, Syriacorum, Ægyptiorum, Ponticorum Asiæ minoris. & aliorum pulcherrimi ac rarissimi; quos reliquo cum thesauro Græcæ Romanæque rei nummariæ, tandem ab eo serenissimus archidux Ferdinandus Austrius impetrauit. Nominis etymon, à Persico* Mithra *deriuati, scripturam veterem confirmat.*

2, m. Pro his verbis, καὶ οὐδεμίαν ἐπ' αὐτῷ βοήθειαν ἐποίησεν, *colligitur è Xiphilino, qui hac vsus est paraphrasi*, καὶ τῷ Ἀρμενίῳ βοήθειαν οὐκ ἀπέστειλεν, *a Dione scriptum fuisse*, καὶ οὐδεμίαν ἐπ' αὐτῷ βοήθειαν ἐποίησεν, Et nullum ei tulit amplius auxilium. *Xylander reddidit*, Romanis auxilia nulla suppeditauit *Respicit hoc ad priorem lectionem. Ego ne Xiphilino quidem adsentior*, Armenium *intelligenti; sed velle Dionem arbitror*, nullum ab Arsace latum fuisse Lucullo auxilium. *Ib. f. Pro* καὶ ὁ ἀφιστηθείς, *H. Stephanus existimat reponendum*, καὶ ὁ Αὐφίδιος στραθείς, *vel* καὶ ὁ Αὐφίδιος ὁ ἐπ' αὐτῷ

[Greek] & cetera. Nimirum consul nobis datur Aufidius *ignotus hoc quidem loco Fastis consularib. ignotus reliquis historiis Romanis. Equidem scripsisse Dionem aio,* καὶ ὁ αὖθις αἱρεθείς, *hoc est,* qui denuo lectus erat consul. *Et* αὖθις *Graeci pronuntiant* αὖφις, *unde natus ex ore dictantis error.*

3, *m. Multa profert idem Stephanus de voce* ἀθυμότερον *in* ῥαθυμότερον *heic commutanda. Notarat hoc iam ante Xylander, cuius labor alicubi tangitur, & suspecta quadam ex caussa versioni non adiungitur; quum tamen in contextum, quem vocant, Dionis à Stephano recepta sint plurima, quae Xylandri diligentiae iudicioque debentur, eius dissimulato nomine, quod ipse ne videretur imitari, nomen vtriusque correctionib. suis adiiciendum in exemplaris Graeci marginib. censui. De voce* ἀθυμότερον *addo, videri Dionem ea sic vsum & alibi*, vt languidius aliquid & remissius *significet. Exempli gratia, li. 41 pag. 166, f. legitur in oratione Caesaris ad milites seditiosos:* καὶ τοὺς ἀγαθοὺς προσδιαφθείρουσιν, ἀθυμοτέρους ποιοῦντες, etiam praeterea bonos corrumpunt, dum remissiores eos efficiunt. *Item li. 45 pa. 292, f. in Ciceronis in Antonium inuectiua:* [Greek] , vt vobis moras nectentib*, sociorum vestrorum res remissiores ac languidiores fiant. *Aut si vocis hoc significatum Stephanus haud admittit, etiam libro 41 reponendum* ῥαθυμοτέρους ποιοῦντες, *& l. 45* ῥαθυμότερα ᾖ. *Dubito tamen, an id recte facturi simus.*

5, *m. pro* καὶ τοὺς στρατηγοὺς γυμνασίας ἐπιμελῶν, *indicat Stephanus legendum* διὰ γυμνασίας ἐπιμελῶν. *Genus hoc loquendi.* στρατηγοὺς διὰ γυμνασίας ποιεῖν *quasi si dicere voluerit Dio*, duces suos exercuisse Mithradatem: *(nam Xylander quidem dormitabat, quum redderet,* Milites suos seq; in armis exercendo) *Graecis ignotum est, aut aliud significat,* duces nimirum per exercitationem facere; *quod huc non quadrat, quum praecedat,* αὐτός τι ἤσκει, & exercebat ipse. *Quapropter aio, scripsisse Dionem,* αὐτός τι ἤσκει, καὶ τοὺς στρατηγοὺς γυμνάζειν ἐπῄει, *i.* tum ipse milites exercebat, tum duces curabat exercere.

7, *m. Quod legitur heic,* στρατηγηκότος ἀνδρὸς ὁ Λούκουλλος, *emendandum è Xiphilino, qui descripsit è Dione,* στρατηγηκότος ἀνδρὸς ὁ Λούκουλλος.

AD LIBRVM XXXVI DIONIS.

Equidem initio libri huius multa deesse vix crediderim. Ne periocha desit, hanc lector accipiat.

HÆC INSVNT LIBRO XXXVI historiae Romanae Dionis.

TEMPORIS SPATIVM, RELIQVA consulatus Acilii & Pisonis, cum anno vno, quo recensentur hi consules.

ANNO V.C 688, L. Tullus & Æmilius Lepidus.

9, *p. Pro his,* [Greek] *scribe* [Greek]. *Quippe non vnum aliquid, sed plurima de Pompeio deinceps narrantur.*

10, *m. Pro* μέχρις οὗ *lego* μέχρις οὗ [Greek].

11, *p.* ἢν μὴ ἐξεχωρίσωσι. *Xiphilino,* ἐγκεχειρισμένας. *an rectius* ἐξεχωρίσωσι*?*

11, *m. pro* [Greek] *, repono* [Greek] *. exclusa voce* [Greek]. *Quippe verbis precedentibus* [Greek] *, respondet hoc* [Greek]. *Pertisticum id Graecagnaris.*

12, *p. Quod heic dicitur,* μηδ' ὅτι τὸ σῶμα καὶ τὰ γέγονα, ἐξαριθμεῖσθε: *Xylander reddidit*, Aut corpus meum ponderetis, annorumque numerum meorum ineatis. *Ea verba sensum idoneum non habent. Graecis etiam vocem infercit absque ratione; dum legit,* μηδ' ὅτι τὸ σῶμα εἴρηκας, καὶ πόσα ἔτη γέγονα, ἐξαριθμεῖσθε. *Dionem ego scripsisse non dubito,* μηδ' ὅτι τῷ σώματι καὶ πόσα γέγονα, ἐξαριθμεῖσθε. *hoc est*, neque numerum ineatis, quot corpore natus sim annos. *Ita constat sententia, verbis ad lectionem priorem quam proxime accedentibus. Nam quod* τὸ σῶμα *pro* κατὰ τὸ σῶμα *dixit; Graecis haud infrequens est, vt Latinis etiam*, Quod corpore natus sim annos *pro*, ratione corporis.

16, *p. Pro* οὐ ἵνα τὸ ὄνομα; *legendum* ἢ πως ἵνα τὸ ὄνομα. *Non enim heic negatio locum habet, quum sit interrogatio. Nec aliter reddidit Xylander*, An eo creantur; *quod aliequi debebat dici*, Non eo creantur.

17, *m. pro* ἄλλων τῶν ὑποκειμένων, *restituendum* ἄλλως τῶν ὑποκειμένων, *qua verba reliquis aptum dant sensum; quum alioqui Xylandrea Dionis menti minime respondeant, vt intelligere poterit, qui ad marginem a me notata cum eis conferet.*

17, *f. Deest orationi Catuli finis hoc loco, quibusdam forte cum aliis, quae fere de Xiphilini verbis hisce restitui possunt.* Κατούλου δὲ εἰρηκότος πρὸς τὸν δῆμον, [Greek] *(scilicet ὁ Πομπήιος)* [Greek] *hoc est*, Quum autem Catulus ad populum dixisset, siquidem ad haec missus Pompeius periret, vti multis in certaminibus, & maritimis praesertim accidere solet, quem eius loco res ad alias magis necessarias inuenturi essent? plebs vniuersa, velut ex composito, sic clamauit, Te. Sic Pompeius imperium maris, & insularum, & terrae continentis, ad interuallum CCCC à mari stadiorum, accepit. *Quibus adtexenda sunt, quae in editis sequuntur*, Et in Italia proconsule *&c. Notandum vero scriptura vitium in fine verborum expositorum. Nam pro* [Greek] *reponendum* ἀνέλαβεν. *Deinde* stadiorum heic CCCC *mentio fit, quod antea Xiphilinus è libro Dionis precedente dixerat,* [Greek] *, id est*, ad iter dierum à mari trium. *E quo colligitur iter vnius diei definitum fuisse, stadiis* CXXXIII, *aut* XVICIↃ *passuum.*

18, *p. In his verbis,* [Greek] *: tollendum illud* τῶν *, ceu supervacaneum, vel Xiphilino auctore. Paullo post ibidem, m. pro* ἐκ τούτου συνῳκίσθησαν, *Xiphilinus habet* ἐν τούτων *(scilicet* τῶν πειρατῶν*)* συνῳκίσθησαν *: vt intelligatur*, in colonias opidorum deductos fuisse piratas.

20, *f. Haec verba,* [Greek] *, non tam corrupta sunt, quam calligraphi negligentia transposita, & inter se confusa.* Sic

Sic enim scribi debent: καὶ πολλοὶ τῶν διαγεγραμμένων ὑπὸ τῆς τιμητείας, πρὸς τὸ ἀναλαβεῖν πως τὴν βουλείαν, ἀπεδείχθησαν. *quorum sententia perspicua est. Vocem* βουλείας *interpretatur Xylander* senatoriam dignitatem. *Dionis locus etiã alius simpliciter* senatum *significat, hoc est,* βουλήν, *aut* γερουσίαν, *quibus alias vtitur. Locus vnus est libro 44. p. 245, m* ἐς τὴν βουλείαν ἐσῆλθε, venit in senatum. *Nequit ibi certe reddi,* Veni in senatoriam dignitatem *quamquam illic vocabulum hoc corruptum hactenus, a me restituitur, vti deinceps parebit, quum eo peruentum erit. Aliud exemplũ reperitur lib. 54. pag. 532, m.* προεξιχωρῆσαι τῆς βουλείας ἀξιῶν, senatu cedere cupiens. *At* senatoriæ dignitatis *significatum inesse videtur his verbis, in Domitiano Dionis, 764. m.* κεχιλιαρχηκὼς ἐς βουλείας ἐλπίδα, in munere tribuni functus in spem dignitatis senatoriæ.

20, p. Manca sunt hec verba, ἐπεὶ δὲ ἡ βουλὴ εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ ἐν αὐτῷ τῷ νυμφείῳ ἐκάθητο, Λεύκιός τε Τύλλιος καὶ Αἰμίλιος Λέπιδος ὑπατεύσειν ἤρξαντο, τὸν νόμον αὐτοῦ ἀπεψηφίσαντο· φοβηθεὶς, *&c. quæ sic redintegrari poterunt,* ἐπεὶ δὲ ἡ βουλὴ εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ ἐν αὐτῷ τῷ νυμφείῳ ἐκάθητο τότε, ὅ, τε Λεύκιος τε Τύλλιος *(rectius* Τοῦλλος*)* καὶ Αἰμίλιος Λέπιδος ὑπατεύειν ἤρξαντο, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἀπεψηφίσαντο· φοβηθεὶς, ἐπειδή. *Eadẽ pagina, sub finem illa vitiata,* τά τε ἄλλα κατ' αὐτοῦ ἐψηφίσαντο, καὶ μόλις αὐτίκα τῇ ὑστεραίᾳ ἀπέβαινεν. *sic restitue,* τά τε ἄλλα κατ' αὐτοῦ ἐψηφίσθη, καὶ μόλις αὐτὸ *&c.* κατ' αὐτοῦ *refertur ad* τὸ δῆμον, *quod præcessit:* αὐτὸ *refertur ad* δίκην *vocem, antea positam.*

20, m. In his verbis, ὅτι Μάρκιος καὶ ὁ Ἀκίλιος ὡς πρὶν τὸν χρόνον, *&c. redundat illa vocula* ὡς, *post* Ἀκίλιος.

22, m. Pro τὴν τε Τιγράνου προσβαλεῖν, *scribe* προσμαβαλεῖν.

23, f. Vbi legitur, ἐντυχὼν ἐπὶ χωρίῳ καλῷ, *quod* locũ apte positum *Xylander interpretatur, lege* χωρίῳ κοίλῳ, loco concauo, *auctore Xiphilino. Inter tumulos certe concaua loca sunt.*

24. m. Corrupta sunt illa ἐπεὶ δὲ *(cum interiectis)* ἔπειτα κατέδραμον. *Nam alterutrum ex* ἐπεὶ *&* ἔπειτα *superfluum est. Adeoq; pro* ἔπειτα κατέδραμον ὁρίον *reponendum* ἐπικατέδραμον ὁρίον, *verum Dionis hoc loco verbũ. Sequitur,* ἐφονεύετο μὲν τὰ περιέχοντα, *vbi vocem vltimam Xylander reddens,* extremorum cædes facta est, *inquit: Blancus autem,* Qui erant ad alas. *Apud Xiphilinum est,* ἐφονεύετο τὰ περιέχοντα, *sed vitiose. Dioni pars* hostiũ *intelligitur,* quæ suos in medio cõstitutos cõplectebatur. *Id enim significant* τὰ περιέχοντα, *quibus mox opponuntur* τὰ μέσα.

25, m. τοῖς ἀφηλικεστέροις τὴν στρατοῦ αὐτοῦ δύναμιν, *vltima vox corrupte legitur, pro qua reponatur* διανέμων. *Nam ea propior est illi priori, quam* διανείμας, *quæ Xylandro ad animum accidit.*

AD LIBRVM XXXVII DIONIS.

29, p. Loc⁹ hic, καὶ οἱ ἐν τῷ τείχει, πρός τε τὴν φυλακὴν αὐτοῦ, καὶ ἅμα καὶ μάχῃ νικηθέντες, ἐνέδοσαν· *Xylandro mutilus est. Vitiatum rectius dixisset, cuius vocis vnius mutatio remedium adfert. Quippe scribendum,* πρός τε τὴν φυγὴν αὐτοῦ, tum propter fugam eius, *videlicet* Artocis. *Ita constat vera reliquorum etiam sententia, quam ad marginem posui.*

Ib. m. Pro his, τὸν Πέλωρον διαβατὸν τῷ τοῦ θέρους γενομένου χαλεπῶς, *duobus in ms. s. de legationibus legitur,* τὸν Πέλωρον διαβατὸν ὄντα τοῦ θέρους γενόμενον, οὐ χαλεπῶς, *&c. hoc est,* quum Romani Pelorum. qui tunc æstiuo tempore vado transiri poterat, haud difficulter, nullo præsertim obstante, transiuissent.

31, m. Pro illis, quæ leguntur heic verba, καὶ ἐκ ἐβούλετο, μὴ τάς ἐσεν ὀργιζόμενος, καὶ περὶ ἐκείνου, ὥσπερ τε καὶ ὁ Λούκουλλος ἐποίησεν· *dico germana verba Dionis hæc reponenda,* καὶ οὐκ ἐβούλετο, πλείονα ὀργιζόμενος, καὶ περὶ ἐκείνους, ὥσπερ τι καὶ ὁ Λούκουλλος, πταῖσαι. *Probatione res haud indiget. Eadẽ pagina f. pro* εὐχερόσποις *dubio procul scripsit Dio* εὐχερέστεροις. *Simile vocabulum est* εὐεπιβουλευτότεροι, *quo Dio lib. 38. pag. 79 p. vsus est. Sensus loci verior expressus in margine.*

33, p. Deesse quedam, indicatum tribus asteriscis. Eorum pars aliqua reperitur apud Xiphilinum, hæc Dionis verba recitantem: ὑποστρέψας δὲ *(scilicet ὁ Πομπήϊος)* ἐξ Ἀρμενίας, καὶ τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς δυνάσταις, τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, δικαιώσας καὶ χρηματίσας, καὶ τοῖς μὲν τὰς βασιλείας βεβαιώσας, τοῖς δὲ τὰς δυναστείας ἐπαυξήσας, τῶν δὲ καὶ τὰς ὑπεροχὰς κολούσας καὶ ταπεινώσας, τήν τε κοίλην Συρίαν, καὶ τὴν Φοινίκην, ἄρτι γε βασιλέων ἀπηλλαγμένας, καὶ ὑπό τε τῶν Ἀράβων καὶ ὑπὸ τοῦ Τιγράνου κεκακωμένας, συνεστήσατο. ἐτόλμησε μὲν γὰρ ὁ Ἀντίοχος ἀπαιτῆσαι αὐτάς, οὐκ ἀπέλαβε δέ· ἀλλ' ἔς τε ἀρχὴν μίαν συνετάχθησαν, καὶ νόμους ἔλαβον, ὥστε τὸν τῶν Ῥωμαίων τρόπον πολιτεύεσθαι. *hoc est,* Reuersus ex Armenia Pompeius quum adeuntibus se regibus & principibus ius arbitrarium dixisset, ac responsa dedisset, aliisque regna confirmasset, aliis principatus auxisset, aliorum eminentiam imminuisset ac depressisset: Cœlesyriam & Phœnicẽ, nuper regib. liberatas, & ab Arabib. ac Tigrane vexatas, cõstituit. Licet.n. Antiochus eas ausus est repetere, non tamen obtinuit: sed in vnã redactæ coniunctæque prouinciam, leges acceperunt, & ita quidem, vt more populi Romani administrarentur. *Ib. f pro* μηδεμιᾶς δ' οὖν ὀξέα πρός τὰς τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων παραλόγους συνήχθη, *reponendum* πρὸς τοὺς τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων παραλόγους. *Et quæ sint* τὰ παράλογα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, *(non* οἱ παράλογοι*) verbis ad marginem non interpretationis Xylandreæ adiectis, expositum.*

Pag. seq. 34, m. scribendum potius ὅτι ὁ Μιθριδάτης, *quam vt hactenus,* ὅ, τι Μιθριδάτης *si periodum integram esse volumus, vti quiuis è sequentibus perspicit.*

37, m. Hæc verba de Iudæis, ὥστε καὶ ἐς παρρησίαν τῆς νομίσεως ἐνικῆσαι, *sic interpres noster reddidit:* Vt legum quoque potestatem vicerit. *absurde profecto, quum hæc Latina Græcis haud respondeant. Ego primum aio legendum,* ὥστε καὶ παρρησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι, *reiecta* ἐς *vocula, quæ temere irrepsit: deinde facilem hinc erui sensum huiusmodi,* vt etiam condendarum legum licentiam sibi vindicarit Iudæorum natio. *Id dicere Dio voluit, nõ* Iudæos in republica Romana degẽtes legum potestatẽ vicisse; *quod suis Romani non permittebant, nedum peregrinis. Ibidem statim sequuntur interpretis hæc verba de Iudæis eisdem:* Tum quoq; temporis nullum Hierosolymis simulacrum exstabat. *Nimirum legit* ἐν αὐτοῖς ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις. *At in editis, & apud Xiphilinum est,* ἐν αὐτοῖς ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις, *quo significatur,* nullum Iudæos simulacrum Hierosolymis vmquam habuisse. *Verum hoc omnino. Ibidem pro* καὶ ἄλλα ἐν αὐτῇ ἰδιαίτατα οὐ ποιοῦσι *proculdubio reponenda verior lectio. Cur enim diceret Dio,* Iudæos die sabbathi sui non facere opera maxime illi diei propria? *Nequit hoc admitti. Scribe igitur,* καὶ ἄλλα ἐν αὐτῇ, ἰδιαίτατοί εἰσι, ποιοῦσι. *& cetera quorum sententiam in margine vides. Illud autem* εἰ *fœmineo quoque poni genere, patet ex his de Cleopatra, libro 51. pag. 451, m.* ἐπισφαλῶς παρ' ἑκά-

τι οἱ (Cleopatra) ημεδιώκει. Xiph. lini lectio est, ἐ ἄλλαν ἐν αὐτῷ διόμενα πολλὰ ποιεῖν, a ia sibi maxime peculiaria in ea fecit.

46.f. Si pro δεῖ γὰρ δὴ τὸ ὅνπερ τότε τῆς συνεδρίου & cetera, scribas vnica μόνον mutata voce, δεῖ γὰρ δὴ τὸ πρὸ τῆς συνεδρίου & cet. vt δεῖ τὸ verbo sequenti ... adiungatur, difficilem alioqui locum, & ab interprete minus commode redditum, restitueris in eam sententiam auctoris, quam margini adscripsimus.

47,m. Pro ὑπεραιρόντων δὲ αὐτῶν, repone ὑπεραιρόντων αὐτῶν.

48,m. Rectius huc quadrat ἐπειδὴ, quod expressi ad marginem; quam ἐπειδὴ quod interpretando Xylander reddidit. Paullo post, scribe ... τῷ τό τε πόλει, vocula ὡς post συν deleta.

50,p. Pro ἀγαθοῦ ἐν τῇ πατρίδι ... scribe ἀγαθὸς ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ ... Ita scripsisse Dionem, nemo negabit. Paullo post, 5.pro ... τῷ Τιβερίῳ ..., repone ... τῷ Τιβερίῳ.

53,p. pro ... scribe ... τὸ ἐ ... ut τὸ μεταδίδοσθαι continuentur, quod fieri nequit in ἐ, velut nulla ratione priori verbo heic adherente.

56.p. pro ... ἰσχύων, legendum ... ἰσχύει & ea verborum sequenda sententia, quam margini adiecimus.

57.m. Xylandri theatrum ad ludos de Syris exstructum, plane locum habere nequit. Nego scriptum a Dione, ... ἐκ τῶν ... sed ἐκ λαφύρων, ex manubiis. Vide quid possit vna viciata dictio caliginis secum inuehere.

AD LIBRVM XXXVIII DIONIS.

61,m. Videat acutus lector, an non locus hic mutilus, ὡς εἰ ... μὴ ἤρεσκεν,...... εἰ ἄλλως τι αἱ δροσι ἀγαθοὶ νομίζ ... hoc modo restitui possit, εἰ ... μὴ ἤρεσκεν, ὅμως ... & c. Quippe si totam periodum adtente legas, huiusmodi deesse deprehendes. Alii hæc pede sicco transeunt, quasi lacuna nulla sit.

Pag. seq. 63,p. pro ... scribo ... & quidē vt sit adverbium, more Græco. vt infra, lib 42, p. 193, m. χαλεπῶς ...

64,m. Confero locum hunc cum alio, qui rem tractat eamdem, lib. 39 sub finem, pag. 463, p. & illinc summo legendum heic, ... πρὸς τὸ τῆς Γεργοβίας ..., adiecta præpositione πρὸς, quæ heic desideratur: illic vero non Γεργοβίαν, sed Γεργοβίας πόλει scribendū. Eadem p. 64.f verbum iisdem aliud deest, vbi dicitur, τὰς γὰρ πολλὰς...... λέγειν ... καὶ μάταια ἐξετάζειν ἐς τοὺς κρείττονας, ἐς φιλονεικίαν αὐτοὺς ... Quis enim hiulcam orationem esse non animaduertit? Ego sic a Dione scriptum arbitror, τὰς γὰρ πολλὰς λέγειν ... καὶ μάταια ἐξετάζειν ἐς τοὺς κρείττονας. Calligraphi vero factum inepto iudicio, vt alterutrum abundare creditum, omitteretur.

65,p. in ... muto mediam vocem αὐτῷ in αὐτῆς, scilicet ..., quæ præcessit.

Eadem 65,m. Reliquit inemendatum hunc locum Xylander, ... ἵνα ... λυθείη, seque sensum aut exprimere voluisse verbis his: Neque tam præteritorum curam gerebat, quam vt in posterum tutus esset. Nimirum ei λυθείη tantumdem significare videbatur, ac securum & tutum esse: verum latens in eo verbo vitium non perspiciebat. Legendum enim, ἵνα μὴ λυπηθείη. cuius vltimi verbi mediæ syllabæ forte perierat, ob exemplaris vetustatem, ideoque ... reliquum librarius retinuit. Sensus integer est, atque Catilinam non cum alle præterit ... quam ne offenderetur amplius. Iisdem ne illa quidem verba mutila, ... Xylander adtingere voluit, contentus interpretatione quæ sensum auctoris redderet. Ego sic recte locum restitui posse iudico, nisi quidem fallor: ... id est, infectum quidem fieri non posse, quod factū sit; at omnino se supplicii acerbitate perfecturum, ne quid in posterum sibi grauius accidat. Indoctus nimirum calligraphus & ... post ... abūdare putabat, & ex iis alterutrum quoque credebat esse superfluum. Iudicium vero meum & heic, & in aliis, lubens eruditorum iudiciis summitto.

66,m. Nomē ... Xylandro mutandum videtur in ..., nulla sane ratione, quum ... & ... sibi opponantur. Eadem ex caussa Dionis sensum non est adsecutus, quem ad marginem lectori dedimus in periodo sane longa, quā interpres non recte distraxit. Ib. in his verbis, ... τὰ ἑταιρικὰ κολλήγια ἐπιχώρια καλούμενα, nec ἐπιχώρια interpres recte mutat in ἐπιχάριτα, & nullo sensu dixit apto, Collegia sociorū ita inuidiæ vitādæ caussa dicta. Quid nullud est, nudiæ vitandæ caussa fuisse dicta collegia? Primum recte distinguantur voces, inde mendum vnius tollatur, hoc modo: ... τὰ ἑταιρικά, κολλήγια ἐπιχώρια καλούμενα. Iam enim videmus dicere velle Dionem societates, quæ lingua Roma indigenarum collegia vocentur. Ita locus est planissimus.

67,p. Videtur pro ... legendum ..., vel potius ... & c. Nam alioquin infinitiuus ..., reliquorum verborum, quæ præcessere, temporibus non respondet. Paullo post ... mutandum in ...

68,p. Non recte scriptum hoc legitur, ... Quid enim significat, ... Dicimus ἔχειν αἰτίας pro sustinere culpam: ideoque reponendum, ... Ibidem m. pro ... restitue ... videlicet ... hoc est, Clodium etiam de impetu remissurum, si ad vrbem Cicero maneat. ... nullum heic locum habet, ideoque Xylander hæc verba prorsus omisit, veluti sensum nullum reddentia.

68,f. ... & c. Tota periodus hæc ab interprete non satis dextre exponitur, nec vsquam ... desideratur, vt ipse quidem existimauit. Mentem vero verborum Dionis in margine lectori exhibuimus.

69,p. Vbi dicitur, ... sequuntur se Xylander & Stephanus in isto ... Negat etiam ille, posse legi ..., quoniam ... cum accusandi casu construatur, & Appiani locum adducit, ... Relinquitur ergo locus sine remedio. Quapropter vt ipse Dioni opem feram, dico scribendum ... ut ἐχθρὸς numero singulari, sit hostis ille Ciceronis Clodius. Quid adferri possit expeditius? quid magis è Dionis nostri sententia? Paullo post, pro ... haud dubie reponendum τῷ Νινίῳ ...

70,m.

70, m. *Quidquid dicat Xylander de* ἀνατὶ, *quasi significet* ἄνευ τιμωρίας, sine pœna, *vel* impune; *tamen scripsisse Dio videtur* ἀναιτίως διάγοντες, sine culpa; errent, *vt accusari scilicet auctores cædis haud possent. Quippe si alterum illud a* ἄτη *haberet originem, accedente priuatione, non* ἀνατὶ, *sed* ἀτὶ *dicendum videretur: aut formandum esset ex* ἀτὶ, *& a priuatione, mediante v littera, propter concursum duarum a vocalium, vt in* ἀναιτίως; *quod fit ex* α *&* αἰτία, *interueniente v, ob indicatam causam. At vero* ἀτὶ *quid commune cum voce* ἄτη *habet? immo Græcumne dici potest? Duplex etiam priuatio in vna voce locum habere nequit. Alterum vero* ἀναιτίως *scriptum fuisse cum abbreuiatura videtur, hoc modo,* ἀναιτ: *ductuque illo supra vocem ipsam exolescente, reliquum fuisse* ἀνατὶ, *quod librarius expresserit. Sequemur igitur hanc rationem, nisi malimus* ἀνατὶ *recipere, quod aliis placet dictum veint* ἄνευ ἄτης. *Rectius hoc quidem illo Xylandreo.*

Pag. seq. 71, *m. pro* σοφίᾳ τινὶ κατηχημένους, *repone* κατηχημένους. *Et inest huic verbo* iuuandi, *non* imbuendi, *significatio.*

72, *m. In his verbis,* ἐπέχει τι γὰρ ἀνθρώπου, *vitium inest, quum* νομίζει *sequatur. Itaque legendum,* ἐπέχει γὰρ ἀνθρώπου *(adde intericcta)* νομίζει.

73, *m.* ἀγαθῶν καὶ κακῶν δεδεμένων, *scribe* διδομένων.

Pag. seq. 74, *p.* τὴν ἀπιμίαν οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς καταλαβοῦσι ἀνθρώποις νομίζουσιν ἐπιτιμίας, *repone* νομίζουσιν, ἢ ἐπιτιμίας. *eo quidem sensu, quem ad marginem expressi. Ib. m. Scio, cur recte legi possit* προσπεσόντων, *& tamen scripsisse Dio videtur* προσπεσόντος. *Ibidem pro* ἐπὶ τὴν γε ἄλλως *necessario reponendum* ἐπί τι γε ἄλλως. *Nequit enim dici, per diuisionem quamdam factum* τὴν γε ἄλλως *ex* τηνάλλως γε: *quum huius significatum vix huc quadret. Est enim Dioni tantumdem alibi* τηνάλλως, *ac* frustra. *Fortasse tamen huic lectioni quis patrocinari velit per illum Dionis locum, qui libro 60. exstat, pag. 673, m.* ἐς τε τηνάλλως συκοφαντήσαντας τινάς, *quasi dicere verbis iis Dio voluerit,* Qui delationibus suis alioqui vel alias quosdam circumuenissent. *Ego vero sic potius reddiderim, vt* τηνάλλως συκοφαντῆσαι *sit* temere calumniari, *vel* deferre, *hoc est, temerario conatu, sine veritatis fundamento. Rursus eadem pag. 73, m. pro* τὰ δὲ ἐθελονταὶ ἐποίησαν, *legendum* ὅτι τὰ μὲν ἐθελονταί. *Nam absque hoc, periodus integra non erit.*

76, *p. Dum Philiscus plerosque recenset, quorum aucta fuerit exsilio gloria; primum Romanos illustres viros duos commemorat,* Camillum *&* Scipionem: *deinde Græcos itidem duos adfert,* Aristidem *&* Themistoclem: *tertio par aliud producit,* Annium *&* Solonem. *Iam vero nec obscurum aliquem cum Solone claro coniungere voluit, cuiusmodi legitur heic* Annius, *nomine Romanus, at historiis Romanis ignotus, Græcis ne nomine quidem adsinis: & Aristide Themistocleque recentioribus, priore loco positis, Solonem ex antiquitate remotiori depromens, haud alium videtur eidem addituros fuisse, quam qui Soloni hac etiam in parte responderet. Ergo pro* ὁ τοῦ Ἀννίου, *reponendum puto,* ὁ τοῦ Αἰνείου; *vt* Æneam *Soloni Philiscus adiunxerit, priscum prisco, illustrem illustri; cuius gloria quomodo creuerit exsilio, nemo non nouit.* Annius *quidem* Milo *nequit intelligi, cuius exsilium libro post hunc tertio primum recitatur. Ibid. pro* μετὰ τοῦ σώματος, *scribendum* μετὰ τῶν τοῦ σώματος. *sequitur enim,* φύσει. *Ib. m. pro* πάντα καὶ τοῖς ἑκάστοτε δοκοῦν τοι ποιοῦσιν, *repone* πάντα καὶ ἐνίοτε ἑκάστοτε δοκοῦν τοι ποιοῦσιν, *idque necessario faciundum ex sensu verborum Dionis. Rursus paullo post,* κοῦφαι μὲν γὰρ, *emenda* κοῦφαι. Leues, *inquit,* sunt hominum res secundæ. *Ibid.* ποτὲ μὲν δεῦρο, ποτὲ δὲ ἐκεῖσε...... καὶ ἄγει τί *&c. Deest verbum, quod antecedentibus respondeat. Xylandri primum* βιάζονται, *haud placet. Quis enim dixerit,* ἄνω τε καὶ κάτω δεῦρο κἀκεῖσε βιάζονται; *Nec alterum eiusdem* φέρονται *probo, ne bis eadem in periodo verbum idem repetatur,* ἐν ἀκαταστάτοις πράγμασι φερόμενοι *(adde cetera intermedia)* φέρονται. *Quid igitur, inquiet aliquis, adfers ipse? Purum putum profecto Dionis verbum* στρέφονται, *quo nihil huic loco fingi possit aptius. Sic enim Dio scripsit,* ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω, ποτὲ μὲν δεῦρο, ποτὲ δὲ ἐκεῖσε στρέφονται· καὶ ἄγει τί *&c.*

77, *m. Sic Græci non loquuntur,* ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστιν, opus iis est necessario. *Quapropter aliquid intercidit, omissum incuria librarii. Scripsit enim Dio,* οὐχ ὅτι τι καὶ ἀναγκαῖον αὐτοῖς πρὸς εὐδαιμονίαν ἐστίν. *Sic iungi debere videmus, non* ἀναγκαῖον αὐτοῖς, *sed* αὐτοῖς τι. *Nota vero negligentia huius hominum generis in minutiis hisce frequenter omittendis, præsertim si voces aut syllabæ similes concurrant, vt heic* ὅτι τι, *quorum alterum otiosum esse crediderunt. Exemplum simile post lineas paucissimas sequitur,* καὶ δεῖν .... ὅσον ὅτι ἡσυχία τῆς ταραχῆς, καὶ ἡ εὐφροσύνη τῶν θορύβων, ὅτι ἐλευθερία τῆς δουλείας, καὶ ἡ ἀσφάλεια τῶν κινδύνων διαφέρει. *Cuius oculi non perspiciunt, non sentiunt aures, eruditi quidem hominis, imperfectam hanc orationem esse? Videbat Xylander, ideoque supplendam hoc modo putabat,* καὶ δεῖν σε σκοπεῖν. *Hoc* σκοπεῖν *non longe quidem abest a scopo: sed reabse quærendum aliquod magis iis simile verbum, quæ heic legimus, quodque a librario propterea omissum fuit. Nimirum scripsit Dio,* καὶ δεῖν σε ἰδεῖν, *vel potius* καὶ δεῖ ἰδεῖν σε, ὅσον *&c.*

79, *p. Pro* μὴ καὶ διασπασθέντες, *ex quo Xylander faciundum putauit* διασπαρέντες, *ego reponere malim* διασπασθέντες, *quod* diuulsorū *significationē habet, Dionis aptam sententiæ. Ib. En aliud exemplū eius, quod modo de vocum similitudine, librariis sæpius imponente, dicebam. Vidit Stephanus aliquid hisce verbis deesse,* Ὁ γὰρ ἀρχιέραξ σφίσιν ἡγουμένου ἔχοντες πρὸς τὸν Ῥοδανὸν διαβῆναι, καὶ πρὸς τοὺς Ἀλπεις που κατοικισθῆναι. *Propterea legendum ait* ἔχοντες γνώμην. *Adsirgit sententiā Dionis, qui tamen vsus erat voce, quæ alicui positarum hoc loco similior erat, quam* γνώμην. *Dico igitur, vel hoc modo fuisse scriptum a Dione,* Ὁ γὰρ ἀρχιέραξ σφίσιν ἡγουμένου· νοῦν ἔχοντες, πρὸς τὸν Ῥοδανὸν διαβῆναι, *vel* Ὁ γὰρ ἀρχιέραξ σφίσιν ἡγουμένου ἐν νῷ ἔχοντες, *&c. Similitudo vltimæ syllabæ in* ἡγουμένου, *cum sequenti voce* νοῦν, *vel* ἐν νῷ *fecit; vt alteram ex negligentia calligraphus relinqueret. Hæc ratio corrigendi libros veteres tutissima est.*

81, *p. Locum hunc totum, asteriscis notatum, seu mutilum, vt integrum efficias è libris m. s. de legationibus; primum ex* τήν τε ἐπιθυμίαν, *fac* τήν τε προθυμίαν αὐτοῦ ἰδόντες, quum Cæsaris alacritatem perspexissent; *(nota* claritatem *scripsisse per negligentiam typographicas operas in margine) deinde sequentia sic ordine scribito:* καὶ τὰ ἔργα *(scilicet* Cæsaris*)* ὁμολογοῦντα ταῖς ἐλπίσιν *(scilicet* Hæduorum & Sequanorum, *non* spei Cæsaris, *vt Xylander putauit)* αἰσθόμενοι, ἐκεῖνόν τε εὐεργεσίαν ἅμα καταθέσθαι, καὶ τοὺς Κελτὰς τοὺς ὁμοχώρους σφίσι πορθεῖσθαι ἤθελον. Διαβαίνοντες γὰρ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον, τῆς τε χώρας αὐτῶν τινὰ παρετέμνοντο, καὶ ἐκείνους ὑποτελεῖς ἐπεποίηντο, ὁμήρους σφῶν ἔχοντες. *Quorum omnium hæc sententia est.* Quum Sequani & Hædui Cæsaris alacritatem perspexissent, & eiusdem facta spei suæ respondere animaduerterent: simul & in ipsum conferre beneficium, & accolas suos

Germanos vlcisci voluerunt. Illi enim transmisso Rheno, quamdam regionis partem Sequanis & Hæduis ademerant, eosque sibi tributarios, acceptis obsidibus fecerant. *Hinc scilicet asteriscos illos tres, loco iam integritati suæ restituto, tolli debere videmus. Ib. m. ante τ χρείας ἕνεκα ponè copulam, & τ χρείας ἕνεκα. Hoc enim requirunt hæc Ariouisti verba præcedentia, ... ut sequatur, & τ χρείαν τινὰ ἔχοντα &c. Ibid. f. pro ... scribe rectius, ... Ibid. in his verbis, ... θηρία ἄπεχα & ἄγρια ..., nec Stephanus, nec Xylander, aliquod vitium notarunt. Et hic quidem θηρία ἄπεχα dixit* immanes belluas, *θηρία ἄγρια*, sæuas belluas. *Nihil dicam, an vox ἄπεχα significationem immanitatis habeat. Omisisse potius eam in reddendo videtur interpres, quod etiam alibi fecit, & ἄγρια dixisse* feras immanes ac sæuas. *Ego vero non θηρία ἄπεχα, sed ἄμεχα scripsisse Dionem aio, quæ magis est apta vox, &* feras insatiabiles *significat.*

85. m. *pro τί τοῦτο λέγεις τις, reponendum τί τοῦτο, ὁ λέγει τις. Verior enim, & plenior hæc scriptura.*

87. p. *ἐφ' ἡμῖν τὸ ... καταλιπόντας, vnico dumtaxat verbo mutato scribe: τὸ, ... καταλιπόντας.*

90. p. *In fine orationis Cæsaris, pro τὴν τε ... restituendum, τήν τε ... &c.*

91. m. *Interpres lectionem vulgatam hanc sequitur, ... ἀπεσχάτησε. Vertit enim,* Aduersarios arreptos calcitrantesque dentibus impetebant. *Hæc tamen frigida satis, vt cuius perspicuum. Aduersarios ... reddidit* calcitrantes. *Et quinam intelliguntur heic Germanorum aduersarii, nisi Romani? qui tamen neque calcitrabant, neque mordebant. Ergo mutandum exiguum aliquid, & ita distinguendum: ... Germ*anos *nimirum ait* aduersarios suos arreptos prostrauisse, (*Romanos inquam*) & eosdem tum mordendo latis, tum discerpsisse. *Eosdem ... χαλυβδικὰς Xylander ait dicendas χαλυβδικάς. Ego rectius χαλυβικὰς scribo. Non enim inest ἄ quoddam voci χάλυβος, vt est in μόλυβδος. Ac mihi quidem idoneus auctor est Eustathius, qui χαλυβικὸν στόμωμα vocat* aciem ferri, *vt Plinius loquitur.*

AD LIBRVM XXXIX. DIONIS.

Initio libri Κελτικὴν Xylander heic & paullo ante in periocha libri, Belgas *reddidit, ac vere lectionis respectu recte id quidem: alibi vero Κελτικὴν vertit* Germaniam *partim male, velut pag. 162. m. in Antonii de Cæsare maiori orationis funebris hisce verbis, ... (τῆς Γαλατίας) & τὴν Κελτικὴν & τὴν Βρεττανίαν ..., quod ipse reddidit,* vt in posterum in Germaniam, adeoque Britanniam, per Galliam transitus pateret: *itidem pag. ead. f. τὴν Κελτικὴν πᾶσαν μέχρι τοῦ ἀρκτῴου Ὠκεανοῦ ὑπεχείρωσε, quod interpretatus est,* Omnemque Germaniam ad Oceanum vsque septemtrionalem subegit. *Partim vero vocem Κελτικὴν ita reliquit, vt* Celticam regionem *diceret: veluti lib. 53. pag. 503. f. vbi totum locum hunc lector consideret.* Quidam è Celtis, *inquit Dio*, quos Celtas vocamus Germanos, quum omnem Celticam, quæ ad Rhenum est, occupassent; effecerunt, vt ea Germania vocaretur, partim superior, quæ à Rheni fontibus incipit; partim inferior, quæ ad Oceanum Britannicum vsque porrigitur. *Hoc posteriore loco recte Κελτικὴ scribitur. At in prioribus orationis Antonianæ, dico videri vitiatam ab imperitis librariis Græcis scripturam Dionis, qui non Κελτικὴν, sed Βελγικὴν scripserit. Nam alioqui falso memoriæ prodidisset, omnem Germaniam ad Oceanum vsque septemtrionalem à C. Cæsare subactam; quem certum est, etiam ex ipso Dione, Rhenum tantummodo transisse, nec in Germania quidquam occupasse, quod de Belgica dici non potest. Quapropter illic restituenda Dionis vera scriptura, τὴν Βελγικὴν πᾶσαν μέχρι τοῦ ἀρκτῴου ὠκεανοῦ. Idem heic initio libri 39. faciendum. Οἱ γὰρ Βελγικοὶ non Κελτικοί. Nam quomodo ceteroqui verum esse dicemus, quod ait Dio populos hosce Κελτικοὺς superioribus temporibus ex aliqua parte Romanis fœdere fuisse iunctos, & Rhemis Galliæ finitimos, si Κελτικοὺς legamus, quos ex Dione Germanos esse probauimus, ante Cæsarem Romanis haudquaquam fœderatos, & a Rhemis remotissimos? Ergo Βελγικοὺς & Βελγικὴν apud Dionem suis locis restituamus. Origo confusionis harum vocum Κελτικὴ & Βελγικὴ meo quidem auctore referatur ad similitudinem literarum κ & β, quæ in manuscriptis ita pingitur, vt u latinæ simillima sit. Nam si comparemus vocem κελτικὴ (sic enim proprias cum imposita virgula scribere Græci solent) cum βελγικὴ, perexiguum discrimen inueniemus. Sed satis hæc de vna voce, quæ tamen sæpius apud Dionem occurrit. Nec ignoro, quid adferri contra meam opinionem in medium possit, etiam ex eo, quod apud Zosimum, & alios quoque vox Κελτικὴ reperiatur.*

94. m. *Reliquit hæc verba, ... Xylander inemendata; seque maluisse dicit aliquem sensum exprimere, quod tamen ex scriptura vitiosa vix consequi potuit. Legendum enim, ... quod tantumdem est, ac si dixisset, ... Sensus ad marginem expressus est. Paullo post pro τῷ Λιμβαίῳ λίμνῃ scribe Λιμμαίῳ. Nam vt β litera sic u more Græco scripta, ceu diximus, litera κ ita etiam litteræ μ similis, calligraphum negligentiorem in λιμμαίῳ decepit, vt scriberet λιμβαίῳ.*

96. m. *Pro τὸ ἔτι τῷ ... scribendum necessario ... &c. Ibidem f. de libro Ciceronis quum dicitur, & ... delendum illud ..., quod ex initio sequentis verbi per incuriam librarii temere irrepsit, & simpliciter legendum & ... Rursus ibidem, & ... repone ..., quod co*ntrariam *significationem habet.*

97. p. *Locus ille valde corruptus, de solo ædium Ciceronis, ... scilicet τοῦ Κλωδίου, sic restituetur è meo quidem ingenio, & ... vt intelligatur,* solum illud ædium Ciceronis à Clodio per suffitū fuisse religioni obligatū, vel consecratum. *Ib. pro ... quinis perspicit; licet id neque Xylander, neque alius quis notarit. Ibidem, m. pro ... non cum Xylandro scribendum ... sed ... quibus in verbis origo corruptæ scripturæ perspicitur. Rursus ibidem ... mutandum in ..., quod etiam verbis ex hisce perspicitur libri 49, pagina 407. p. ... τῷ Πάρθῳ συμμαχίᾳ ...*

98. p. *Pro καθ' ἡμᾶς scribe καθ' ἕκαστον, quum alterum illud nihil omnino significet, ac propterea sit etiam omissum ab interprete. Ibidem, pro καὶ ἰσχυρῶς ..., repone καὶ ἰσχυρῶς αὐτοῦ ἀντείχετο,* & enixe ei obstabat eū. *Sic etiam locutus est Dio superius pag. 69. p.*

καὶ ὁ Νίνιος τά, τε ἄλλα αὐτῷ συνήρετο, καὶ τὴν ἐσθῆτα &c. *Quem locum eo lubentius indicaui, quod interpres hunc totum non restituerit. Ibidem f. quum dicitur,* ἔσω γάρ τι μᾶλλον οὐκ ἐδόκει σφίσιν ἐξεῖναι, τόσῳ τὸ πλῆθος ἦγε, *locum Xylander admodum deprauatum fatetur, nec ullam tamē ei fert opem. Ego confidenter aio; sic a Dione fuisse scriptum,* ὅσῳ γάρ τι μᾶλλον οὐκ ἐδόκει σφίσιν ἐξεῖναι, τοσούτῳ πλεῖον τὸ πλῆθος ἤχθετο. *Sententia vero huiusmodi est,* Quanto minus pontificibus videbatur, id sibi licere; *(nimirum ut populo carmen Sibyllinum enuntiarent)* tanto plebs ægrius rem ferebat. *Adsensuros mihi viros eruditos, haud dubito.*

99, p. quo loco legitur, μηδένα δύο ἅμα ἐκ τῆς αὐτῆς συγγενείας τὴν αὐτὴν ἱερωσύνην ἔχειν, *omnino vitiata sunt illa* μηδένα δύο, *quasi si dicas Latine,* neminem duos idem habere sacerdotium. *Repono citra dubitationem,* μὴ δεῖν δύο ἅμα *(adde intermedia)* τὴν αὐτὴν ἱερωσύνην ἔχειν, Non debere duos ex eadem gente idem habere sacerdotium. *Ibidem mox,* ἐκ τοῦ τῶν Κορνηλίων φύλου ὤν, *lege* ἐκ τοῦ τῶν Κορνηλίων φύλου. *quamquam hoc leuiusculum, notandum tamen videbatur, ab aliis præteritum. Ibidem m. pro* γραφὴν καὶ τοῦ Μίλωνος *(adde interiiciendi)* ἀπηλλάγησαν, *scribe* γραφὴν κατὰ τοῦ Μίλωνος ἀπηλλάγησαν. *Rursum ibidem non* οὐχ ὅτι τὸν Μίλωνα προσδοκῶν αἱρήσειν, *scriptum a Dione; sed* οὐχ ὡς τὸν Μίλωνα προσδοκῶν αἱρήσειν. *Quippe si quis illud* ὅτι *retinendum dicat, etiam scribendum erit,* οὐχ ὅτι τὸν Μίλωνα προσεδόκα αἱρήσειν. *Restat eadem pagina, mox locus paullo mendosior, nec ab aliis tamen vel indicatus, vel correctus. Nam ubi dicitur de astu Clodii, Pompeium volentis exagitare, amicos eum suos instruxisse, ut quando plebis in conciliis interrogaturus esset ipse,* τίς ποιῶν ἢ καταλέγων τί ἐσθ' ὅς τις ὤν, *(sic enim legitur) exclamarent simul,* Pompeius: *hæc verba Græca vitio non carent, sensumque vix habere possunt idoneum, ob illud* καταλέγων. *Quapropter ita potius scribi debent,* τίς ποιῶν, ἢ καὶ λέγων, ποῖός τις ὤν;

Pagina quoque sequenti 100. m. in his verbis, τοὺς σύνδικας ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ φυγῇ ἐπὶ τοῦ Κλωδίου παρόντας, *reponendum* ὑπὸ τοῦ Κλωδίου.

101, p. Siue heic αἰσχυντηλῶς, *siue* ἀνεγκλήτως *legatur, sententia constat; ita tamen, ut posterius de Catone potiorem habere locum videatur, cuius actiones eiusmodi erant, ut a iudiciis ei metuendum non esset; (illuc autem pertinet hoc* αἰσχυντηλῶς*) in hominum tamen reprehensiones incurrere posset, a quibus nihil adeo tutum est, ut omnino sit* ἀνέγκλητον. *Quod autem statim sequitur* ἰδίᾳ ἄλλον, ἢ πολέμῳ τινὶ ἐνευκαίκει, μεταπεισθῆ· *vocula quidem exigua caret, sed sine qua non integra est oratio. Scribendum enim,* ἢ ἐν πολέμῳ τινὶ ἐνευκαίκει. *Ibidem f. pro* ἐθελούσιοι παρήσαν, *reponendum* ἐθελονταὶ παρῆσαν. *Periodus autem ipsa nec intellecta fuit ab interprete, nec bene reddita; quod videre licet ex iis, quæ margini adiecimus.*

102, p. Paullo post, locus est corruptior, & intricatior, quem ut repurgemus, & intellectu facilem cuius reddamus; non ita legendum aio, τὴν δὲ δὴ ὑποτοπίαν τῶν πραγμάτων ἔσχε, *quæ verba sensum omnino nullum habent, nec de interpretis opinione mutari debent in huiusmodi,* τὴν δὲ δὴ ὑποτοπίαν αὐτῶν, πράγματα ἔσχε· *sed alia quadam ratione sananda; nimirum ut hæc scriptura sit,* τὰ δὲ δὴ ὑποψίας τῶν πραγμάτων ἔσχε. *Non enim statim heic de petitione consulatus agitur, sed ait* suspecta pleraque fuisse Pompeio in republica, quæ molestiam ei adtulerint, *ut ipse Dio mox subiicit. Illa ipsa vero posteaquam ordine recensuit, tandem ὑποψίας hanc explicans, & causarum eius enumeratione concludens inquit,* δι' οὖν ταῦτα δυσχεραίνων, hæc ægre Pompeius ferens, & *cetera. Vt autem molestiis hisce liberaretur, cogitare denique de rationibus ineundis statuit, quibus potentiam suam fulciret, & in his de consulatu, sicut ordine Dio rem omnem exposuit. Ibidem m. In hisce verbis,* μέχρις ἂν αὐτόματος ἡ δόξα τῶν πραττομένων ἐκεῖσε ἐκπέσῃ, *non legisse Xylandrum* ἐκεῖσε, *sed* ἱκανῶς, *paret ex ipsius hac interpretatione,* Donec ipsa rerum gestarum fama eodem pertingeret. *Ego retinendam lectionem usitatam censeo, cuius sententiam ad marginem posui. Verbum quidem illud alterum, minime probum est. Mox ibidem suspecta Xylandro vox est* μεγάλως ἠγαπημένων, *nec abs re. Si cui* ἠγαπημένων *restitui non placet, aliud nobis indicet, magis Dionium.*

103, f. Hoc loco transposita negatio Dionis orationem confusam reddit, & interpretem in errorem impulit. Non enim scribendum, εἰ γάρ τις τῶν μὴ βουλομένων ἐνδοίη, *sed potius* εἰ γάρ τις τῶν βουλομένων μὴ ἐνδοίη, ὁ δῆμος ἄφθονος αὐτοῖς ἐδίδου. *Quæ verba quomodo proxime antecedentibus respondeant, videt e textu lector, & iis, quæ margini adscripsimus.*

104, m. In his verbis, πρὶν δὲ δὴ τὸ συνέδριον ἀρξάμενος, *si ultimo loco, quod vitiatum videtur,* ὁρμήσας *scribas; interpretis sensum habebis. An vero vox alia magis idonea reponi debeat, viderint sapientiores. Si retineatur* ἄρξας, exorsum *reddemus, ut infra,* ἦρξαν τοῦ πολέμου, Bellum exorsi sunt.

105, p. ὁ τῆ λύχνου οἱ προσφέρων, *scribe* προσφέρων. *Rursus inferius pro* ἐπὶ ἐκείνοις μὲν, *reponendum* ἐκεῖνοι μὲν, & *intelligendi* Crassus ac Pompeius. *Et nota significatum vocis* προστρόπαιοι σφίσιν, *quod interpres incogitanter* supplices *reddidit, ad marginem expositum. Nam vertit ac si* προστροπαίους *Dio scripsisset. Aliud autem* προστρόπαιος, *quam* προστρόπαιος. *Idem absque causa idonea voces statim sequentes,* δύο δὲ δημαρχία, *suspectas habet, ac postremam in* δημάρχοι *mutat. quod ex ipsa refutatur auctoris sententia, margini adscripta; & ex eo, quod certum est, hæc coniungi debere,* συχνὰ ὁμολογήσαντι αὐτοῖς δημαρχία. *Ceterum non* Ἄππιος Καπίτων, *sed* Ἀτήιος *scribendum e monumentis veteribus,* gentem Ateiam *nominantibus. Familiariter notus mihi fuit insignis tribunus militum,* Nicolaus Atestadius, *sic ab Ateia villa vel potius opidulo dictus, quod est in Alsatia. Referebat ille sui generis originem, omnium confessione ceteroquin antiquissimi, Romanos ad hos Ateios, idque se maiorum e monumentis hausisse dicebat. Obiit sine liberis ante paucos annos, dignus qui gentem adeo priscam ad posteros propagaret, si fata concessissent. Sequitur ibidem f.* τῷ δὲ τῆς Γναΐας *(adde per parenthesin inclusa)* ἄρχειν ἔτι πάντη ἐπιθυμοῦσι. *ubi Xylander abundare putat illud* ἄρχειν. *Ego contra, minime delendum aio, sed ita tamen loco consulendum; ut pro* τῆς Γναΐας, *scribatur* τῆς Γναΐας ἄρχειν, *quemadmodū scripsisse Dionem, haud dubito.*

106, m. Xylander & periodum mutilatam indicat ad hæc verba, πρὶν καὶ ὁποιοῦν τῶν ἱστορουμένων, *& postremū deprauate legi dicit. Vere quidem utrumque. Sed nullam quum opem loco ferat, saltim nos aliquid præstemus. Sane si prodigiosum illud* ἱστορουμένων *pristinæ formæ restituatur, nihil requiremus amplius. Itaque sic integer erit locus,* καταλάβοιεν καιρὸν, πρὶν ὁποιοῦν τῶν εἰκότων λέγειν, ἔχοντι &c. *quorum margini sensus adscriptus.*

107, p. pro τὸ τοῦ συλλόγου χωρίον ἐξεῖργον, *vel scribendum* ἐκτὸς τοῦ συλλόγου, *vel illud* τὸ *prorsus inducendum. Ibidem f. ante* τὴν δίαιταν, *restituendam ait Xylander præpositionem,* περὶ τὴν δίαιταν. *Ego periisse*

præpositionem aliam dico, vltima syllaba dictionis præcedentis similem, vt Dio scripserit, τὰ ἀναλώματα κατὰ τὴν δίαιταν. *atq; hoc rectum est, sicut & illud* ἐπὶ μακρότατον προηγμένα, *mutandum in* προηγμένα. *Ibidem in his verbis,* ἐπειδὰν αὐτοῖς, τὸ μέγιστον τῶν ἄλλων ἰσχύων, καὶ . . . ἐπί τε τῷ οἴκοι πολυτελεία, καὶ ἐπὶ τῇ ἐς τοὺς ἄλλους μεγαλοφροσύνῃ ἐπαρθῶν, *omnino deest aliquid loco punctis notato. Vix equidem dubito, id esse vocem* αὐτοῦ, *vt scribatur,* καὶ αὐτοῦ *(adde intermedia)* ἐπαρθῶν. *Hanc vero librarius otiosam putauit, quod etiam paullo ante reperiretur.*

108, *m. Ibidem indicat Xylander, Xiphilinum, qui Dionem epitomauit, hoc loco non habere,* πρὸς τὸ ὕδωρ ἄμινον, *sed* φανόν, *quæ fuerit* aqua limpida. *si tamen altera videatur alterius retinenda lectio, non* ἄμινον ὕδωρ *scribendum, sed vel* ἀμινὸν *vel* ἄμινον.

109, *p. Pro* ἵνα τὰ Τιβέρια, *Xylander reponit,* ἵνα τὰ τὴν Ἰβηρίαν: *ego minori mutatione,* τὰ τ' Ἰβηρικὰ *scribo. Ibidem mox hæc verba,* ὥσπερ οὐκ ἐν τῷ δημοσίῳ, *Xylander emendat,* ὥσπερ οὐ καὶ τῷ δημοσίῳ: *ego rectius opinor,* ὥσπερ ἐν τῷ δημοσίῳ δι' ἐκείνου καταπρόμενοι, *propius hoc vera sententiæ. Paullo post, in his verbis,* τύχας αὐτοῦ τὰς νομιζομένας ἐπὶ τῷ σεαυτοῦ πεπιέσμενοι, *repono* μεμψάμενοι, *quod coniungendum cum* αὐτοῦ, *quiuis perspicit.*

110, *f. Locum hunc, cuius verba sunt,* ὅπου μὲν γὰρ κρεῖττον αὐτοῦ, ἐν τῇ προσόδῳ ἐφίει *Xylander in Græco mancum fatetur. Ego sic redintegrandum arbitror,* ὅπου μὴ κρεῖττον αὐτοῦ ἦν, ἐκεῖ προσῄεσθαι ἐφίει, *quam minima vocum mutatione facta. Paullo post, pro* καὶ οἱ μηδὲ ἀμυνεῖσθαί τινα δυνάμενοι, *lege* καὶ εἴ τι μηδέ.

111, *p. pro* δι' ἐκείνης οἱ περὶ τῶν πολεμίων τινὰς ἐπιβουλευόμενοι, *lege* ἤδη, *quia sequitur,* ἢ πάντως. *Ibidem infra hæc verba,* οἱ τὰ πάντα ἔρημα ἀφανισθέντα, *pro deploratis habita Xylandro sic emendo equidem, vt ab ipso Dione scripta fuisse indico: nimirum quo legatur,* ὡς ἀγαπᾶν, εἴ τι ἔρυμα διασωθείη. *Neminem contradicturum emēdationi tam eleganti, sane mihi persuadeo.*

112, *m. Corruptus est Dionis hic locus, vbi refert, Aquitanos esse Gallos, & Celticæ finitimos, ac iuxta ipsos montes Pyrenæos ad Oceanum pertingere. Nam Aquitani, modo Vascones, a finibus Celticæ, quam huius initio libri Germaniam esse Dioni docuimus, longissime remoti sunt: sicut & Celtica plurimum distat a Pyreneis, propter quos ait Aquitanos ad Oceanum vsq; se porrigere. Quamobrem pro* Κελτικῇ, *restituendum heic,* τῇ τε Κελτιβηρίᾳ προσοικοῦσι, Celtiberiæ fines adtingunt. *Vt enim cis Pyrenæos Aquitani sunt, Galliam versus: ita trans eosdem in Hispania Celtiberi, solis hisce montibus ab alteris alteri diremti. Licet etiam ex eo colligere, de Celtiberis loqui Dionem: quia statim heic subiicit, quosdam ex Aquitanis, Sertorianos milites ex Hispania, nimirum vicina sibi, arcessiuisse. Denique paullo post, pagina 113, f. contrarium quiddam his ipsis dictionibus accidit. Legitur enim, Rhenum oriri ἐκ τῶν Ἄλπεων τῶν Κελτιβήρων*, ex Alpibus Celtiberorum. *Nimirum vt heic* Celtica *pro* Celtiberia *scribitur: sic illic pro* Κελτιβήρων *reponendum* Κελτικῶν. *Et illo quidem loco Xylāder hoc adnotat, heic vitii nihil deprehendit.*

113, *m. pro* καὶ ἀπὸ τῶν ἁμαξῶν, *rectius scribetur,* καὶ ἀπὸ τῶν ἁμαξῶν. *Paullo post, pro* καὶ ἐς τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἐσβαλεῖν, *necessario reponendum est* ἐσβαλών, *scilicet* Cæsar, *vt quiuis animaduertit, præcedētia cum his, & sequentibus, conferens.*

114, *p. vbi dicitur,* ἔχει μὲν, *rectius* ἀπέχει *cum Xiphilino)* τῆς ἠπείρου τῆς Κελτικῆς κατὰ Μορίνους, Distat a continenti Celticæ Britannia, qua Morini degunt; *iterum videtur* Κελτικῆς *loco scribendum* Βελγικῆς. *Hæc enim reabse Morinos complectitur, in aduerso Britanniæ litore degentes. Nec probanda Xylandri oblitio, cui Κελτικὴ hoc loco* Gallia *est, alioqui semper* Germania, *& paucis quidem hinc lineis, vbi de Rheni fontibus, ex Celticis Alpibus profluentis, e Dione disserit. Versu post hunc quinto pro* ἐπὶ μὲν πάνυ πρεσβύτοις, *scribe cum Xiphilino* παλαιοῖς, *proque* primis Græcorum, *dic* admodum priscis Græcis & Romanis.

115, *p. pro* τοῦ τι πολὺ ὀλίγου ἐνδεῖν, *reponendum* αὐτοῖς τι πολὺ &c. *Ibidem pro* μηδὲν μάτην ἐκ τῆς Βρεττανίας, *omisso illo* μάτην *scribendum,* μηδὲν ἐκ τῆς Βρεττανίας μάτην αὐτῷ μάτην τῷ πλὴν &c. *quodq; mox sequitur,* πλὴν ἐπὶ στρατευσαι αὐτοῖς, *in eo mutandum* ἐπ' αὐτοῖς *in* ἐπ' αὐτὴν, *scilicet* Βρεττανίαν: *aut in* ἐπ' αὐτούς, *nimirum* Βρεττανούς, *ex sensu.*

116, *f. vbi dicitur,* τὴν μὲν ἀρχὴν, ἐν ᾗ ἐπιτετάχει, *corruptum est vltimum hoc verbum, ex* ἐπιτεύχει, *vt reddatur,* Prouincia cui præfectus fuerat. *Hoc vitium fugit & Xylandrum nostrum, quoniā interpretatur,* Prouincia quæ sibi obtigerat: *quasi si non* ἐφ' ᾗς ἐπέτυχε, *sed* ᾗς ἐπέτυχε, *scripsisset Cassius; quo tamen ille modo locutus non fuisset, sed* ᾗς ἐπέτυχε.

117, *p. in his verbis,* ἐπειδὴ μὲν οὐδὲν πρὸς τῷ, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεδήλου *ab illo* πρὸς τῷ, *Xylander abesse putat aliquid, & supplendum vel* πρὸς τὸ πατέρα, *vel* πρὸς τῷ Πτολεμαίῳ. *Minime vero gentium, mea quidem sententia: sed tantum* πρὸς τὸ, *mutandum in* πρὸς αὐτὸν, *vt Dio scripsit, non patrem Berenicæ, non Ptolemæum intelligens, sed Gabinium.*

Ib. m. ὁ γὰρ Γαβίνιος, *rectius scribetur* ὁ γοῦν Γαβίνιος. *Ibidem vocabulum alienum legitur a loci sententia,* τὸ γὰρ Ἀρχέλαον προσωποποιήσας σωίλαβε, *pro quo restituendum* προσποιησάμενος, *eo quidem sensu, quem margo interpretationis habet.*

118, *p. pro* συχνὰ ἐπαφίλησεν, *lege* συχνὰ ἐπωφέλησεν. *Illud enim* iuuandi, *hoc debendi significationem habet, quæ huc quadrat. Ibidem* ὅτι περιβάλη *mutandum in* ὅτι περιβάληθη. *Et pro* ἑαυτῷ βοηθεῖν, *scribendum* αὐτῷ βοηθεῖν. *Ibidem, m. pro* καὶ αὐτὸ τοῦτο δεινὸν ἐπῆλθεν, *non reponendum* ἐπῆγεν, *secundum Xylandrum, sensu verbi huius alieno ab auctoris instituto: sed* ἐπῆλθεν, *quod illi literis est simillimum, & heic a Dione proculdubio positum fuit. Rursus ibidem, hæc verba,* τὰ τῆς Σιβύλλης ἔπη αἰτιωθῆναι· διὸ καὶ ἀπὸ αἰτιῶντος τοῦ Πομπηίου, *hoc modo corrigenda sunt, & scribenda:* τὰ τῆς Σιβύλλης ἔπη αἰτιωθῆναι, καὶ ἀπὸ αἰτιῶντος τοῦ Πομπηίου. *Rursum ibidem f. pro* ἀπὸ τοῦ *scribendum* αὐτοῦ οἰκίαν, *sine* τοῦ, *quod Stephanus retinet, quum id corruptum sit ex* οἰκίας. *Rursus pro* οἱ μὲν ἐν ταῖς πύλαις, *restituendum* οἱ μὲν ἐν ταῖς στήλαις. *quamquam vtrumque in vsu esse constat. Vbi denique legitur* παλαιοῖς μὲν εἰδώς, *reponito* πάλαι. *Refertur enim ad positū superius* οἰκίας.

119, *p. Quod Xylander existimauit his verbis,* οὐχ ὅπως λάθοι, ὅ, τι ἐπὶ δόξῃ δεινὸν τι πάθοι, *ante illud* ἐπιμαθεῖ *deesse* ἄνευ, *non probo: quum integra sit absque hoc sententia, peritis quidem auribus.* πάνυ *tamen recte mutatur in* ἐπάνω. *At tertia secundum hoc linea nec Stephanus, nec Xylander insigne mendum animaduerterunt, vbi de Gabinio dicitur,* eum sero in Italiam e prouincia sua venisse, & noctu in vrbem inuectum, multis diebus extra Italiam se conspici, ferre nō potuisse. *Sic enim loquitur interpres. At quidnam est illud,* extra Italiam Romæ conspici? *An non absurdum dicemus, qui Romam ingressus iam fuisset, eum moleste tulisse, tunc extra Italiam se conspici? Vitiatæ nimirum illæ vocis sunt,* ἔξω τε τῆς Ἰταλίας συχνὰς ἡμέρας ὤφθη μὴ τολμήσειν φανῆναι, *quas integritati suæ restitutas quiuis fatebitur, si pro* ἔξω τῆς Ἰταλίας *reponamus* ἔξω τῆς οἰκίας. *Sic enim scripsit Dio, sensu planissimo;* Gabinium *scilicet in*

vrbem

orbem noctu inuectum, multis admodum diebus non fuisse ausum extra domum suam prodire. *Paullo post, pro οἱ γὰρ λαχόντες, commodius scribetur οἱ μὲν λαχόντες, quas particulas apud Dionem inter se confusas sæpissime negligentia librariorum, obseruaui.*

110, m. *Vt ante ἐπειδὴ deest coniunctio* καὶ, *sic eadem ante ἐν τῷ ἀρχαίῳ locum non habet. Transposita nimirum fuit, & suo restituta loco reddit orationem hanc integrã,* καὶ ἐπειδὴ τείχεσι τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἑταίρων ἔτυχεν, ἐν τῷ ἀρχαίῳ πεδίῳ ἐθάφθη.

AD LIBRVM XL. DIONIS.

122, m. *Nomen* Suellæ *corruptum est, ex eorum disiunctione, quæ coniunctè scribi debuerant. Ex his enim tribus,* καὶ σουέλλας τε, *vnicum ego Κασουελλαυνὸν Dionis restituo, qui Cæsari quoque* Cassiuellaunus *est: vt locus integer hoc modo reddatur,* καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸν Κασουελλαυνὸν, τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῇ νήσῳ δυναστῶν φερόμενον, προχωρήσας.

123, p. *Vitiata verborum illorum scriptura est,* ἐπεὶ γὰρ ἐς Ἰταλίαν ὥρμησεν, ὡς καὶ ἐκεῖ παραχειμάσων, *hoc est,* postquam Cæsar in Italiam proficisci, vt ibi in hibernis esset, instituit. *Præcedit enim,* minime visum Cæsari consultum, vt in Britannia manens, a Gallia diutius abesset. *An igitur Galli per absentiam Cæsaris in Britannia, tumultus excitaturi erant, eodem in Italia hibernante quieturi? Minime quidem certe. atque hac de causa dico scribendum,* ἐπεὶ γὰρ ἐς τὴν Γαλατίαν ὥρμησεν. *vt eum ex Britannia discessisse statuamus, in Gallia cum exercitu hiematurum. quod ipsum consilium Dio rectum fuisse iudicat, ob secutos Gallorum motus, etiam præsente Cæsare. Paullo post, pro* τῶν Ῥωμαίων, ὅτι Σαβῖνοι, *scribe* τῶν Ῥωμαίων, ὧν ὁ Σαβῖνος. *Puto librarium, quum ei verba dictarentur, alterum ω per imprudentiã omisisse.*

124. p. *In his verbis,* περὶ τῆς προνοίας τοῦ στρατοῦ, *Stephanus & Xylander* ὑπὸ τῆς προνοίας *scribendum putant. Ego quærendam aio præpositionem, quæ illi* περὶ *similior sit. Ea vero fuerit* παρὰ, *qua dubio procul vsus Dio,* παρὰ τῆς προνοίας *scripsit.*

126, p. *In his,* αὐτοῦ ἄγγελοι τοῦ βασιλέως τῆς ἐπιστρατείας αὐτοῦ πυνθανόμενοι, *primas voces duas coniungens,* αὐτάγγελοι *scribo. Ibidem m.* πολὺ τι οἱ τε Ζηνοδότιον οἰκήτορες, *lege* πολὺ οἱ τὸ Ζηνοδότιον. *Ibidem locus emendatu difficilior, vbi legitur,* καὶ διὰ τοῦτο καὶ αἴτιοι. *Xylander reddidit,* Quæ ipsis causa fuit, *vt vrbs euerteretur. sensu quidem id probo, sed verbis non respondente. Rem paucis vt explicem, dico scripsisse Dionem,* καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀνίστησιν. *hoc est,* & propterea Crassus eos euertit. *Ibidem f. pro* βασιλεία *scribe* βασίλεια, *vt regia Ctesiphontis intelligatur, & mox pro* ἐπειδὴ ὅ τι τῶν Περσῶν ἀρχὴ *lege* ἐπεὶ δ' ὅτι.

127, f. *Pro* ἀποτολμῶντες σφίσι τοὺς πεζοὺς περίεχεται, *scribe cum Xiphilino,* ἀπονοσφίσαντες σφίσι τοὺς πεζούς.

128, p. ἔπεμψε περί τι ἰσλανικὸν, τότε μαθητικόν, *sic integrum efficiemus;* ἔπεμψε δὲ (*quia præcessit* ἔπεμψε μὲν περί τι τὰ ἰσλανικά, τότε *&c. Ibidem m. pro* καὶ ἐπειδὴ ὁ χειμὼν, ἐν ᾧ *&c. repono* καὶ ἐπειδὴ χειμὼν ἦν, ἐν ᾧ. *Ibidem statim,* οἵ τε κύνες περιφοιτῶντες ὠρύοντο, *notat Xylander, verbum ὠρύοντο data se opera vertisse,* vlulauerunt; *quod canum vlulatus omen habebatur. At vero nihil tale significat* ὠρύεσθαι. *sed potius hoc dicere Dio voluit,* canes oberrãtes damna intulisse. *Nimirum hoc rabiosorum est canum, ideoque rectius huc quadrat.*

131, p. παρεῖα πηγῇ ἀπέβαινε, *scribendum* κατέβαινε, *permutatis inter se præpositionibus* ἀπὸ *&* κατὰ: *quum in-*

ferius, lib. 42. *pag.* 211. *f. contrarium quiddam huic exemplo acciderit. Nam vt heic* ἀπέβαινεν *positum est, pro* κατέβαινεν: *ita pro* ἀπῆγεν *illic* κατῆγεν *irrepsit. Ceterum hoc ipso loco, mox pro* καὶ γυμνοῖς τι σφᾶς, *repono* γυμνοῦσθαι σφᾶς, *quum sequatur* ἠνάγκασεν, *quod ad* γυμνοῦσθαι *respicit. Item paullo post* ἐμφανέσι πολεμίοις *in* πολεμίοις *muto. Rursus his verbis,* αὐτοί τε ὑπῆλθον ἐς τὰ ἐπεστραμμένας αὐτοῖς ἵππῳ, *inseri debere* πρόσω *putauit Xylander,* ἐς τὰ πρόσω ἐπεστραμμένοις: *ego simplicius restituo, sic legens,* ὑπῆλθον ἐς τὰ ἀπεστραμμένα αὐτοῖς ἵππων, *quorum sententia multo planior est, vt lectio priori similior.*

133, m. *Pro* ὡς πίπτοντας, *scribendum* ὥστε ὡς πίπτοντας, *vel cum Xiphilino,* ὡς καὶ εἰκότερον ὡς πίπτοντας. *Linea sequenti* στρατόπεδον κατὰ λόγου εἰκόσι ... *rectius* στρατόπεδον ἐκ καταλόγου, *sicut & superius pag.* 128. *f.* τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατιώταις *dixit. Idem confirmat Xiphilini scriptura.*

135 p. *Locum hunc, quem Xylander in Græco misere deprauatum queritur, quantumuis integer in speciem videatur,* ἀφ' ὧν τοὺς τε σφετέρους καταπλήξειν, καὶ ἐκείνους ἔμελλε: *sic equidem a Dione scriptum fuisse adfirmo,* ἀφ' ὧν τοὺς τε σφετέρους καταπλήξειν, καὶ ἐκείνους θαρσήσειν ἔμελλε. *Sensus autem huiusmodi est,* habuisse Labienum orationem, qua suis metum, hostibus ferociam additurus esset. *Quod* θαρσήσειν, *verbum a me repositum adtinet; Dionium esse, nemo dubitet. Sic enim hoc & alibi videmus vsum. Verbi gratia, lib.* 51. *pag.* 450, *m. de Cleopatra,* ἐκείνη δὲ ἐθάρσει μὲν πως τὸν Καίσαρα.

136, p. *In his verbis,* τὰς μὲν συναπελθούσας σφίσιν ἐθελοντὰς, περιεῖδον· *Xylander vltimum absque ratione mutandum censet in* περιείδον, *ideoque reddidit,* his pepercerunt. *At vix in hoc posteriori verbo talis inest significatio, sed* negligentiæ *potius, &* contemtus, *testimonio loci, qui lib.* 54 *pag.* 513, *p. legitur, & alterum* περιεῖπεν *huc recte conuenit, quum Dio tradat,* Aruernos fouisse defectionis socios maleficiis ceteros infestasse. *Sic eodem vsus est & alibi Dio, l.* 45, *pag.* 269, *f.* ἠγάπα τε καὶ περιεῖπεν αὐτὸν, amabat & fouebat Octauium Cæsar.

137, m. *His verbis emendandis,* καὶ αὐτὸς μὲν οὔτι προσεγίγνετο. οἱ δὲ δὴ βάρβαροι, ὡς καὶ ὑψηλότεροι ὄντες, τό τε στρατόπεδον αὐτοῦ κατεθεῶντο. *Xylandri coniectura non sufficiunt, dum ita fuisse scriptum putat,* καὶ αὐτὸς μὲν οὔτι ἐγίγνωσκε προσβάλλειν, *aut* προσβαλεῖν ποιῶν. *Numquam ita certe locutus esset Dio, nec leuis audaciæ, sic infercire verba pro libitu. Ego quam minima mutatione facta, sic restituo:* καὶ αὐτὸς μὲν οὔτι τι προεγίγνωσκεν· οἱ δὲ δὴ βάρβαροι, ὡς καὶ ἐφ' ὑψηλοτέρου ὄντες, τό, τε στρατόπεδον αὐτοῦ κατεθεῶντο, καὶ ταῖς καταδρομαῖς ἐπικαίροις ἐχρῶντο. *id est,* Ipse quidẽ Cæsar nihil hostile præuidebat. Contra barbari, qui sublimioribus in locis essent, in eius castra despectabant, & decursionibus opportunis vtebantur. *Sic omnia nimirum plana sunt, & perspicua. Nec verbum* αἰτιασθεὶς *interpres idem recte intellexit, de quo ad marginem notata.*

138, m. *Opidi Gergobiæ nomen in his verbis intercidit,* τῶν Ῥωμαίων πρός τε τοῦ Καίσαρος ἀπουσίᾳ. *Legendum enim,* τῶν Ῥωμαίων πρὸς τῇ Γεργοβίᾳ τοῦ Καίσαρος ἀπουσίᾳ πταισάντων. *Paulo post, vbi positus est asteriscus, cum verbo vitiato, in hunc modum,* * ... *dumtaxat vnico Dionis verbo restituto, licebit asteriscum tollas. Scribẽdum enim,* μὴ κολασθήσονται, *quod posito superius* φοβηθέντες, *respondet.*

139, f. *Xylander & corrigit, & vertit hunc locum, quasi Dio scripsisset:* ἐν τῇ μάχῃ δὲ δὴ τῶν Ῥωμαίων, τῇ βοηθείᾳ μάλιστα τῶν Κελτῶν, νικηθέντες. *Quæ si cum pristina loci scriptura conferas,* ἐν τῇ μάχῃ δὲ δὴ τῶν Ῥωμαίων τῇ βοηθείᾳ,

vides, quam audacter adiecerit verba non pauca, contra leges emendandi scriptores veteres ex ingenio. Ne diu lectorem detineam, dico totidem prope syllabis ita restitui locum posse, sensus vt idem maneat, qui tam multis ab illo verbis exprimitur: idque si legas, ἐν τῇ μάχῃ δὲ ἐπεμίγη, τῶν Γερμανῶν τῇ βοηθείᾳ. Si liceat, ausim eiurare, germanam hanc esse Dionis scripturam, suffragantibus etiam literis.

140, p. τότε χῶρι πεῖσας, *mutandum in* προτρέψας. *Ibidem m. Rursus occurrit illud* Κελτικοὶ, *quum intelligantur* Βελγικοὶ, *etiam interprete consentiente, qui* Belgas dixit. *Ibidem f. vbi legitur,* τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς συνοῦσιν οἱ, *licet haud ignorem, defendi scripturam posse, quam Xylander quoque secutus est; tamen verius puto,* τοῖς συνεδρεύουσι, quos secum habebat.

141, p. *Nec Stephano, nec Xylandro, hæc verba tractantibus,* εἰκός τε γὰρ ἦν ἐξόδῳ, καὶ ὁ πόλεμος ἐπὶ ταυτό· *adsentior. Nam prior* εἰκὸς *in* ἔτος *non recte mutat, quum imperii non vnus annus Cæsari concessus fuerit; alter illud* εἰκὸς, *vt dicam quod sentio, plane* ἀπεικότως *defendit, quum locum habere nequeat. Si meam requiris sententiam, Dionem scripsisse scias,* ἐκεῖνός τε γὰρ ἦν ἐν ἐξόδῳ, καὶ ὁ πόλεμος ἐπὶ ταυτό. *Refertur autem* ἐκεῖνος, *ad vocem* χρόνος, *quæ præcessit.*

143, p. *Pro* ἐλευθερίᾳ *reponendum* ἐλευθέρων. *Verior autem sensus est is quem margini adscripsi, quam sit interpretis.*

146 m. *Pro* ὑπὸ αὐτοῦ *scribendum* ὑπὲρ αὐτοῦ. *Ibidem linea proxime sequenti,* δυνάμεις *mutandum in* δυναμένοις, *quia voci* λόγους, *superius positæ, respondet.*

149, f. *Xylander hæc,* ὅμως δ' οὐδὲν δεῖν τι αὐτὸν ψηφίσασθαι, *mutanda putat in* ὅμως δ' οὐδενὸς ἄλλου δεῖν τι, *quæ vitiose redundant, quum alterutrum, vel* ὅμως, *vel* οὐδενὸς ἄλλου *otiosum sit. Ego simpliciter restituo,* ὅμως δὲ δεῖν τι αὐτὸν ψηφίσασθαι.

150, p. *Pro* μηδ' ἐκεῖνον φιλοῦντας αὐτὸν τῆς δυνάμεως τῆς αἰτήσεως τῆς ὑπατείας, *repone* μηδ' ἐκεῖνον φιλοῦντας αὐτόν, *scilicet* τὸν Πομπήιον, *quod præcessit.*

151, p. *Illud* οὐδέ τι ἐπί τῳ, *mutandum in* ἐπί τῳ τῶν δὲ συνειλεγμένων. *Nec interpres scripturam vitiosam recte sequitur,* quum incerti cuiusdam negotii causa collectos ait. *Quippe contrarium intelligitur ex præcedentibus. Ibidem f. corruptum verbum legitur* ἀπῆλθον πρὸς τὸν Πομπήιον, *quum Dio referat,* a Marcello consules designatos ad Pompeium deductos. *Eius igitur loco reponendum* ἀπήγαγε. *Rursus ibidem,* καὶ τότε κύριοι ἐνομίζοντο, *rectius scribetur,* καὶ τότε κυρίως ἐνομίζοντο. *Locus autem non bene redditus ab interprete, rectius ad marginem expositus est.*

AD LIBRVM XLI. DIONIS.

155, m. *pro* Καίσαρα μηδὲν εἰρηναῖον ἐν τοῖς πρέσβεσιν ὑποσχεῖν, *scribendum* μηδὲν εἰρηναῖον τοῖς πρέσβεσιν, *quia sequitur* καὶ προσηγγελμένα σφίσι.

156, f. *Locus hic & mutilus, & absque auxilio codicis melioris Xylandro quidem inemendabilis videtur, vbi leguntur hæc verba:* καὶ τὰς ὀργὰς τάς τε ἐπιθυμίας τῶν ἐπιόντων, καὶ προστιθέντων προτέρων πραγμάτων μνήμας οἱ μὲν αὐτοὶ πεπονθότες, *&c. Sed experiamur sane, quid eo corrigendo possimus ipsi. Non dubium est, illa duo* καὶ προστ. *vitiata: quibus antiqua sinceritati restitutis, toti periodo consultum erit, hoc modo:* καὶ τὰς ὀργὰς τάς τε ἐπιθυμίας τῶν ἐπιόντων καθαιροῦντες, τὰς τῶν προτέρων παθημάτων μνήμας οἱ μὲν αὐτοὶ πεπονθότες. *Ita nimirum omnia salua.*

157, p. *Vidit Xylander hoc,* τὰς νύκτας ἀλαλάζομενοι, *corruptum esse, nec restituit. Apte reponetur* ἀλαλαζόμενοι, *vt intelligantur* edidisse clamores tota nocte lugubres, *cuiusmodi est* ἀλαλαγμὸς, *Varroni* quiritatus; *nec dissimilis vel* ὀλολυγμὸς, *vel* ὀλολυγὴ, *voci paullo post hæc subiecta.*

159, p. *Hæc verba,* διοικοδομήσας δὲ ἐν τούτῳ ἀσφαλέστερον ἔπειτα νυκτὸς ἐξανεχώρησε *nec emendauit interpres, & nescio quomodo contorsit in eum sensum, qui nullus est sensus. Quid enim est illud?* inædificata vrbe, quo tutius auehi posset, *quamquam hæc etiam posteriora Græcis adfinxit. Tollatur scripturæ vitium, & aperta verborum erit ac plana sententia. Quippe sic Dio scripsit,* διοικησάμενος δὲ ἐν τούτῳ τὸν ἔκπλουν, ἔπειτα νυκτὸς ἐξανεχώρησε *hoc est,* interea compositis ad discessum rebus, deinceps noctu soluit.

160, p. *Hæc periodus,* τούτῳ δὲ ὁ Πετρήιος, *cum verbis ceteris, Xylandro suspecta ceu tota mendosissima, mihi prorsus integra est. Solum* τοῦτο *perturbauit eum, quod recte Stephanus in* τούτῳ *mutauit, quum respondeat præcedentibus illis,* τῷ ὑστέρῳ ἔτει. *Sensus autem margini adscriptus aptissimus.*

161, f. *Plenius hunc locum,* εἶχον δὲ τότε τὰ πράγματα τὰ περὶ τὴν Ἰβηρίαν, *restitues mecum legendo,* τὰ περὶ τὴν Ἰβηρίαν, *quam si cum Xylandro verba iam indicata retineas. Nam vt illa res Hispanas vniuersas complectuntur, ita synecdoche Xylandrea quasi ad amnem Iberum sita locatotam Hispaniam significent, vix meo quidem iudicio potest admitti. At intellecta simpliciter verba, nimis artis imperium Afranii Petreique finibus includunt.*

163, m. *In his,* οὔτε τῶν συμμάχων τις ἐπεκούρει οἱ ἐνδεχόμενοι γὰρ αὐτὸν οἱ στρατιῶται, ὡς ἐκ πάντων ἀπόντων περιεῖναι. *&* τὰ ἐπιτήδειά τι *&c. Xylander* ἐξέφερον *ad integrum sensum deesse putat post* περιεῖναι. *Ego duplicem corrigendi rationem ostendam. Aut enim scribi poterit,* ἐπεκούρει οἱ, ἐνδεχόμενοι αὐτὸν τῶν στρατιωτῶν, ὡς ἐκ πάντων ἀπόντων περιεῖναι· τά τε ἐπιτήδεια *cum reliquis: aut vnicum illud* ἐνδεχόμενοι *mutatur in verbum* ἐξεδέχοντο. *quippe sic integer sensus horum erit.* ἐξεδέχοντο γὰρ αὐτὸν οἱ στρατιῶται, *&c. Vix, optione data, scire possim, vtrum alteri sit præferendum. posterius tamen minori fit mutatione vocum. Ibidem paullo post,* οὐκέτι πλείω χρόνον περιέσεσθαι, *nullius vitii suspectum Xylandro, ceteros inter locos notatos silentio præteritur, his etiam verbis redditum,* Quem haud diutius superstitem futurum existimabant; *quasi si Græce scriptum reperisset* οὐκέτι πλείω χρόνον περιέσεσθαι. *At vero Græci non ita loquuntur, sed hoc sensu* περιγενήσεσθαι *reponendum esset. Ego* περιέσεσθαι *corruptum arbitror ex* ὑπερέξοντος, *quod ipsum etiam superius integritati suæ restituimus pag. 69, p. Nec sensus inueniri commodior possit,* existimasse nimirum eos, qui Romæ degebant, Cæsarem haud diutius hoste superiorem futurum. *hoc enim est* ὑπερφέρειν τῶν ἐχθρῶν.

166, f. *Hic ille locus est, indicatus initio notarum post videlicet etiam* ἀθυμοτέρως *in* ῥαθυμοτέρως *commutari; me tamen nonnihil adhuc hæsitante.*

167, p. *Non* εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν δράσει, *sed vltimo verbo mutato,* εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν εὕρωσι, *legisse Xylandrum, ex eius verbis hisce colligitur;* Si nullum hi malum inuenirant. *Ego retinere lectionem vsitatam malo, cum sensu, quem ad marginem expressi. Ibidem f. Animaduertit Xylander his verbis,* ὁμοίως ὑμῖν κακουργῆσαι, *aliquid deesse; idque putauit esse verbum* ἀπῄτησαν. *Ego restituerim potius hoc modo;* ὁμοίως οὐκ ἐξέστιν ὑμῖν κακουργῆσαι.

168, p. *Inclusa parenthesi* (οὐ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνο) *aut ita scribendas;* (οὐδὲ ἐπ' ἐκεῖνο) *aut cum Xylandro,* (οὐ γὰρ ἐξεῖεν)

170, m. *Pro* τὰ καί τινας ἀρχὰς ἀπέδειξε, *scribe* τὰ καὶ τὰς ἀρχάς.

171,p. Pro καὶ δικασὰς αὐτὸ τοῖς ἀμφιεβ. repone αὐτοῖς. Ibidem m. pro τὰ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου πάντα αἰχμάλωτα, rectius apud Xiphilinum, τὰ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πάντα ἀφελόμενος.

172,p. Non ὁ μὲν γὰρ Καῖσαρ, sed ὁ μὲν οὖν scribendum. Paullo post non Λ. ἤλιος Οὐᾶρος, ὅτι ἐκεῖ πράγματά τινα εἶχεν, sed ὅτι τὰ ἐκεῖ πράγματα lege. Rursum ibidem m. illud ἐφίεσθαι τῆς σοφίας, verbum poeticum vix Dioni usurpatum, qui ἐφίεσθαι dicere solet.

173,p. Hæc verba, ὅ, τε Βίκχος καὶ ὁ Βογούας βασιλῆς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν ἐπωνομάσθησαν, non prorsus ita cum Xylandro legenda, βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν ἦσαν, ἐπεμάσθησαν· sed βασιλεῖς, ὅτι ἐχθροὶ αὐτῶν, ἐπωνομάσθησαν.

174,m. pro ἄλλα τε τῶν ἐκείνῃ χωρίων, restitue τῶν ἐκεῖ χωρίων. Xiphilinus simpliciter ἐκεῖ. Ibidem mox pro illis, ἐκπυροῖ ἡ καὶ ξηροτέρας τὰς ποιεῖ, leguntur hæc apud Xiphilinum, ἐκπυροῖ ἡ καὶ κραυροτέρας ποιεῖ. recte. Nam apud Dionē ξηροτέρας irrepsit e margine, quum esset glossa rarioris illius κραυροτέρας.

175,p. pro ἐπανιέναι ἐπεχείρησεν, rectius apud Xiphilinum, ἐπανιέναι ἐπιχειρήσειεν. Ibidem de verbis hisce mutilis, & asterisco notatis, ἢ τοιαύτην * ἄλλως, licet efficias integra, si legas ἢ τε γνώμῃ καὶ ἄλλως, ἢ καὶ ἐκ μαντείας τινός. atque ita non amplius asterisco locus erit. Ne Xiphilini quidem lectio placet, ἤτοι τὴν ἄλλως, ἢ ἐκ μαντείας. Cur enim frustra vel temere spem vanam concepisset? Ibidem m. pro δυνάμει ποι ἔλασεν, habet Xiphilinus μετὰ τῆς δυνάμεως ἤλασεν. Ego de utroque Dionem scripsisse colligo, vel μετά τινος δυνάμεως, vel μετὰ δυνάμεως ποι ἤλασεν. Ibid. infra pro ὅτι πρῶτον τῶν τοῦ πολέμου ἔργων ἁπτόμενος, Xiphilinus idem, ὅτι πρῶτον (cum interiectis) ἁπτόμενος. Item pro τίνος μὲν γὰρ, idem ἴσως μὲν γάρ. recte.

176,m. Nonnihil hæc νῦν δὲ, καὶ τότε γε, ἤδη Μακεδονία νενομισμένη κεῖται, vitiata sunt, & in hunc modum corrigenda: νῦν δὲ, καὶ τότε γε ἤδη, Μακεδονίᾳ (præcessit ἐν τῇ γῇ) νενομισμένη, κεῖται. Sententia quoque loci verior adscripta margini. Ibidem statim, pro ἡ Ἐπίδαμνος, καὶ ἡ τῶν Κερκυραίων, rectius idem Xiphilinus, ἡ Ἐπίδαμνος ἡ τῶν Κερκυραίων. Et in Latino sic emendandus locus, Siue ea Epidamnus Corcyrensium sit.

177,m. ubi legitur, ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ τὸ Δυρράχιον ἐπολιορκεῖτο, repone τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ, ᾧ τὸ Δυρράχιον, ut liquet ex sequentibus. Paullo post, καὶ τὸ Σκιπίωνα μάχαις, τῇ μὲν λοχισθεὶς, τῇ δὲ ἀντενεδρεύσας ἐνίδρευσε, corruptum est verbum hoc postremum, Xylandro fatente, non opem ferente. Mihi vero scriptum a Dione, τῇ δὲ ἀντενεδρεύσας ἐνίκησε, nullum sane dubium est, ut sententia sit hæc: Quorum altero insidiis petitus fuerat, altero vicissim structis insidiis vicerat, urbes &c.

179,p. pro καὶ διὰ τοῦθ᾽ ὑφίενται πρὸς ἀλλήλους, repone καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὐχ ὑφίεντο.

180 f. pro ἐς τὰς πρόσω προσῄει, scribendum ἐς τὰ πρόσω προῄει, bis abundante ς littera.

182,p. pro φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων ἑτέρων, elegantius idem Xiphilinus, φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων ἄλλων. Rursus ibidem, lin. tertia post hanc, παρὰ δόξαν τι συχνὰ συνέβαινε, Xiphilinus τι post δόξαν omisit, ac recte quidem. Ibidem mox pro ἐπαμφότεριζεν legi potest etiam ἐπημφοτέριζεν. Paullo post, πολλαπλάσιον τὸ κακὸν συμβῆναι postremam vocem corruptam habet, ut ex antecedentibus aperte paret, proque illa necessario συνέβαινε scribendum. Ibidem f. ubi legitur vitiose, οἱ μὲν ἐφυγον ὅπῃ ποτὲ ἠδυνήθησαν, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο. καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ τοὺς μὲν & cetera. Xylander ait, se post illa μετὰ τοῦτο, audacter adiicere, ἑάλωσαν. Ea vero audacia, quum nulla probatione nitatur, admitti non potest. Nam quod locum Cæsaris adducit, qui demonstret, quomodo hi se eius potestati postridie commiserint; id contra Xylandrum facit. Non enim prorsus idem est capi, (ἁλῶναι) & alterius se potestati ultro permittere. Quapropter alia quærenda lectio, verbis hisce similior, & non nimis audacter obtrusa. Colligo igitur e vestigiis illius μετὰ τοῦτο, non ita scripsisse Dionem, sed οἱ δὲ καὶ μετέστησαν. Hoc modo genuinum Dionis verbum sic recipimus, ut minime sit opus, aliud quoddam excogitare, quod absit a scriptura contextus. Nec sensus aptior esse posset, quum dicatur, alios fuga dilapsos, alios ad hostem transiisse. Nam hoc est μεταστῆναι· ut infra, lib. 53. pag. 507. f. τὸ κράτος πᾶν μετέστη ἐς τὸν Αὔγουστον, uniuersum imperium ad Augustum transiit. Item, lib. 43. pag. 231. m. αὐτοὶ πρὸς τὸν Καίσαρα μεθίσταντο, ad Cæsarem ipsi transibant.

183 f. Minime προσβαλλομένῳ ἔτι μὴ προσιεμένας τῷ Πομπηίῳ, legi salvis Græcæ litteraturæ legibus potest. itaque rectius erit, προσβαλλομένῳ ἔτι, μὴ προσιεμένας τῷ Πομπηίῳ.

184 Sub finem libri, legitur ὁ Καπίων Bruti cognomen Capio, quod haud scio, an non fuerit Cæpio, Καιπίων, cum gente Fanniorum ei commune, ac libro 54, pag. 523, p. expressum.

AD LIBRVM XLII. DIONIS.

187,p. Pro ἐναγκαλίσαντο legitur apud Xiphilinum ἐνεχείρησαν, quod recte respondet præcedenti παρεδόθησαν. Ibidem mox pro ἔπειτα σφᾶς ἴνιοι κελεύσαντες, in unum contractis hisce duobus, reponi debet σφᾶς ἐγκελεύσαντες.

188,m. κατὰ πίστιν αὐτοῦ προσιόν recte mutata vox a Xylandro πίστι, in πίστιν. sed addere debuit, non προσιόν, sed προσιὼν quoque rectius scribi. Ibidem pro Κασσίου τοῦ Λευκίου, repone Κασσίῳ τῷ Λογγίνῳ. Et C. Cassium heic recte Xylander adserit.

189,m. Rectius hæc, ἐς Αἴγυπτον οὐ δι᾽ ἄλλο τι ἐπειχθείς, apud Xiphilinum ita leguntur, ἐς Αἴγυπτον οὐ δι᾽ ἄλλο τι ἐπειχθείς, in Ægyptum aliam nullam ob rem festinasset.

190,p. Non recte scriptum in his, ὡς γὰρ ποτε τὸν Γάιον περιέπλευσεν, verbum hoc postremum, sicut animaduertere quivis eruditus potest. Itaque τὸν Γάιον παρέπλευσεν restituo, & sensu quidem eo loci, quem veriorem margini adscripsi.

191,m. hæc verba, καὶ τοῦ Πετρίου Πομπηίου τοῦ Φαύστου προσέλαβεν, Xylander ingenue negat, emendare se potuisse. Non animum ipse propterea despondi, sed legendum deprehendi, καὶ τὸν Πετρήιον, τόν τε Πομπηίου γαμβρὸν τὸν Φαῦστον προσέλαβεν. idque probaturos viros doctos existimo.

192,p. Pro τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ προσπεφευγότας, rectius scribetur προσπεφευγότας.

194,p. pro ἐκεῖνα μὲν, καὶ τότε ἐσπουδάσθη πρῶτον δὴ, repone καὶ ἃ τότε. Paullo post pro εἰ μὴ πάντα αὐτὰ ἐπεξίοιμι, rectius leges, ἄγε πάντα αὐτὰ ἐπεξίοιμι. Sententia margini adiecta est.

194,f. Illud ἵππαρχον sæpius occurrit in libris Dionis ita scriptum, licet melius esse videatur ἵππαρχον, quod itidem alicubi apud hunc reperitur, & sequente quidem pagina, τὸ ἱππαρχίων χρόνον. Loca marginibus semper adnotavi. Deinceps leuis articuli mutatio, non leuis est momenti. Legitur enim, καὶ εἵπετο τούτῳ ὁ ὕπατος, quod erit, si reddas, Et sequebatur hunc consul. At Dio scripsit, καὶ εἵπετο τούτῳ ἡ ὕπατος. Et sequebatur hanc dignitatem [magistri equitum] dignitas consularis. Nimirum ἐλλειπτικὴ oratio est, ἡ ὕπατος, scilicet ἀξία vel ἀρχή. Nam integre quidem locutus est lib. sequentis pag. 236. m. τὴν ἀρχὴν τὴν ὕπατον ἀνέλαβεν. Item in Antoniana

funebri de C. Cæsare, lib. 44. pag. 262, p. τ̃ αἰχλῶ τ̃ ὑπάτυ εἰδὼς ἰδέκαπι.

197, *m.* *Putat hæc verba,* οὐδὲ ϛρατηγὸς οὐδέπω λῶ. ἢ δὴ Ἀντώνιος οὐδέπω μ̃, ἐαθῆπι ἴσινα, *& cetera, restitui posse Xylander, si posterius* οὐδέπω *reiiciatur, quasi perperam repetitum id, locum conturbet. Ego vero nō temere quid explodere soleo. & hic videndum arbitror, an non vitiatum sit aliquid. Recte vero. Nam duo hæc* οὐδέπω *uiv corrupta sunt ex tribus,* οὐδὲ ὕπατος ὤν. *Sic enim Dio scripserat,* ἢ δὴ Ἀντώνιος οὐδὲ ὕπατος ὤν, ἐαθῆπος *& cet. Sensus in margine notatus apte quadrat.*

202, *m. pro* ἐς ἀπάγελω ἀπονδέω πολέμου κατασεδει, *legitur in manuscriptis Sylburgii de legationibus,* ἀπονίετω πολέμου, *significatu licet eodem.*

203, *f. Hæc verba,* ἐς τ̃ Φάρον ἀπέβη, *Xylander reddidit.* In Pharum naues suas eiecit. *rectius*, In Pharum exscendit, *videlicet in insulam, ubi* Pharus *sine* Φαράελον, *ut nunc Græci vocant, (quod Italorum* fanaro *dedit originem) erat, non* in vrbem Pharum, *ut Blancus scripsit.*

205, *m.* Χεῤῥόνησον, *ceu proprium nomen, & scripsit, & reddidit interpres, his verbis;* Ad Cherronesum qui locus ad Africam pertinet: *quum Dio de Africæ adhærente peninsula loquatur. Simile quiddam ei supra quoque contigit, lib. 41. pag. 174 p. ubi* τὴν κατανπικρὺ ἤπειρον ἀμελῶς τηρουμένην *scripsit, & interpretatus est vere* ἀμελῶς *parumque accurate,* oppositam continētem; *quum opposita Brundisio* Epirus *illa regio nobilis intelligatur.*

207. *p. pro* ἐπελθόντος αὐτῷ *scribendum* ἀπελθόντος αὐτῷ. vbi [*Cæsar*] discessisset.

208, *p. pro* περὶ τῆς δυναςείας τῆς βασιλείαν, *scribe* τῆς δυναςείας τῆς τε βασιλείαν. *Quæ paullo post sequitur periodus, ab interprete negligentius traducta, verum ad sensum a nobis est reuocata, verbis margini adscriptis.*

210, *m. Locus hic & vitiatas voces habet, & transpositas, ubi legitur;* καὶ τι τῆς ϛρατιαρχῶν ἀποσιτω, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμην χαριζόμενοι τῷ Καίσαρι. *Neque tamen ante me quisquam id vidit. Sensus etiam verborum mutilus est, quum nusquam adpareat, cui nam illud ἢ respondeat præcedenti. Sed breuibus res indicator. Hoc modo recte habebunt omnia,* καί τι τῆς ϛρατιωτῶν ἢ πάντων γνώμη, *(Cæsaris milites intelligit tumultuantes)* ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτῆς χαριζόμενοι τῷ Καίσαρι. *Vel etiam ita,* ἢ ὑπὸ πάντων, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτῆς γνώμης χαριζόμενοι τῷ Καίσαρι. *quod magis probo. Sic & alibi loquitur, lib. 46. pag. 325. p.* ὡς καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης, δεδιέναι συμβούλευσιν.

211, *f. Similiter hæc quoque non parum corrupta sunt,* καὶ τάς τε πόλεις ἐλύπησε, καὶ τὰ πλοῖα κατῆγον, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα, πάντι σίδηρον τ̃ ἄλλον, οὐ πω που καὶ μόνον ἔχρηζον. *Xylander addi vult in fine verbum* ἔλαβον, *velut omissum a librariis; & vitium in* κατῆγον *nullum adgnoscit. At supra docuimus, ad pag. 131, p. pro* κατῆγον *reponendum* ἀπῆγον, *quod quidem fieri necessario debet. Nunc de verbo, quod abesse putat, videamus an non inter hæc alicubi vitiatum lateat. Nimirum nobis esse suspectum debet, quod ad* πάντι σίδηρον, *adiicitur* τ̃ ἄλλον. *Id enim nihil significat, adeoque superfluum est. Ergo per incuriam* σίδηρον τ̃ ἄλλον *scripsit calligraphus; quum scribere deberet* σίδηρον ἔλαβον. *Sic erit integra loci scriptura huiusmodi,* τάς τε πόλεις ἐλύπησε, καὶ τὰ πλοῖα ἀπῆγον, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα (nauium armamenta, *non interpretis* arma *intelliguntur*) πάντα τε σίδηρον ἔλαβον, οὐδ' ἄρ που καὶ μόνον ἔχρηζον.

212, *p. pro* καὶ τῷ Λίβυι τῇ νίκῃ ἐπαιρόμενος, *reponendum* ἐπαιρομένου, *sicut etiam sequitur* ἀξιοῦντος, *utrumque ad Iubam referendum, neutrum ad Varum; contra opinionem interpretis, qui prius ad Varum retulit. Inspice, quæ margini adposuimus. Ibidem statim subiicitur,* συμφρονήσαντες γὰρ ὁ, τε Σκιπίων καὶ ὁ Κάτων, *ubi recte leges,* συμφρονήσαντος γοῦν. *Et hæ particulæ plurimis in locis apud Dionem inter se permutatæ reperiuntur.*

AD LIBRVM XLIII. DIONIS.

214, *f. Transposita sunt istæc non parum hoc loco verba,* περαιωθεὶς ἐς Μαυριτανίαν χώραν τε ἤπειρε, καὶ περὶ τῷ Βίκχω ϛρατηγήσας, ἐπεχείρησε τῷ Καίσαρι, *& cetera; quæ hoc modo priscum in ordinem redigentur,* περαιωθεὶς ἐς Μαυριτανίαν, καὶ περὶ τῷ Βίκχω ϛρατηγήσας, χώραν τε ἤπειρε, καὶ ἐπεχείρησε, *cum reliquis.*

215, *p. Inest hisce,* ἔτι γὰρ ὅτι καὶ τῷ Σκιπίωνι ἀπ' αὐτοῦ συνεπήμυνε, *mendum non negligendum, quod hoc elui modo poterit:* ἔτι γὰρ ὄντι καὶ τῷ Σκιπίωνι ἀπ' αὐτοῦ *(præcessit* ϛρατοῦ*)* συνεπήμυνε. *Nec interpres mentem Dionis adsecutus, ea scripsit, quæ corrigenda, & omnino ad marginem collocanda duximus.*

217 *p.* τοὺς ἐλέφαντας προεντάξας, *muto in* προτάξας: *ut dicatur,* ante loca quæ nondum erant obstructa, cōstitutos fuisse elephantos. *Retineri tamen & alterum potest, alio sensu.*

219, *f. His verbis,* οὕτω γὰρ αἰαπεθυμάχει, *non abesse dico de Xylandri opinione vocem* τ̃ αἰδεῖα, *quum ex scriptura nihil tale colligatur; sed* αἰαπεθυμάχει *diuidendum arbitror in duo, Dionis ut scripturam hanc habeamus,* οὕτω γὰρ αὐτ' ἐπεθυμάχει. *Ibidem paullo post, pro* βιβλίον ὁ καὶ Ἀπνκάτων ἐκάλεσι, *grammaticorum causa scribendum,* Ἀντικάτωνα ἐκάλεσι.

220, *f. Ubi legitur in excusis,* πολλὰ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πράξας, *existimauit Stephanus illud* λόγῳ *mutandum in* λέγων. *Sed ut aliud nihil dicam, saltim illa dissimilitudo temporum in* λέγων *&* πράξας *nos monet, ita scriptum a Dione vix putandum. Quippe dixisset vel* λέγων καὶ πράττων, *vel* λέξας καὶ πράξας, *siquidem ita loqui voluisset, quod mihi nemo persuaserit. Sane religiosius alioquin in admittendis vocibus, absque amissarum aliquo vestigio, non hic quamdam periisse dubito; vestigiique loco mihi est vocabulum* λόγῳ, *quod præcedit, ut plane Dionem scripsisse adseram,* πολλὰ ἐκείναις καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πράξας, *uti frequentissime loqui solet.*

221. *m. pro* ὅτι γὰρ ἄλλως ἢ δίκαιον, *reponendum* οὔτε γὰρ ἄλλως εἶν δίκαιον.

222, *p. Quæ Xylander admodum vitiosa dicit verba,* τὸ γὰρ μόνον οὐ ῥᾳθῦμαι καλὸν τι νομίζω *saltim unica vocula restitutu corrigi possunt, ita scribendo,* τοῦτο γὰρ μόνον ἐνθῦμαι καλόν τι νομίζω. *Ibidem f. pro* εἴρω *restitue* εἶναι, *ut respondeat proximo sibi,* τὰ κάλλιστα γίγνεσθαι ἐς ὑμῶν εὔχομαι, εἶναι δὲ ἀναγκαῖα τὰ ἀνθρώπινα. *Quin & integra loci adponenda interpretatio, quo reddendo nonnulla Xylandrum omisisse, nunc demum animaduerti. Sic enim Græca efferri debuerant:* Id quidem in votis habens, vt omnia semper optima vobis eueniant, & necessario casus humanos ferens; itidemque bonos honoribus debitis ornans, & quantum fieri potest, ceteros corrigens. *hæc enim postrema,* καὶ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς ἀγάλλων, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπανορθῶν καθόσον ἐνδέχεται, *tam vertenti Xylandro, quam mihi versionem eius relegenti se non obiulerant: quamquam alibi ab eo prætermissa diligenter suis locis adiecerim.*

223.f. In iis, quæ de Arsinoe, Cæsaris in triumpho producta, traduntur; elegans est amplificatio rei, quæ Romanis insitata tunc accidit. Sed vno solo vocabulo δήμοις vitiato, plurimum Dionis exaggerationi detrahitur. Quid enim rei magnæ, quasi quæ numquam Romæ contigisset, reginam ἐν δήμοις ὀφθῆναι, in hominum turba conspici? *Non enim hoc est*, in captiuorum turba cerni, *quod imprudens Xylander scripsit, sensu loci vrgente, sic vt scriberet, quamuis ita Græce non legeretur. nisi dicere velimus, eum hoc inuenisse priorem apud interpretem, qui vsus codice correctiori fuerit. Ne lectorem diu suspensum teneam, nego scripsisse Dionem, καὶ ἡ Ἀρσινόη γυνή τε οὖσα, καὶ βασιλίς ποτε νομισθεῖσα, ἔν τε δήμοις (ὃ μή ποτε ἔν γε τῇ Ῥώμῃ ἐγεγόνει) ὀφθεῖσα, τὸ μάλιστα οἶκτον ἐκίνησε. sed ἐν πεπεδημένοις ὀφθεῖσα, verborum huiusmodi sensu*: Et Arsinoe, sexus ipsa muliebris, & habita tunc pro regina, & inter vinctos (quod numquam Romæ contigerat) consp ecta, plurimum commiserationis iniecit. *Nimirum quod antea Dio dixerat, ἐκείνην ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις περιήγαγεν*, Cæsar inter captiuos eam produxit; *testimonio nobis est, ab eodem postea scriptum fuisse vocabulo priori adfine, ἐν πεπεδημένοις ὀφθεῖσα*, inter vinctos conspecta.

224.f. pro ἡμίσεις ὑμῶν τι αὐτῶν παρεσπάλευσε, vel ἡμίσεις ὑμῶν τ. τούτων, vel simplicius ἡμίσεις ὑμῶν αὐτῶν παρεσπάλευσε scribendum, non παρεσπάλευσε hoc sensu: Recensionem instituit & præterea dimidiam eorum partē expunxit. *Ibidem statim versu tertio sequitur, ἐκ τοῦ δήμου ἐγένετο, pro quo vltimo Xiphilinus recte habet ἐγένετο. sed vitiose pro τοῦ δήμου legit τοῦ δήμου, sicut & Blancus interpres dixit*, Relicta plebe.

225, p. pro πολλοί γε ὑπ' αὐτοῖς καὶ παρὰ δαπάνας αἰσθόμενοι ἔθνη. Xiphilinus habet ἐπ' αὐτῷ, scilicet τῷ ἀγῶνι. recte. Ibidem f. pro ὕδωρ τε ἐς αὐτὸ ἐσῆκε, καὶ ναῦς ἐσήγαγεν, Xiphilinus ἐς αὐτὸ εἰσῆκε, (an ἀνῆκε rectius?) καὶ ναῦς ἐσήγαγεν. Ibidem f. apud Dionem ὅτι μήτ' αὐτοῖς διαφορὰς ἐφθὴν ἐγεγόνει, Xiphilino διαφορὰς αἱμάτων.

227, p. ὡς ἐνὶ μόνῳ ἀπεῖχεν, Xiphilinus ὡς ἀφ' ἑνὸς μηνὸς ἀφῆκεν. Item versu hinc tertio, διὰ τεσσάρων καὶ αὐτοῖς ἐτῶν, recte. Xiphilinus autem, διὰ πέντε καὶ αὐτοῖς ἐτῶν. male. Quippe temporis intelligitur idem spatium, quod est lustri; cuius τελεσθέντος quatuor, horæ sex, non annis quinque, sed annis quatuor vnum diem absoluunt.

228.f. *Quæ leguntur heic verba, καὶ ἐδόκει καὶ ὑπὲρ τὸν πατέρα ἰσχύειν, Xylander sic vertit, ac si locum ita scriptum reperisset, καὶ ἐδόκει καὶ ὑπὲρ τὸν Καίσαρα ἰσχύειν. quum ea efferat*, Vt iam plus ipso Cæsare posse videretur. *Loquitur Dio de Sexto Pompeio, qui pares Cæsari vires tunc non habebat. Itaque lectionem alteram, hoc sensu, retinere præstat*: Vt iam maiores ipso etiam patre [Cn. Pompeio] vires habere videretur. *De opido Hispaniæ, cuius infra mentio fit, quod que Οὐλία Græce heic scribitur*, Vlla *Hirtio, tantum hoc addo; Græce scribendum Οὐλλίας, Latine vel* Vlliam *etiam apud Hirtium, vel docendum; id quoque temporis Hispanos itidem, vt nunc*, Vllam *scripsisse*, Vlliam *syllabis duabus enuntiasse, more suo, quod Italis & Vglia scriberetur, & eodem cum Hispanis modo pronuntiaretur. Græcis quidem etiam hodiernis molles eiusmodi quarumdam litterarum enuntiationes cum Hispanis & Italis esse communes, in ipsamet deprehendi Græcia.*

229, m. *Vbi legitur, ἐκεῖνος δὲ ἵνα τε αὐδρὸς ἑνὸς πολὺ διαφέρειν νομίζων, vitiosus sane sensus est tam in Græcis, quam hisce Xylandri verbis*, Pompeius virum viro longe præstantiorem esse existimans, fretusque suis viribus, nihil eius aduentu consternatus fuit. *Quippe dici non potest, Sex. Pompeium longe se Cæsare præstantiorem existimasse, quod absque singularis arrogantiæ nota facere non potuisset. Itaque vitium hoc eruendum. Si præcedentia respicias, inuenies periisse negationem. Narrat enim Dio, Cæsarem cum paucis admodum in Hispaniam properasse, seque sperasse necopinata illa celeritate sua, soloque sui vnius aduentu, & præsentia, Pompeio terrorem incussurum, vt vrbis obsidionem relinqueret.* At Pompeius vnius hominis aduentum, sine militum copiis, haud magni faciundum existimabat. *Hæc vera Dionis est sententia, & per quidem idonea. Quapropter & Græca verba, saltim addita negatione, sua restituemus integritati, ἐκεῖνος δὲ ἵνα τε αὐδρὸς ἑνὸς οὐ πολὺ διαφέρειν νομίζων. quorū margini adiecimus interpretationem. Ibidem mox, Xylander pro μέρος τι τοῦ στρατοῦ reposuit μόνος τοῦ στρατοῦ, ego μέρος τι τοῦ στρατοῦ melius puto.*

230, p. *Pro ἔστι γὰρ ἐκλωνίδιος, rectius ἔστι γὰρ οὐ ἐκλωνίδιος.*

232, p. *pro μετά τε τοῦ Ἀφρανίου καὶ μετὰ τοῦ Οὐάρρωνος, legendum μετὰ τοῦ Οὐάρου, de quo multa superius. Ibidem m. Non heic συνῆσαν ἤλεγχον scribendum, sed συνῆσαν ἤλεγχον.*

234 p. *ἐγγόνῳ rectius scribetur ἐκγόνῳ*, pro nepote. *Sæpius hoc semet offert. Ibidem inferius, in illis verbis, τά, τε γὰρ Παρίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτων, quod inest vitium, vtrosque Dionis castigatores, Stephanum & Xylandrum fugit; atque huic etiam causam præbuit locī sequius interpretandi, ac debebat. Sic enim Græca corrigenda sunt, τά, τε γὰρ Παλίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτῳ (adde intermedia) ἐτιμήθη. Sunt enim a* Pale *dicta* Palilia, *cen med ocriter eruditis notum: & Παλίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτῳ ἐτιμήθη, quidnis aliud potius esse videmus; quam*, Palilibus institutum, (*quo festo aie equorum certamen celebrabatur*) vt diis immortalibus sacra fierent, qu madmodum interpres loquitur. *Verus sensus lectori datus in libri margine. Ceterum ἱπποδρομία* ludi Circenses *sunt, etiam Ecloge librorum Basilicorum de iure Romano nostra: ἀθάνατα ἱπποδρόμια*, ludi Circenses perennes & immortales, *hoc est, perpetuo celebrandi. Sic etiam ἀθάνατος πρόσοδος Dioni nostro, 52. pag. 483, f.* reditus est immortalis *hoc est, perpetuus & perennis. Alibi dixit ἱερομηνίαν αἰώνιον; eodē sensu, quo ἀθάνατον ἱερομηνίαν, pro* supplicatione perenni, *lib. 49, pag. 400 f. quo loco Xylander* anniuersariam *reddidit. Item βουθυσία αἰδιος lib. 54. pag. [illegible] p. Recentiori denique historico Græco non ineleganti Cedrino, quem ipsum quoque Xylander interpretatus est, quidam Græcorum Imperatorum στρατιῶται sunt ἀθάνατοι*, milites immortales; *quos ego, quinam essent, quū ex interprete non adgnoscerem, interrogare Constantinopoli* Theodosium Zygomalam, *Patriarchicū Protonotarium memini, virum inter huius æui Græcos facile doctrina principem: isque mihi sic eos interpretabatur quibus decedentibus alii semper ita sufficerentur, vt numerus idem maneret atque ipsi eadem ratione viderentur esse immortales; vti fieret in Turcicis legionibus* Genitzarorum, *qui vere propterea dici possent ἀθάνατοι. Hæc eo cōmemoranda duxi, quod etiam apud Dionem nostrū, lib. 52. pag. 482. f. in cōsultatione Mæcenatis ad Augustū, & lib. 56. pag. 595. lin. vlt. στρατιῶται ἀθάνατοι reperiatur, prorsus eadem ex causa sic adpellati. Referebat etiā Zygomalas idem, Turcos instituisse στρατιώτας ἀθανάτους, exemplo Macedonis illius Alexandri magni: sed ipse potius eos in hoc Romanos & Græcos imperatores sub Romanorum nomine, velut decessores in eodē imperio suos, cre-*

diderim æmulator, vt etiam in aliis rebus plurimis, quas sparsim Pandectes Turcicus *noster indicat. Ibid.* 234, *f. hæc verba,* καὶ τότε ἔτι, καὶ ὡς παρῄνηκώς, *&* *trāspoſita sunt, & nonnihil mutata. scribendum enim,* ἔτι καὶ τότε, καὶ ὡς παρῄνηκώς.

235, *m. pro* ὥσπερ ἄλλοι τε καὶ ἐκεῖνος ὡς πολλάκις, *repone transpositum illud* ὡς *in suum locum,* ὥσπερ ἄλλοι τε, καὶ ὡς ἐκεῖνος πολλάκις *& cet. Rursus ibidem restituenda necessario verba hæc,* ἐπὶ πάντας τοὺς μετ᾽ αὐτὸν αὐτοκράτορας τῇ ἐπικλήσει αὐτῇ, *vt legamus,* ἡ ἐπίκλησις αὐτῇ: *quia sequitur,* ὥσπερ τις ἰδία σφ᾽ ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ ὄνο, *& tamdem* ἀφίκετο *peruenit hæc adpellatio.*

237, *p.* τοὺς πρώτους ἄρξαντας *retineo, Xylandri* πρῶτον *haud probo. Quippe primos anni cuiusque consules intelligit Dio, Kalendis Ianuariis scilicet ineuntes; quibus alii plurimi deinde substituebantur, numerati in difficiles ac molesti, prolixa quidem in historia. Ibidem m.* ἰσχυρίους τοὺς δημοσίους, *in* ἐγχωρίους τόπους δημοσίους *muto.* τοὺς ἱεροὺς πάντας τι * προστίθεσθαι, *restituo* τοὺς ἱεροὺς πάντας τιθέναι ἐπὶ τὸ προστίθεσθαι, *quum ne vestigium sit amissi verbi* τιθέναι *non* ἐσενεγκεῖν, *aut* ἐξεῖναι, *ex opinione Stephani.*

238, *p. Pro* τὰ Ἀπολλώνια *scribendum* Ἀπολλώνεια, *qui ludi sunt* Apollinares. *Ibidem m.* τῷ Ἀντωνίῳ καὶ τῆς δόξης τὸ ἔργον, *restituendum* τῷ Ἀντωνίῳ καὶ τῆς δόξης τοῦ ἔργου *(adde intermedia)* παρεχώρησε. *Rursus ibidem* προκαταβάλετο μὲν *(præcedit* διάπερ*)* οὐκ ἐξετέλεσε δέ, *mutandum prius illud in* προκατεβάλετο μέν. *Eius enim verbi significatum eiusmodi est, vt iacere* fundamenta *denotet, quum in altero nihil insit tale.*

239, *p. corrupte legitur,* ἡ μὲν ἀποικίας Ῥωμαίων ὀνόμασι δεῖν, ἀπῴκισαν: *quum Dio scripserit,* ἡ μὲν ἀποικίας Ῥωμαίων ὀνόμασι δεῖν εἶναι. *Periit illud* εἶναι, *propter similitudinem cum verbo* δεῖν *præcedente. Dionis etiam a sensu aberrauit interpres, vti paret e notatis ad marginem. Ibidem m. loco illorum,* πρότερον καὶ ἀγορανόμοι, *scribe* πρότερον ἐξ ἀγορανόμων. *Sententiam vero in margine reperies. Ibidem his verbis,* ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο γράφω. καὶ προσέθην ἐγγενέσθαι, *his inquam corrigendis torquere se desiisset Xylander, si tantum ita scripsisset:* ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο γράφω, ὅτι καὶ προσῆλθεν ἐγγενέσθαι. *Rursus ibidem f. pro* οἱ μὲν οὖν τῷ προτέρῳ μετ᾽ ἐκεῖνο ἔτει ἄρξαντες, *reponendum* ἄρξοντες, *& futurum tempus etiam in traductione obseruandum. Ibidem f. Male scriptus ille locus est in extremo hoc libro,* τοὺς τε ἐπαρχήσοντας ἄλλον τινὰ καὶ τὸν Ὀκτάουιον, *quem sic equidem restituo,* τούς τε ἐπαρχήσοντας, καὶ ἄλλον τινά, καὶ τὸν Ὀκτάουιον *(adde intermedia)* προεχειρίσατο. *quod vltimum verbum illi vitiato* τοὺς ἐπαρχήσοντας *respondere non potest. Nec interpres sententiam Dionis adsecutus est, vti lector e notatis ad marginem videt. Obiter addo, tam supra, quam hoc etiam loco, & deinceps, nomen* Δολοβέλλας *rectius debuisse scribi* Δολαβέλλας, Dolabe la. *Notum enim, hac voce significari runcinam paruam, a qua cognomen hoc Dolabellis venit.*

240, *p.* πολλοῖς εὐεργεσίαις ὀφείλων, *sic exposuit interpres, ac si scriptum reperisset,* πολλοῖς εὐεργεσίας ὀφείλων *quod probo.*

AD LIBRVM XLIV. DIONIS.

240, *f. pro* φθόνῳ τε τοῦ προσήκοντος, *repone* προέχοντος, *sensu marginis adscripto. Significat enim* τὸ προέχον, quidquid aliis antecellit. *Et sæpius in Dionis historia corrupte scriptum occurrit, exempli gratia, lib. 46. in oratione Fusii Caleni aduersus Ciceronem pagina 298, m.* βασκαίνων ἀεὶ τὸ προσήκοντα. *Et antea, lib 45, pag. 278, p.* τοὺς ἀξιώματι προσήκοντας. *Vtrobique mutandum, heic in* προέχοντας, *illic in* προέχοντα.

241, *m. pro* πολλὰ μὲν αἰθρώπων ὕλη καὶ διάφορα κατεπιμένην. *(scilicet* πόλιν, *ex præcedentibus) restitue* αἰθρώπων ἔθνη.

242, *f.* καὶ πανήγυριν αὐτῇ ἱεροίας ἄγειν, *emenda* πανήγυριν αὐτῇ *(præcessit* Ὁμονοίᾳ*)* ἐτησίαν ἄγειν.

243, *p.* τὰ προσχήματα αὐτοῦ πάντα, κύρια ἄξειν, *scribe* κύρια ἕξειν.

244, *p.* τῷ πρὸς τι τῶν βουλευτῶν, *corrige* τὸ πρὸς τι τῶν βουλευτῶν *(cum ceteris intermediis)* πρᾶξαι.

245, *p. Non carent hæc verba vitio,* καί τι καὶ τούτῳ τινὲς τιμωρεῖν τινες σφίσι, *siquidem eorum illa debet esse sententia, quam interpres indicat,* fuisse tribunis hisce pœnam capitis a nonnullis senatoribus irrogatam. *Quis enim vmquam ita Græce locutus est,* τιμᾶν τινὶ τὸ θανάτου, *pro,* statuere mortis alicui pœnam? *Ergo sic potius scripsisse Dionem existimo* καί τι καὶ τότε τινὲς ἐπιτιμωρεῖν τινες σφίσι, licet hanc eis pœnam nonnulli statuissent: *vt* ἐπιτιμᾶν *sit* ἐπίτιμον, *siue* pœnam irrogare. *Paullo post, pro* διὰ Ἑλουίου Κίννου συνάρχοντος αὐτοῖ, *reponendum* συνάρχοντος αὐτῶν, *scilicet* τῶν δημάρχων. *Quippe non Cæsaris Heluius hic Cinna, sed tribunorum collega erat. Alucinatus in hoc & interpres. Ibidem interius,* ἐς τε τὴν βασιλείαν εἰσῆλθε *quum sine dubio corrupte legatur, & omni absque idoneo sensu, Xylander in* ἐς τε τὴν ἀγορὰν ἐσῆλθε, *mutandum putauit; quo saltem reliquis hæc verba vtcumque responderent. Sed nimis dissimilia sunt vocabula,* βασιλεία *&* ἀγορά, *nullis sibi litteris aut syllabis adfinia: quam ego similitudinem in emendationibus huiusmodi non abs re spectandam censeo. Quærēdū igitur aliud quidpiam, quod ad τὴν βασιλείαν propius accedat. Et id quidem habebimus, si* ἐς τε τὴν βουλείαν ἐσῆλθε, *legamus: quam vocem vere Dionæam esse, colligimus e loco libri 36. pag. 181. f. quem superius in hisce notis adsignauimus; simul alibi quoque Dionem* [illegible] *indicantes. Rursus ibidem f. locus alius est etiam mutilus, & asterisco notatus vbi legitur:* καὶ τοῦτο τότε τι ἄλλοις τοὺς φρονηματώδεις * ἰδίᾳ προσιόντες αἰτεῖσθαι, καὶ δημοσίᾳ προσπαραβάλλειν. *Ego solius* Bruti *nomen omissum aio, quod si reponas, hoc modo locus erit integer:* καὶ τότε τούς τε ἄλλους τοὺς φρονηματώδεις, καὶ τὸν Βροῦτον ἰδίᾳ προσιόντες αἰτιᾶσθαι, *& cetera.*

246, *p.* καὶ ἔφη προσῆκεν αὐτοῦ, *lege* προσῄει. *Item paullo post,* καὶ τῷ τούτου βήματι ἐπέρριψαν, *mutandum hoc postremum in* ἐπέγραψαν. *Sunt autem complures intricati loci passim ante hunc, quos ab interprete minus dextre redditos, aliter ipsi tractauimus, veris eorum sententiis in margine collocatis.*

248, *p. Locus est mutilus, vbi legitur,* ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ, ἐν ᾗ ἐσφάγη. *Non enim noctu Cæsar, sed interdiu fuit interfectus. Suppleri posset hoc modo,* ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ πρὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐσφάγη, *si liceret absque vestigiis amissæ scripturæ aliquid restituere. Paullo post, ibidem pro* καὶ βιβλίον τι παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν, *omnino legendum aio* παρά του λαβεῖν, *quod dicere Græci solent* αἰτί του, παρά τινος, *quoties de quodam incerto loquuntur, vt hoc fieri loco videmus. Iterum ibidem pro* εἰπεῖν ἐπισκοπῶν, *rectius videtur* εἰπεῖν ἐπισκοπεῖν. *Sed alibi quoque talia reperiuntur apud Dionem. Exempli gratia, in Tito, qui nobis est liber* LXVI, ἐς ἐπίδαξιν τοῦ θανεῖν αὐτῷ μέλλοντος ἴχνη *[pag. 747, m.]*

250,p. *In his verbis,* οἱ ἐπιβουλεύσαντες σφίσι, *reponenda Dionis vera scriptura* συνεπιβουλεύσαντες, *quod recte cum* σφίσι *coniungitur, & sensu apto; quum alterum illud eidem iunctum plane diuersam sententiam efficiat, & a mente auctoris alienam.*

252,p. *Transposita sunt hæ voces,* πρὸς οὐδὲν ἄλλο ὑμᾶς εἰδότας, *& sic reponenda,* πρὸς οὐδὲν ἄλλο εἰδότας ὑμᾶς. *Nec temere quidem id puto, quum ostendere possim, alibi sic a Dione collocatas. Verbi gratia, in oratione Ciceronis in Antonium, lib. seq. pag. 283, m.* πρὸς οὐδὲν ἄλλο εἰδότας ὑμᾶς, *prorsus vt heic. Nam quod pagina precedenti, 251, p. legitur,* οὐκ ὀλίγοι ἐξ οὗ χρόνου, *mutare non debeo, quum sic etiam infra legatur lib. 45. pag. 289, m.* καὶ πολὺ ἐξ οὗ χρόνου ἐς τοὺς ἐφήβους ἐνεγέγραπτο, *nec aliter alibi locutum Dionem, inueniam.*

253,p. *In his,* διὸ καὶ προσῆκε, *reponendum esse* προσῆκε, *tum sensus ipse verborum, margini adiectus, tum ea docent, quæ huius initio libri, ad pag. 240 notauimus.*

254,m. *pro* χαίρει τὸ πῶν δεινὸν... *scribe* χαίρει, ὃ πῶν δεινὸν ... *Paullo post, linea sequenti, pro* καὶ τίς αἰσθάνεσθαι δύναται, *reponendum* καὶ τίς ἂν αἰσθάνεσθαι δύναιτο.

255,m. *Locus non parum deprauatus est, in his verbis,* καὶ οὔτε πολλοί που συνεστήκασιν, οἵ τε κεκινημένοι ὡς τῇ ἐλπίδι τῶν κρειττόνων, ὀργῇ τοῦ καταδεεστέρου, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον σφίσιν ἀπαρασκεύως κινδυνεύσουσι προσαχθῆναι. *Quorsum enim referemus hoc vltimum* προσαχθῆναι? *quum nulli precedentium respondeat. Ego priora nonnihil corrupta video, præsertim hæc,* οἵ τε κεκινημένοι ὡς, *pro quibus scribendum* οὔτε τοὺς κεκινημένους: *in posterioribus deest vnicum verbum, a quo illud* προσαχθῆναι *depēdet, idque omissum propterea, quod* σφίσι *proximum, aliquid cum eo similitudinis ex ore dictantis haberet, nimirum* συμβῆναι: *quo reposito cum antea repurgatis, integer erit sensus hic,* καὶ οὔτε πολλοί τινες συνεστήκασιν, οὔτε τοὺς κεκινημένους τῇ ἐλπίδι τῶν κρειττόνων, ὀργῇ τοῦ καταδεεστέρου, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον σφίσι συμβῆναι ἀπαρασκεύως κινδυνεύσουσι προσαχθῆναι. *Sententiam ad marginem expressimus.*

256,m. *pro* βούλεσθε ἐν τῷ ὑμῖν ἱερῷ, *scribendum* βούλεσθαι· ἐν τῷ ὑμῶν ἱερῷ καὶ γάρ ἐστι. *Et illud* βούλεσθαι, *refertur ad precedentia,* ὑπομεῖναί με χαρίσασθαί τι βούλεσθαι. *& cet.*

260,m. *pro* ὅτι τις αὐτὸ κηροῦ ῥοπή, *reponendum* ὅτι τις αὐτὸ κηροῦ ῥοπῇ *(adde intermedia)* προκατέλαβεν. *Ibid. pro* τί, τι λανθάνειν, οἴδατε προσποιήσασθε, *rectius* τί, τι λανθάνειν, οἴδατε προσποιήσασθε.

262,m. *Hic vnus ex iis est locis, quibus non* Κελτικὴν, *sed* Βελγικὴν *scribendum videri, supra notauimus; idemque faciundum pagina hac in fine.*

264,p. *His restituendis,* πάντως δ᾽ ἂν καὶ ζῶντα εἴληφε, *admitto quidem illa,* πάντως δ᾽ ἂν καὶ ζῶντα τὸν Πομπήιον εἰλήφει, *sed nihil amplius. Quippe non opus his est,* ἀλλ᾽ ἐπειλήφει, *quæ Xylander & ipsa putat desiderari.*

265,p. *pro* δεῖ *(adde intermedia)* ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων προσποιήσηται, *non recte reponit Xylander,* δεῖ ὅτι τοῖς ἑταίροις *(adde cetera)* ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων ἵνα προσποιήσηται. *Nam vt de* ἑκάστῳ *taceam, certum est etiam propter illud* δεῖ τοῖς ἑταίροις *sequi debere,* ἵνα τῶν ἁλόντων ἵνα προσποιήσηται, *non* προσποιήσηται. *Veriorem ego, procliuioremque corrigendi rationem sequor; simpliciter,* δεῖ *(cum intermediis)* ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἁλόντων προσποιήσασθαι, *scribendum adfirmans. Paullo post,* ... τινά, *rectius* τινάς. *Ibidem f. Ex his verbis vitiatis,* συγκομισθεῖσαι οὔτ᾽ εἶδεν οὐδεὶς τοὺς ἐξ αὐτῶν περισωθέντας, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων· *Xylander auctoris sententiam eruturum se putauit, si* περισωθέντας *prorsus omitteret, eorumque loco reponeret alia, nusquam hæc a Dione scripta. Vertit enim. Ac nemo cognouit, quidnam iis in literis contineretur præter hos ipsos, qui scripsissent. Nusquam in Græcis hæc video, Quid iis in litteris contineretur: &, Qui scripsissent. Ego retinendum ex parte illud* περισωθέντας *aio, sed emendandum. Scripsit enim Dio,* συνεσώθησαν οὔτ᾽ εἶδεν οὐδεὶς τοὺς ἐξ αὐτῶν *(τῶν γραμμάτων scilicet κατακαυθέντων)* περισωθέντας, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων. *Nemo, inquit,* nouit eos qui per has *[literas crematas]* incolumes euaserunt, præter illos ipsos incolumitatem adeptos. *Hæc nimirum est Antonii sententia.*

266 p. παρὰ μικρὸν δ᾽ ἂν πρὸς ἐκεῖνα, *commutandum in* παρὰ μικρὸν δ᾽ ἦλθεν πρὸς ἐκεῖνα.

267,m. *pro* τὰ γὰρ αὐτοῦ οἱ ἐξελεύθεροι προσαγαγόντες, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθεντο, *scribendum haud dubie,* τὰ γὰρ ὀστᾶ αὐτοῦ. *Sic lib. 56 pag. 598, m. de Liuia,* τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο. *Ibid f.* καὶ τὰ *(adde intersecta)* περιέργως διαβαλόντων· *Xiphilino* καὶ τοῖς περιέργως διαβαλόντων.

AD LIBRVM XLV. DIONIS.

269,f. *In his verbis,* ἐτράφη μὲν παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς Λευκίῳ Φιλίππῳ, *vitiata leguntur illa,* παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς. *Quippe Lucius hic Philippus Octauii iunioris vitricus erat, non* matris eius frater, *hoc est auunculus. Ergo vera Dionis hæc scriptura postliminio quasi reuocanda,* ἐτράφη μὲν παρά τε τῇ μητρὶ, καὶ παρὰ τῷ ἀνδρὶ δευτέρῳ αὐτῆς Λευκίῳ Φιλίππῳ. Apud matris alterum maritum. *Nec vocabulo* ἀδελφοῦ *obscura insunt illius veræ scripturæ,* ἀνδρὶ δευτέρῳ, *vestigia.*

270,m. *Pro* ἀπαιτήσας αὐτὸ, *reponendum* ἀπαιτήσαντα *(scilicet* Ὀκτάουιον*)* αὐτὸ. *Figulus is, qui supra. Sic animaduerti postea, Xiphilinum quoque legisse. Ib. paullo ante, pro* ὥριστο γὰρ καθ᾽ ἑαυτὸ, *rectius apud Xiphilinum* τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν.

271,m. προτιμηθῆναι, *rectius Xiphilino* προτιμηθῆναι. *Ib.* καὶ τοῦ κλήρου αὐτοῦ διαδέξασθαι. *Xiphilinus* καὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ διαδ.

274 f. τῶν γὰρ χρειῶν αὐτῆς τὰ πλείω, *Xiphilinus* τῶν γὰρ χρειῶν αὐτοῦ *(scilicet* τοῦ Πομπηίου*)* τὰ πλείω. *Et mox,* οὐδεμίαν ἀπόδοσιν ἐποιήσατο, *Xiphilinus idem plenius* οὐδεμίας αὐτῶν *(scilicet τῶν χρειῶν)* ἀπόδοσιν ἐποιήσατο.

276 f. *Pro* σφαγιάσαι ἄλλως τε ἱκανῶς ὑπῆρχεν, *scribendum* ἄλλως τε, καὶ ἱκανῶς ὑπῆρχεν *& cet. Rursus ibidem vult.* ἐς τὴν Γαλατίαν ἐφώρμησε, *restituendum* ἀφώρμησε.

277,m. *Non* ἐκεῖνοι, *nec* αὖθις, *sed* ἐκείνου δὲ *(scilicet* Antonii*)* ἰσχυρὸν εὐθὺς πόλεμον σχόντι: *vel,* ἐκείνῳ δὲ ἰσχυρὸς εὐθὺς πόλεμος σχεθείς. *quod posterius equidem magis probo. Ibidem m. vbi legitur,* καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστει τὴν χάριν τὴν τοῦ Καίσαρος συνῄροντο· *& Græcis verbis inest menda nobilis, & interpretationi Xylandreæ non vnus error. Nam etiamsi recte legeretur illud,* οἱ ἐν ἄστει, *non* opidanos *dicere debebat, sed* vrbanos: *nec* τὴν χάριν τὴν τοῦ Καίσαρος συνῄροντο; *significat,* eos Cæsaris rebus studuisse. *Tertius accedit error, ex eodem fonte, quod paullo post, vbi dicitur,* decretas in senatu laudes αὐτοῖς ἐκείνοις; illis ipsis; *nō iam amplius* opidanis *id euenisse tradit in genere, sed in specie* Mutinēsibus. *At nusquā in precedentibus vlla mētio vllius opidi, nedum Mutinæ. Nimirū inde tota istæc alucinatio, quod nō expedebat, et quid in hisce verbis vitii latitaret. Laudas aūt ...*

Rursus ibidem non πρὸς αὐτίκα συμφορὰς , *sed* πρὸς τὰς αὐτίκα συμφορὰς *scribendum.*

334,p. *Pro* ἐπειδ' ὡς ϗ ἐκείνῳ ἐπικηρύχθη, *reponendum* ὡς ϗ ἐκεῖνος ἐπικηρύχθη.

Ibid. τοῖς τὰ προσιοῦσι διπλάσια, *cum ceteris, ante vocem vltimam ponenda copula ,* ϗ διπλάσια , *sensu eo, qui margini adiectus.*

335,m. *Pro* ϗ οἰκείοις αὐτὰς προσεπιδεῖξαι, *scribendum* αὐτοῖς προσεπιδεῖξαι. *Ibid. mox* καταφορὰς *perperam legi putat Xylander, absque causa. Locus quidem ipse, cum praecedentibus, nõ recte traductus ab eo fuit, uti de meis, ad marginem adscriptis, lectores perspiciunt. Ibid. pro* τὰς τε ἀρχὰς, *quum periodi sit initium , integrius scribetur,* τὰς δὲ ἀρχάς. *Ib. f. pro* ἔτι ἄρχοντας παύσαντες, *haud dubie futuro efferendum tempore,* ἔτι ἄρξοντας παύσοντες.

336,p. *Pro* χρυσοῦν τὴν τῷ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι, *reponendum* χρυσοῦν. *Et mox ,* προσοφειλήσοντες *melius* προσοφειλήσαντες, *sensu margini adscripto.*

338 m. *In his,* ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὄνομα τι τῆς ἀσυλίας, *ita scribẽdum,* ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὄνομά τι τῆς ἀσυλίας, *(adde intermedia)* ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτοῦ, ἔσχεν: *vel* ὄνομά τι τῆς ἀσυλίας , *quod elegantius.*

339,p. *Pro* ἀλλ' ὅτι τῷ καιρῷ, *restituendum* ἀλλ' ὅτι τῷ τότε καιρῷ.

340,p. *Non caret hic vitio locus ,* ὅθεν ἡ γερουσία μετέπεμψεν αὐτοῦ: *cuius hanc emendationem,* ὅτ' ἂν ἡ γερουσία μεταπέμψῃ αὐτοῦ, *eruditi probabunt. Ibidem m. Heic etiam tum deest aliquid hisce verbis, tum inest vitii.* καίτοι ὑπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ κόσμου στερηθείς. *Vtrique remedium , si legas ,* καίτοι ὑπὸ τοῦ Βρούτου τοῦ στρατηγικοῦ κόσμου οὐ στερηθείς. *Nam* οὐ *negatio fuit omissa, propter eius duplicationem, ex vltima praecedentis* κόσμου *syllaba.*

341,m. *Pro* οὐδὲν δ' τότε κακὸν ἔπαθεν, *scribendum* οὐδὲν δ' ϗ τότε κακὸν ἔπαθεν.

342,f. περὶ τὰ τοῦ Σέξτου στρατόπεδα προσχωρῶν , *scribi posse* προσχωρῶν *videtur : sed alterum quoque defendi potest.*

349,m. *Pro* ϗ μὴ χρονισάντων αὐτῶν , *reponendum necessario* ἵνα μὴ χρονισάντων. *Ibidem mox , vitiose legitur* ἐπιβάλλοντα, *cui Xylander vt opem ferret ,* ἐπιβάλλοντα *scribendum opinabatur. Id vero minus est simile verbo* ἐπιβάλλοντα. *Quapropter* αἰσβάλλοντα *rectissime reponetur, & sensu idoneo, quem margini adnotauimus. Ibidem pro* ἐκείνων τι οὐδὲν ἦλθον , *rectius scribes,* τὰ ἐκείνων οὐδὲν ἦλθον *(cum ceteris)* διακόπτων.

350,p. *Pro* τὸ ἀριθμῷ τῶν μαχεσαμένων διελέγξαι αὐτῶν, *praestat reponere* διελέγξαι. *Refertur enim ad nomen* ἀγὼν, *quod praecessit.*

351,p. παρ' αὐτὰς αἰσχὰς , *rectius* παρ' αὐτὰς τὰς αἰσχάς. *E geminis enim* τὰς *calligraphus alteram omisit , quod frequens manu exaratis. Ibidem mox.* τὰ Λαπάρεια *potius scribenda* Λαπάλια. *Simile quiddam accidisse voci* Palilia, *superius ostensum, ad pag. 234, lib. 43. Dionis, vbi scriptum* Παρίλια. *Rursus heic mendum quoddam insigne occurrit, & ab aliis intactum, vbi verba leguntur haec,* ἐν μὲν οὖν τῇ Ῥώμῃ ταῦτ' ἐγίγνετο. καὶ τινὰ καὶ λοιπὰ *(cum ceteris sequentibus)* ᾖδετο. *Quippe vitiosum illud* τινὰ καὶ λοιπὰ, *quum Dio scripserit* τινὰ καὶ λόγια *(adde intermedia)* ᾖδετο. *Nimirum dicere voluit ,* oracula quoque nonnulla tum ante, tum post hæc, ad euersionem popularis imperii & ipsa tendentia , vulgo fuisse decantata. *Loquitur & alibi eodem modo , & verbis iisdem vtitur. Ibid. f. Ait hoc loco Xylander, quo verba reperiuntur huiusmodi ,* εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τι ἐς ἓν ἡ τῆς μάχης φθάσειεν, *non videre se , quid ea possint, hoc est significent. Nimirum prius erant emendanda, quam sensus eorum quaereretur. Ita vero scriptum a Dione paret,* ἔδοξεν *(cum ceteris)* εἰπεῖν τῷ Καίσαρι. ὅτι τι ἐς νίκην οἱ ἡ μάχη φθάσειεν, ϗ ἵνα ἀναλάβῃ *&c. Sic planissima sententia, quam margo nobis exhibet.*

354,m. *Pro* τῆς Βρούτου ἐσφάλθαι, *quod Xylander reddidit* Succubuisse; *Xiphilinus habet* ἐσφάχθαι, iugulatum esse. *melius omnino. Ibidem vitiata sunt haec verba,* ὡς οὐδενὸς ἐπιγνόντος (ἅτε μηδενὸς δεινοῦ ὄντος) ἦν , ὑπώπτευσέ τι αὐτοῖς. *Non enim admittunt aures eruditae repetitionẽ vocularum* ὡς *&* ἅτε , *prorsus idem significantium. Itaque Dionis hanc scripturam probabimus.* ὡς οὐδενὸς ἐπιγνόντος, ὅτι δὴ τοῖς δεινοῦ ὄντος, ἦν· ὑπώπτευσέ τι αὐτοῖς, *&c.*

355,f. *Pro* ὑφ' ἑτοίμων *legitur apud Xiphil.* ὑφ' ἑτοίμου.

AD LIBRVM XLVIII. DIONIS.

357,p. *Quo loco post libri periochen de consulibus eorum annorum agitur,* Λούκιος Ἀντώνιος Μ. υἱὸς Πιέγας *scribitur. Id* Piegas *Xylander omisit in recensione consulum Latina. Dubitat etiam , quid eo de vocabulo statuendum , quum is L. Antonius apud alios cognomen* Pætas *habuisse legatur. Equidem omni remota dubitatione, tum apud Dionem* Πίετας, *tum apud alios* Pietas *scribendum adfirmo, de causa, quam paullo post ex ipso Dione, me commonstrante, lector intelliget. Ibidem f. Haec verba,* Καὶ τοῦτο δ' τότε τι Λέπιδον, ἃ τὸ πρότερον, κολοῦσαι *(praecessit* αἰσδέξασθαι,*) non ignoro equidem posse retineri, quum illud* κολοῦσαι *Dionis esse , de locis aliis pareat. Nihilominus etiam alicui Dio videri possit vsus verbo* κολοῦσαι, *quod aeque idoneam sententiam reddit , & a Xiphilino heic positum est.*

360,p. *Hic ille locus est, de quo citra dubitationem colligitur, L. Antonio, Marci fratri, cognomen fuisse* Pietas; *non* Piegas, *nec* Pætas. *At enim expresse Dio,* διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν , καὶ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ Πίεταν *(repono* Πίετας*)* ἐπέθετο. Propter pietatem , *inquit,* erga Marcum fratrem, indiderat sibi cognomen, vt Pietas diceretur. *Itaque causam non habuit interpres, cur ita potius haec efferret:* Pii quoque cognomen sibi propter suam in fratrem pietatem sumserat. *Ibidem paullo post, pro* τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη διέχοντα, *scribendum* διέποντα, prouincias Asianas administrantem: *non* populos Asianos sub se habentem, *vt interpres vertit ex lectione vitiosa. Rursus ibidem , loco illius,* πλὴν εἴ τις τῶν ἐστρατευμένων ἐν δωρεᾶς μέρει λαβών, *reponendum initio,* πλὴν εἴ τις τι τῶν ἐστρατευμένων *(& cetera)* λαβών.

362,p. *Pro* ϗ ἄκων ὑποκατέκλινε , *dico scripsisse Dionem* ὑποκατέκλινε, *quod e triplici praepositione compositum est verbum. Et omnino pertinet huc illud* ἐκκλίνειν, *vt quiuis facile perspicit.*

363,m. *Contra leges sermonis Graeci legitur heic scriptum illud ,* τὴν γοῦν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς οὐκ αὐτοὺς , ἀλλ' ἐκείνους ἔξειν ἐνόμιζον. *Etenim casu dissident inter se* αὐτοὺς *&* ἐκείνους, *quum conuenire deberent. Ergo fortasse reponendum,* αἰτίαν τῆς διαφορᾶς οὐχ αὐτοὶ, ἀλλ' ἐκείνους ἕξειν ἐνόμιζον. *Retineri tamen etiam potest , obtenta velut ineptia quadam,* οὐκ αὐτοὺς ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκείνους ἕξειν ἐνόμιζον. *Ibidem f. sine vllo sensu legimus heic* Βουλὴν καλίγαν , *aut* καλίγαν, *(quod solum Xylander adtigit) itemque* senatum caligam, *etiam apud Xiphilinum , in versione Latina. Quis enim hoc intelligat , nisi coacta quadam interpretatione? Quapropter reuocanda germana Dionis scriptura,* βουλὴν καλιγῶν *(adde intersecta)* ἀποκαλοῦντες: *vnde sponte sua manat sensus facilis & verus ,* milites illos,

illos, quibus arbitrium causæ commiserat Cæsar, adpellatos fuisse ab aduersariis, senatum caligatum, ab vsu caligarum vel subligaculorum militarium. Subligacula *namque Dioni sunt* ὑποδήματα, *non* calcei, *nec* militare vestimentum, *vti Xylander reddidit. Ibidem legitur*, ὥστε μηδένα ἄλλον *(adde intermedia)* τεχνίτας τρέφειν, *vbi præstat scribi*, ὥστε μηδένα ἄλλον *(& cetera)* τεχνίτας τρέφειν.

364 *f. Pro τῶ* πεφραγμένων *reponendum* πεφασμένων, *ex causa per se manifesta.*

367, *m. Minime quidem integra est in hisce verbis oratio*, πόλεις ὑπηγάγετο, καὶ τεχνίτας τινὰ ἀπ' αὐτῶν *(τῆς Σικελίας πόλεως scilicet)* πλοίοις, καὶ Κόϊντος Κορνουφίκιος ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἔπεμψε. *Ne prolixus sim, videtur ita scripsisse Dio*: πόλεις ὑπηγάγετο, *(nimirum Siculas)* καὶ τεχνίτας τινὰ ἀπ' αὐτῶν πλοίοις ἔλαβε, καὶ ἄλλους Κόϊντος Κορνουφίκιος ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἔπεμψε. *Subiungendum obiter, videri* Κόϊντος *rectius scribi, quam* Κόϊντος: *&* Cornuficium *potius dicendum, quam* Cornificium, *ex orthographia neglecta quidem a nostris, at a Græcis obseruata; quibus in hoc genere plurima debemus, vt* Ahenobarbos, Fufios, Mæcenates, Fetiales, Munatios, Calpurnios, Sulpicios, Hirtios, Poplicolas, Cornuficios, *& alios; pro quibus vitiose librarii nostri* Ænobarbos, Fusios, Mecœnates, Fæciales, Munacios, Calphurnios, Sulpitios, Hircios, Publicolas, Cornificios, *scripsere.*

369. *p. Pro* καὶ πάντα τὸν Λέπιδον, *scribendum* καὶ πάντα. *Ibidem m.* τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμαλδῦναι, *mutandum in* τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀφελέσθαι. *Nam melius hoc, quam Xylandri* αἰκίσασθαι, *quod* effossum *vertit, aliena quadam significatione. Nostrum illud* ἀφελέσθαι, caput ademptū *denotat. Sic inferius, lib. 49. pag. 401.* ἱερωσύνην ἀφελέσθαι, de sacerdotio ademto dixit. *Linea sequente*, ὡς καὶ ἐκ πάντων πικρότητι, *retineri quidem id posse videtur, sed cōtinnius, meo sane indicio, foret* κάμακος, ὡς καὶ ἐκ πάντων πικρότητα, πεφρίκειν.

373, *f. Pro* τοῦ πρὸς ἐκείνους βελτίστου, *scribe* τοῦ πρὸς ἐκεῖνον, *scilicet* Sextum Pompeium: *rursus ex* ἐστὶ τῇ Ἰβηρίᾳ τοῖς ἐκείνοις ἐπικουρήσειν *faciundum* δι' ἐκείνους, *videlicet* τοὺς Πάρθους.

374. *p.* ὥστε καὶ αἰπόλους, *Xiphilino* ἄν καὶ αἰπόλους, *recte.*

375. *p.* κοσμήσαντες, ἔς τι τὰς πανηγύρεις, *mutandum in* κοσμήσαντες, τάς τε πανηγύρεις *(cū ceteris intermediis)* διαπρέπως ποιήσαντες.

377. *p. Pro* πλὴν τὰ ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένα, *scribendum* προσεχεῖς. *Nam dicere vult*, præter vectigalia priora, fuisse noua quædam adhuc instituta. *Sequens autem periodus aliter a me reddita, quam ab interprete, qui temere mutandum* παρὰ *in* κατὰ τὸ καθεστηκὸς *adfirmat.*

378, *p. Notandum obiter*, πρὸς τὰ τοῦ χρόνου μέρη, *tantumdem Dioni significare, ac si dixisset*, πρὸς τὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ μέρη, *vel* πρὸς τὰ τῆς ὥρας μέρη, ad partes anni. *Quod quidem nominis* χρόνου *significatum, Græcis recentioribus vsitatissimum est.*

379 *p. Non hæc integra est oratio*, ἰδιῶται παρῆσαν ἀθρόοι, *(sic enim mutandum prius illud*, ἀθρόοι*)* καὶ ἀχθόμενοι . . . . καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες ἰσχυρῶς. *Quiuis sane videt, vocem* εἰρήνης *vestigium quasi quoddam exhibere nobis alterius, quæ periit: vt hęc plena Dionis scriptura sit*, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πολέμῳ, καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες.

380, *m. Pro* οὗτοι μὲν οὖν ὁ πόλεμος, *scribendum* οὕτως μὲν οὖν ὁ πόλεμος αἰσχύνη. *Ibidem f. pro* μηδὲ ἐς χεῖρας οἱ ὑπομείναντες εὐθὺς ἐξίεσαν, *vel restituendum illius* εὐθὺς *loco*;

verbum ἐλθεῖν: *vel ita scribendum*, ἐς χεῖρας οἱ ὑπομείναντες ἐλθεῖν, εὐθὺς ἐξῄεσαν.

383, *m. Pro* ταὐτὰ τι ἐποίησεν, *scribe* ταὐτά τι ἐποίησεν, *vt significes* eadem.

384. *p. quod apud Dionem legitur*, συνῴκει δὲ ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, *rectius apud Xiphilinum est*, συνῴκει δὲ ἤδη τῷ Καίσαρι, quum iam Cæsaris vxor esset. *Ibidem f. in his verbis*, τῶν περὶ τὸν Γ... ἐπιπεσόντων αὐτοῦ, *non de Xylandri sententia dumtaxat illud* περὶ τὸν Γ... *mutandum in* περὶ τὸν Τίγγιν: *sed potius &* περὶ τὸν Τίγγιν *scribendum, & pro sequentibus* ἐπιπεσόντων αὐτοῦ, *reponendum* ἐπαναστάντων αὐτῷ, *quemadmodum, scripsisse Dionem, liquido paret. Quinetiam interpres ipse sic Dionis verba reddidit imprudens. Nam alioqui dicere debuisset, lectione priori salua*: Interimque consurgentibus in eum Tingitanis.

387, *m.* χρήματα παρά τι τῶν πολιτικῶν, καὶ παρὰ τῶν συμμάχων, *potius scribendum* παρά τε τῶν πολιτῶν, *& cet. Rursus ibidem f. pro* καὶ ὀκτώ ναῦς ἐξασκῆσαι τι τὸ ναυτικόν, *rectius fuerit* ὀκτώ, *nisi fallor.*

389, *p. Pro* πυρὸς ὁμοφυοῦς ὄντος, *legitur apud Xiphilinum* ὁμοφυοῦς οἷον ὄντος. *Vnde vera lectio colligitur*, ὁμοφυοῦς οἱ ὄντος.

390, *p. Hæc verba*, λόγος γὰρ ἔχει, καὶ τῶν κακούργων τινὰς ἐς αὐτὸ τὸ θέατρον προσωπεῖοις, ὡς καὶ ὑποκεκρυμμένους τι, ἐπελθόντας συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα, *sine dubio vitiata sunt in vocabulo* κακούργων, *& in extremo quid amiserunt. Nec enim ita Græci loquuntur*, λόγος ἔχει τινὰς συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα, *sed* τινὰς συγκαταβεβλήκεναι τὰ χρήματα. *Et quid eis opus erat, vt in theatro personati pecuniam conferrent? Si nesciri volebant hoc, sane pecuniam conferre clā poterant, extra theatrum, omni absque periculo. Prorsus etiam absurdum, homines flagitiosos tantam virtutis in Oppio rationem habuisse, cui flagitiosos videmus infestos esse solere. Quapropter equidem primum puto, pro* κακούργων, *vocabulum* πανούργων, *reponendum: posteriora vero sic emendanda, vt scribamus*, ἐπελθόντας πῶσαι συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα. *Sic integritati sua verba cum sensu restituta videmus, quem tibi margo versionis exhibet. Addo pro voce* πανούργων *heic retinenda, nonnunquā ea significari* γελωτοποιούς, *cuiusmodi erant histriones & illi personati, quorum heic mentio. Eodem & illa Aeschylea videntur adludere*: Ναύταις σκωμμα καὶ πανουργία τινί. *Noti namque sales & iocularia nautarū. Ibidem linea penultima, pro* ... αὐτῆς, *repone* ... αὐτόν, *scilicet* Antonium, *vt ipsa loci verba manifeste testantur.*

AD LIBRVM XLIX. DIONIS.

393, *f. In hisce verbis*, διά τε τὸν χρόνον καὶ ἀχθόμενα ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο, *scio defendi* χρόνον *posse; sed caueri nequit tamen, quin duriuscula sit oratio. Præstabit igitur ita scribi*, διά τε τὸν χρόνον καὶ ἀχθόμενα ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο, *vel etiam ingrata vocum traiectione mutata*, διά τε καὶ ἀχθόμενα χρόνον ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο, *quod aures delicata libentius admittent.*

394, *m. pro* δυοῖν οὖν παρῆσαν, *rectius apud Xiphilinum legitur*, δύο οὖν παρῆσαν.

395, *m. Membrum hoc*, ἄπορα δεινὰ ἐγίγνετο, *Xylander omnino cum præcedentibus cohærere negat. Id equidem verum esse non infitior, si præcedentia relinquantur inemendata: nimirum hæc*, καὶ αὐτοὶ προσβαλόντες καὶ ἱππεῦσι καὶ ψιλοῖς περιῆσαν, *(adde intermedia)* ἄπορα δεινὰ ἐγίγνετο. *At vero si scriptura vitiosa suam ad integritatem hoc modo reducatur*, καὶ ἐν αὐτοῖς προσέβαλεν καὶ ἱππεῦσι

ὁ ψιλοὶ πόῤῥωθεν, ἅπερ οἱ δυοῖν ἐγίγνετο: nihil amplius auctoris sententia deest, & significatū proprium vox ἅπερ retinet, ad ipsum Cornuficium, & milites eius simul referenda; non ad hostes, vti putabat Xylander.

398,m. Illud μάλιστα τοῖς προσχοῦσί τι, vitiatum est dubio procul in προσέχουσί τι: quod equidem fuisse scriptum a Dione puto, προσχοῦσί τι, sensu aperto.

399,p. Pro ὁ προσπεσὼν, ἐς αὐτὸ ἐσπλεύσας, rectius scribetur, προσπεσὼν ἐς αὐτὸ & cet.

400,m. In hisce verbis, τὸ σίφωνι τὸ δύσφορον * ἐκείνης &c. quo tollere possis asteriscum, scribe τὸ σίφωνι τὸ δύσφορον φέρειν, ὅπως ἐκείνης τούτῳ τῷ ναυτικῷ χρῶτο. Sic enim locus integer erit. Ibidem f. pro ὁ τὸ ἐφ' ἵππους ἱππεύων, reponendum ἐφ' ἵππου ἱππεύων.

401.m. Quum Xylander Σπηλαίῳ mutandum ait in Παλατίῳ, dicit aliquid. Dissimulare tamen non debeo, magis adhuc integram fore lectionem, si ἐν τῷ Παλατίνῳ scribatur, videlicet ὄρει, quæ vox subintelligi solet, ac elegantis ἐλλείψεως causa non exprimi. Loca Dionis huic similia lector hæc habeat. Libro 53 pag. 507. ἐν τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει. Non dubito, scripsisse Dionem, ἐν τῷ Παλατίνῳ (vel Παλατίνῳ) ὁ Καῖσαρ ᾤκει. Rursus eodem libro, pag. 515.f. quum legitur, ἡ οἰκία ἡ ἐν τῷ Παλατίῳ ὄρει, magis euidenter etiam paret, ἐν τῷ Παλατίνῳ ὄρει scribendum. Quippe nemo Παλάτιον ὄρος vmquam dixit. At Παλατῖνον ὄρος σύμπαν expresse legitur in Nerone Dionis, lib. 62. pag. 709, m. Alibi etiā Παλατῖνον reperitur. Ceterum magis heic corruptus est locus alius, ibidem p. 401, in hisce verbis, Μεσσαλᾶς τὸ Οὐαλέριον, ὃν πρῶτον ἐν ταῖς προγραφαῖς ἐπ θανατώσει. Xylander πρῶτον mutandum censet in πρότερον, ego potius in πρὸς τῶ. Antonii vero nomen siue de sententia Xylandri quis addat ex superioribus, lib. 47. pag. 333, f. vbi dicitur ab Antonio Messala morti addictus, siue non addat, parum refert: quandoquidem proscriptus ab vno de tribus illis viris, etiam a reliquis duobus consensu tacito neci destinatus videbatur.

402, p. Pro διαλαβὼν ἐπὶ Κίρκυραν, scribendum διαβαλών. Id enim est traiicere.

404, p. Quod inest hisce verbis vitium, οὔτ' αὖ διαβαίνουσιν αὐτοῖς ἐπέθετο, sic emendandum putat Xylander, vt κατὰ præpositionem, & articulum τὴν addat, οὔτ' αὖ κατὰ τὴν διάβασιν. Mihi simplicior ratio corrigendi videtur, si nihil inseratur, absque causa euidenti. Fiet autem illud hoc modo: οὔτ' αὖ διαβαίνουσιν αὐτοῖς ἐπέθετο. Quilibet ista recte coniungi videt, οὔτε διαβαίνουσιν, οὔτε διαβᾶσιν ἐπέθετο, nec traiicientes, nec traiectos inuasit. At alterū ταυτολογίαν quamdam habet, non prohibere transitu, & in transitu non adoriri.

406, m. Non recte scripta leguntur ista, τήν τε ἐπὶ τῷ Ἀγρίππου ὁ ἐπὶ τῷ Γάμου ὑπατευόντος ἐψηφίσθη. Triplex autem modus emendandi, vel vt scribatur, τήν τε τοῦ Ἀγρίππου ὁ τοῦ Γάμου ὑπατευόντος ἐψηφίσθη: vel, τήν τε τοῦ Ἀγρίππου ὁ τοῦ Γάμου ὑπατευόντων ἐψηφίσθη: vel denique, τήν τε ἐπὶ τοῦ Ἀγρίππου ὁ ἐπὶ τοῦ Γάμου ὑπάτων ἐψηφίσθη: quod equidem ceteris præfero. Paullo post, pro ἀλλά τε ὁ πρεῖς, reponendum ὁ ἄλλα τε, ὁ πρὸς τῶν Ῥωμαίων πίστεις...

408, m. Pro τὸ νεανικὸν τοῦ πάγου φάναν, rectius legitur in manuscriptis Sylburgii, de legationibus, τὴν νεανικὸν τοῦ πάγου φάναν. Ibidem f. Hæc inclusa parenthesi verba, ὁ ἐπέρατο πρὸ ὅσον (ἐπὶ γὰρ ἄλλον ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς νομίζοντες) διεχείμαζον, nemo non animaduertit a Dione sic non fuisse scripta. Quippe Græci sermonis proprietas requirebat, vt diceretur, ἐπὶ γὰρ ἄλλον ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς ἐνόμιζον. Ego vero ne temere quid mutem, sic scripsisse Dionem arbitror: ὁ ἐπέρατο πρὸ ὅσον, ἐπὶ γὰρ ἄλλον ἀποκεκλεῖσθαι σφίσι παντελῶς νομίζοντες, διεχείμαζον & cetera.

412 p. Pro τοῖς δὲ ἀφισταμένοις τι ἐκκλησίαις, ὁ μηδὲν κακὸν ἔχουσιν, rectius scribes, τοῖς δὲ ἀφισταμένοις, ἐν ἐκκλησίαις, ὁ μηδὲν & cetera. Qua quidem exigua mutatione facta, consultum sententiæ loci, quam Xylander non est adsecutus, vti colliges ex notatis ad marginem.

AD LIBRVM L DIONIS.

421, f. Non sine mutatione scriptura Dionis legi arbitror, ἐκ μαγγανείας τινὸς γεγονέναι ἔδοξεν, idque sic restituendum, vt scribas, ἐκ μαγείας τινὸς γεγονέναι. Atque hoc a me non abs re dici, vel hinc probo. Paullo post, in oratione Cæsaris ad milites suos, pag. 435, p. eiusdem rei mentionem fieri videmus, his verbis: ὑπ' ἐκείνης τῆς γοητείας μεμάγευται, Antonius detestabilis illius mulieris incantamentis est circumuentus. μεμάγευται dicit, non μεμαγγάνευται: quo sane quum Dio non vsus sit, μαγγανείας etiam vox admitti pro Dionea vix poterit. Nec id tantum hoc loco irrepsit, sed etiam lib. 60. pag. 661. Scio, quid ex Hesychio, Suida, & aliis, in contrarium adferri possit: sed Dionis ego voces ex ipso Dione adgnosco.

424, p. Monet quidem Xylander, τὰς ναῦς τὰς πεντηκοντόρους videri potius adpellandas πεντηκοντέρους, sed in ipsa interpretatione sua vocabulum omittit. Ego πεντηκοντέρους, naues actuarias esse, notaui ad marginem. Dicitur enim πεζικόν, & ἱππικόν, eiusmodi nauis; quæ simul & remis, & velis vtitur. Cuiusmodi sunt actuariæ, quæ speculādi & explorandi causa nauis alias præcedere solent, unde dicta πεντηκόντοροι.

429, m. Hæc verba nonnihil etiam Xylandri confessione mutila sunt, ἐξ ὧν τὰ μὲν, τὰ ῥᾳδίως τὰ μὴ δεδιέναι, τὰ δέ, τὰ μὴ προχείρως .... δέδιμεν. Putat autem vel ita suppleri posse, τὰ μὴ προχείρως θαρσεῖν: quod repetitum statim e præcedentibus, habere locum nequit. Dixerat enim, ἐφοβεῖτο, ἐθάρσει. Nec Dio scripsisset, ἐκ τῶν θαρσεῖν δέδιμεν μὴ προχείρως θαῤῥεῖν. Vel διχοστασίαν abesse coniicit, quod itidem neque præcedentibus, neque subiectis respondet, adeoque nihil habet simile cum vllo heic posito verbo. Dum vero proxime sequentia considero, εὐτυχεῖν, ἐπταισε: & quæ his opponuntur, μὴ ἀπογνῶναι, & μὴ ὑπερφρονεῖν: animaduertere videor in hoc ὑπερφρονεῖν vestigium aliquod amissi superius verbi, quod ei significatu sit adfine, sicut ἀπογνώσεσι illi prius posito δεδιέναι quodam modo respondet. Id vero fuerit reabse, meo quidem iudicio, ἐπαίρεσθαι: quod cum ὑπερφρονεῖσθαι prope geminum est, & huc quam aptissime videtur quadrare, modo recte singula ponderentur: ἐξ ὧν τὰ μὲν, τὰ ῥᾳδίως τὰ μὴ δεδιέναι τὰ δέ, τὰ μὴ προχείρως ἐπαίρεσθαι, δέδιμεν. ne dicam, verbis his inesse similitudinis aliquid, quæ plane nulla Xylandreis prius indicatis est cum δέδιμεν. Dixi, quod sentio. scopum adtigerim, nec ne, iudicent acutiores.

431, m. Nec interpres, nec Stephanus hunc locum, φιλανθρωπεύονται πάντα νικῶσι τε, οἱ ὁ πρὸς κρατηθέντα πανταχῆ, integritati sua restituerunt, quam habiturus est si legatur, φιλανθρωπεύονται πάντα νικήσαντες, οἱ ὁ πρὸς κρατηθέντας πανταχῆ ἐντάττοντες.

433, p. Pro his, ταπέρους δὲ ὁ δεινέρους, plenius apud Xiphilinum legitur, ταπεινότερους δὲ καὶ πονηρότερους, καὶ δειλότερους.

438, p. Quo loco legitur in Græco χάλαζα πολλή, Xylander multam grandinem vertit. Hoc si non fecit incogitanter,

gitanter, aut si veterem secutus est interpretem, vtrique Dio scripsisse videtur χαλεπὰ ποιῶ.

439,p. Pro καὶ ἡ κἀκ τῶτου οἱ ἐξ βεραχέος ἰσχυσάμενοι, *melius legi ex epitome Xiphilini,* καὶ ἡ καὶ τότε *(adde intermedia)* ἰσχυσάμενοι, *existimauit interpres. At quis horum sensus obsecro? nequit is certe de verbis interpretis percipi, quæ diuersum aliquid sonant. Ergo sic corrigenda potius hæc,* καὶ ἡ κατὰ τούτων οἱ ἐκ βεραχέος ἰσχυσάμενοι, *de quibus iam sententia margini adscripta erat.*

AD LIBRVM LI DIONIS.

444,m. Nullum vidit Xylander in his e verbis vitium, εἰ τὸ ἐν τῷ τιθεγμένῳ ἔτι καὶ τότε ὄντες, *& tamen ea quoque non ita reddidit, vt sonant. Scribe sane* ... ἐν τῷ τιθεγμένῳ ἔτι καὶ τότε ὄντες, *ac Dionis sententiam cum scriptura dubio procul assequeris. Ait enim*, milites etiam illos, quotquot inter gregarios tūc adhuc mereb nt, partim a ducibus inhibitos, potissimum vero spe diuitiarum illectos Ægyptiacarum, a rebus nouis abstinuisse. *Addendum obiter,* ἐν τῷ τεθεγμένῳ *significare* milites gregarios, *tam heic, quam alibi, quod interpres haud animaduertit. Exempli lector alia hæc habeat. Libro 41. pag. 182, v. vlt.* τῷ μὲν ἐν τῷ τεθεγμένῳ στρατευομένους, *vbi reddit Xylander,* ex delectu militantes. *At gregarios dicere debuit. Item lib. 45, pag. 481, m.* πολὺν τῶν ἐν τῷ τεθεγμένῳ ἐστρατευμένων, *vbi prorsus illa,* ἐν τῷ τεθεγμένῳ, *preterit; tantum* stipendia merentes *exponens, quum dicere debuerit* milites, qui meruerint inter gregarios. *Dicunt etiam simpliciter Græci quidam* ἐπιτεθεγμένοι, *pro* gregariis, *qui & ταγματικοί. Ibidem inferius proxime* ... *apud Xiphilinum legitur,* κἀκ τούτου*, scilicet* ... *, quod præcessit.*

447,m. Adpositum vides asteriscum hisce verbis, ... οὔτε προσδέξασθαι αὐτ * καὶ ..., *&c. Stephanus & Xylander adiecto* ..., *locum supplent. Ego simplicius,* οὔτε προσδέξασθαι *(non vt illi,* ... *)* ... *, cum reliquis. Sic asterisco non amplius erit locus.*

458,m. Existimauit Xylander in his verbis, ... *& Κλεοπάτρᾳ, scribi rectius* ... *& Κλεοπάτρας: itidemque faciundum pag. seq. princ. vt pro* οἱ καὶ τῶν Αἰγυπτίων, *reponatur* ... τῶν Αἰγυπτίων. *Sed ita superius etiam locutum Dionem, haud obseruarat. Vnus nobis locus sufficiat e libro 43. pag. 22 ..., m.* Τὰ ἐπινίκια τῶν τε Γαλατῶν, καὶ τῆς Αἰγύπτου, τῆς τε Φαρνάκου, καὶ τῆς Ἰόβα, *cum ceteris interiectis similibus. Nullum heic* τῶν *reperitur ante* τῆς Γαλατῶν, *vel* τῆς Φαρνάκου, *quod in* τῶν *mutari possit.*

459,m. Pro τῆς τε Κλεοπάτρας καὶ τῆς Σελήνης, *scribendum necessario,* τῆς τε Κλεοπάτρας, τῆς καὶ Σελήνης, *quum diuersus sit horum sensus.*

460,p. Vltimum in his de Rhinocerote, ... *mutandum in* ... *, sensu manifesto.*

461,m. Vitium non leue relictum heic ab aliis ante nos, in illis: καὶ ... τοῦ Κέδρου τοῦ ... *Scribendum enim* ... *, qui fluuius nobilis hodie* ... *dictus in regionibus illis reperitur,* Cedrus *autem nullus. Hoc* ... *ipse regionum earum, adfirmare pro certo possum. Ibidemque. Legitur heic Bastarnarum regis* Del ... *onis nomen, corruptum ex* D... ddone. *Non enim* Δίλδωνα, *sed* Δάδδωνα *scribendum aio. Prebuit occasionem voci corrumpendæ similitudo literæ* Λ *cum* Δ, *quæ hac figura pingitur a Græcis etiam in literis non capitalibus, vt vocant, sed minutis. Idē factū lib. 56, pag.*

580,m. in verbo ..., *quod illic vitiatum ex* ... *reperitur: & libro 47 pag. 54 ..., legebatur antea* ... Σέξαι, *qui verius* Δουδίοι Σέξαι *adpellandus est. Et hi Bastarnæ natio quadam erant Germanica, quod nomen ipsum prodit, sicut &* Getæ, *postea Gothi nominati.* Deddonis *siue* Dedonis *nomen adgnoscunt Germani, quemadmodum &* Ρ...*, quod statim heic sequitur, quod tantum regis triuntum. Est enim illud* Rolo, *quod Francorum in historiis toties inuenitur, contractum ex* Rodolfo, *Gallis hodieque* Raoul, *Saxonibus* Roleu, *siue* Rolef.

AD LIBRVM LII DIONIS.

468,f. Pro τῷ δὲ δὴ θεραπείᾳ τῷ τῆς μοναρχίας ... *legendum vel* τῷ δὲ θεράποντι τῇ μοναρχίᾳ ... *vel* τῷ θεραπεύοντι τῆς μοναρχίας ..., *&c.*

469,p. Xylander & Stephanus in hisce verbis, ... *, retinuerunt illud* ... *, cuius causa Dionis sententiam alio detorsit interpres quæ planissima est statim offert, si reponas* ... *, idque referas ad ipsum Augustum,* ...

47 .p. Pro ... *, scribendum* ... *scilicet* ... *, ex superioribus* ... *&c.*

475,p. ... καὶ μεγάλων ... ὄχλων, *mutandum in* ... *Melius hoc, quam si* καὶ *deleatur ante* μεγάλων *& oratio reddatur* ...

478,f. Pro καὶ τῆς ἄλλης πάσης δυναστείας, *repone* τῆς ἄλλης πάσης δυναστείας.

479,p. ... *, scribendum integri-* ... καὶ ... τὰς πόλεις.

48 ,p. Vbi legitur, ... *, Xylander vocem* ... *aperte mendosam dicit; quod pro ea substituat, incertum. Reddidit etiam pro ea rem,* rem bellicam: *nulla sane, meo quidem iudicio, ratione. Nam Dio* ... *scripsit, & castella munita intelligit, in quibus militum præsidia collocantur: quæque nunc* ... *dicit, paullo ante* χειμάδια *vocauit,* hiberna *scilicet* militum, *quæ munitionibus suis numquam carent.*

487,p. Illa verba, ... τῶν στρατιωτῶν, *ἢ καὶ* ... τῶν στρατιωτῶν, *sic in medio mutanda sunt, vt scribatur,* ἢ καὶ ... τῶν στρατιωτῶν. *Vt* ἐκείνους *(videlicet* στρατηγήσαντας*)* ... *, (hoc enim præcessit) coniungantur. Licebit etiam,* ἢ καὶ ἐκείνους *scribas eodem sensu.*

49 ,p. Non recte scriptum hoc, ... γνώμην, καὶ τὸ μηδὲν *&c mutari debet in* καὶ τοῦ μηδὲν. *Coniungenda namque,* τῇ γνώμῃ, καὶ τοῦ μηδὲν ..., ...

492,p. Pro ... πάντα τὰ τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν εὐτυχίαν, τότε τύχῃ *scribendum in extremo* τῇ τε ... τύχῃ: *vt fortuna non generatim, sed ipsius intelligatur Augusti.*

494,p. Illa verba, ... καὶ ... αὐτοκράτορα ..., *ita reddidit interpres,* Vicies quidem imperator dictus. *Præter* ... *hoc extra ideas. Non enim ea mens Dionis, sed ait* Augustum ita n... men imperatoris accepisse, vt etiam ipsius imagines nomen imperatoris præferant. *Nam quod interpres nobis ait, sic Græce Dio extulisset:* ... *quod tamen ipsum vix equidem verum de Augusto crediderim.*

AD LIBRVM LIII DIONIS.

Quæ legebantur initio libri verba, τότε μὲν ...

φῦντο, quum libri precedentis conclusio sint, suo loco restitui. Xylander autem ea prorsus & in fine precedentis & huius initio reliquit suo quodam modo. Solet enim plurimis in locis ab auctore scripta quædam omittere, quasi superuacanea, & indigna, quæ interpretetur: uti toto lector opere perspiciet eadem a me adiecta, qui vix eiusmodi licentiam probare possum; licet haud ignorem, quibus rationibus nitatur & excusetur.

500, m. Loco illius οὐδ' ἀναγκαζόμενοι πεσοίμεθα, repone ϖροΐεμεθα. Id enim est, non coactum dimittere: quum alterum illud sit admittere vel adpetere, sensu plane contrario.

506, m Pro καὶ γὰρ τὸν, repone κατὰ γὰρ τὸν. sic exigente loci sententia.

507. p. Pro Διαπτείαν διαδοχῆ rectius apud Xiphilinū διεκπεσείδαν διαδοχῆ. Ibidem pro ἐν τε τῷ παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει, rectius scribi ἐν τε τῷ Παλατίνῳ, vel Παλατίῳ, superius ostensum. Rursus pagina hac inferius, quo loco leguntur hæc ὥσπερ τινα αὐτὸ, ἀντὶ τοῦ σιδάζεσθαι, desunt posteriora, ἀντὶ τοῦ σιάζεσθαι, in libro Xiphilini. recte. Nam irrepserunt e glossa cuiusdam. Ibidem aliquot asterisci sunt, qui denotant, aliquid abesse. Priorem locum ita posse suppleri, arbitror equidem: καὶ ἀπ' αὐτῆς καὶ ἀκριβὲς μοναρχία τῶν ῥωμαίων ἀρχὴν ἔχ. μοναρχία γὰρ & cetera. Nec dubito sic a Dione scriptum fuisse. Sequitur, τὸ μὲν γὰρ ὄνομα αὐτὸ, in quo potius τὸ μὲν γοῦν ὄνομα αὐτὸ legemus. Et frequenter illa γὰρ & γοῦν, apud Dionem inter se permutata, sæpius indicatum. Rursus ibidem statim, ἐς αὐτὸ ἀιαχειμένου, existimem rectius scribi, ἐς αὐτὸ νῦν ἀιαχειμένου. Quippe νῦν præteritum videtur, ob similitudinē cum syllaba prima in sequenti ἀιαχειμένου. Accedamus ad alterum locum mutilum, sic notatum asterisco, καὶ νῦν * τὸ τῶν πμητῶν καθίσανται. Quid ab aliis dictum, omitto. Mea quidem opinione sic restitui possit: καὶ νῦν ἔτι, πλὴν τὸ τῶν τιμητῶν, καθίσανται· διάγεται δὲ, cum ceteris. Sunt autem hæ coniecturæ, quæ manu scriptorum auctoritatem desiderant.

509. p. In his verbis, πᾶσαν τὸ τῆς πολιτείας ἰσχὺν σφετερίζωνται, apud Xiphilinum pro τὸ πολιτείας reperitur scriptum τὸ βασιλείας ἰσχύν. Sensus autem huiusmodi fuerit. Ad hunc modum ex his reipublicæ popularis nominibus omnem regni potestatem accipiunt: adeoque regibus etiam propria, si quæ sunt, extra ipsius adpellationis inuidiam habent. Ibidem m. pro πολιτεία οὐ πω πω, Xiphilinus recte legit πολιτεία ἔτι πω πω. Rursus ib. f. pro δι' ὑπερόπτων γέγονεν ἄρξαι, rectius δι' ὑπερόπτου apud eumdem.

510. p. Hæc verba, ἐν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, καὶ ἔξω τῆς ὑπηκόῳ αὐτῆς πολλὰ, plenius scripta reperiuntur apud Xiphilinum; ἔν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, καὶ ἔξω ταύτης ϖολλὰ τῇ ὑπηκόῳ. hoc est, Etenim permulta cottidie Romæ (vel in vrbe) multa extra Romam, & cet. Ibidem mox, ἐς ἴσον ἐνδίχεται, melius apud eumdem, ἴσον ἐνδέχεται.

510, m. pro illis, ὃ μὴ καὶ ὀκνῶ εὑρίσκει, scripsit Xiphilinus, ὃ μὴ καὶ ὀκνεῖ. οὐχ εὑρίσκει. Sæpius quidem ita Dio loquitur.

515 f. Etiam his, τῷ μὲν Μεσσάλᾳ ἀργύριον ἐχαρίσατο, Messalam argento donauit, præferenda videtur Xiphilini lectio, τῷ μὲν Μεσσάλᾳ ἄλλην οἰκίαν ἐχαρίσατο, Messalæ domum aliam dedit. Ibidem statim sequitur, τὸν δὲ Ἀγρίππαν [ὁ Αὔγουστος] συνῴκισεν ἑαυτῷ, quod sic reddidit interpres; Agrippam [Augustus] in suam domum ad se recepit. Non ea mens Dionis erat, sed dicere volebat, Augustum communem Agrippæ cum Messala domum, a Messala redemisse; quo solus eam incolens Agrippa, vicinus Augusti efficeretur, ob ædium coniunctionem. quæ propriè συνοικία est, vt en paret ex sequenti libro, pag. 515, m. vbi verba leguntur istæc. οἱ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες, qui noctu vicinas inuicem domos custodiunt. Itaque τὸ Ἀγρίππαν συνῴκισεν ἑαυτῷ, nihil est aliud, quam; Agrippam sibi vicinū fecit.

516, f. Loco mutilo remedium de manu exaratis petendum. Quod autem statim sequitur, καὶ ἄλλη τις στρατιὰ καινή, rectius scribetur ἄλλη τις στρατεία καινή. Non enim exercitum nouum, qui στρατιὰ καινή est, sed nouam expeditionem, quæ καινὴ στρατεία est, narrat instituisse Dio. Sæpissime vero voces hæ permutatæ vetustis in libris reperiuntur. Ibidem pro πᾶσι τὰ μέρη τοῦ σώματος, legitur apud Xiphilinum πᾶσι τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος, per omnes alias corporis partes. Incertum, ita ne scriptum inuenerit; an Dionem voluerit explanare.

AD LIBRVM LIV DIONIS.

523, p. Hunc locum fatetur Xylander se non intelligere; ὡς μὴ καὶ ἐπὶ δίκη τινὶ καὶ ψηφισθείσης ἀποδειχθῇ καὶ ἐψηφισμένῃ, & integrum esse negat, vere quidem hoc dicens. Nec reddi poterat, nisi prius emendatus. Sic autem corrigetur, ὅτι καὶ ἐπὶ δίκῃ τινὰ καὶ ψηφισθέντα ἀποδειχθῇ, καὶ ἐψήφισμα. Sensus autem commodissimus ad libri marginem adiectus.

524 p. pro τὸ βασιλεῦσιν ἀπήλασε, plenius aliquantulum Xiphilinus, τὸ βασιλεῦσιν αὐτῶν ἐς αὐτάς.

525, m. Hæc Dionis, Λακεδαιμονίοις τά τε Κύθηρα (malim Κυθήροις) καὶ τῇ συσσιτίᾳ ἐτίμησεν, ita reddidit interpres: Lacedæmonios Cytheris donauit, conuictuque suo honorauit. Pro συσσιτίᾳ dixit conuictum suum, hoc est Augusti; quasi Lacedæmonios conuiuiis & mensa sua adhibuerit, dum illic ageret. Exiguum vero beneficium id fuisset, & exigui temporis. Itaque rectius dicemus, Augustum instituisse pro Lacedæmoniis epulas publicas, & ad eas sumtum contulisse; quod vere dignum erat opus Augusti magnificentia. Nimirum hoc reabse συσσιτία vocabatur, vt etiam de Polluce colligitur. Simile quiddam est συσσίτιον, sed potius ea voce Dioni conuiuia denotantur. exempli gratia, statim ab initio libri huius ait, pag. 522, p. τῶν συσσιτίων τὰ μὲν κατέλυσε, τὰ δὲ ἐς τὸ σωφρονέστερον μετέστησε, Conuiuia quædam protinus sustulit, quædam ad frugalitatē contraxit. Vbi tamen si quis accipere conuiuia publica velit, non admodum refragabor. Xylandri quidem interpretatio non admittenda, qui dixit, alia collegia sublata prorsus, alia correcta. Ibidem f. pro his, τὸ τε μνημεῖα αὐτῶν, scripsit eclogarum auctor, τό τε μνημεῖα τοῦ Κεστίου.

526, m. His verbis, τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ διῳκήθη, deesse quiddam putat interpres, ad exprimendam integram sententiam; idque dicit esse συγχωρηθέν, aut aliud tale. Considerandum vero prius erat, an non id verbū, quod abesse iudicabat, inter hæc alicubi vitiatum lateret. Quod si fecisset accurate, reperisset ἐπ., quod illi est transpositis literis inest: vt omnino fuisse scriptum a Dione fateamur, τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ ἐπ' ἀρχῇ ἐδόθη. Sic illo συγχωρηθεὶς non opus esse videmus.

527. m. Corrupte legitur, ὑπατεῦσαι μὲν δὴ ἐν τῷ ἔτει ὁ Γάϊος Σίλιος. Nullus enim in his sensus integer. Itaque si pro ἐν τῷ ἔτει ὁ, scribas ἐν τῷ ἔτει ἐσχημένῳ, salua erunt omnia. nisi quis ὑπατευμένῳ malit, quod ego non probo.

528 p. pro τὰ μὲν ἄλλα ὡς ἀπ' τῇ ἀναγκαίᾳ ἰδίξαν, quærenda

renda scriptura integrior, quum illud ὡς ἂν tolerari nequeat, ob tautologiam. Erit autem hæc, ὡς μὴ ἄλλα, ὅσοι γε ὃ ἀναγνῶναι ἰδεῖν.

531, m. Illac, ὅτι ἰδίᾳ γνώμῃ οὐδεὶς ἐγένετο, præstat ita scribi, ὅτι ἰδίᾳ γνώμῃ οὐδενὶ ἐγένετο, sensu margini adiecto. Ibidem legitur, ἄνδρα ὃς οὐ τῶν ἀρχιερέων ἦν ὃ τῶν ἱερέων ὄντα. non recte quidem. Nam aut, ὃς οὐ τῶν ἀρχιερέων (cum interiectis) ἱερέων ἦν, reponendum: aut potius, ὃς οὐ ἀρχιερεὺς ἱερέων ὢν, quod mihi probatur. Quippe Græcis ἱερέως vel ἀρχιέρεως, pro ἱερεὺς vel ἀρχιερεύς, dici non puto.

534, p. Paret e versione, non legisse Xylandrum, αὖθις ἐσέλαμ, rursus miserat; *sed αὐθις ἐσέλαμ, quum interpretetur,* statim miserat. *Itidem paullo post, δὲ τάμα τὰ προγινόμενα,* quæ tum præterea accidere, *dixit. Atqui προγινόμενα sunt ea, quæ iam ante acciderunt. Itaque vertit, ac si scriptum reperisset προσγινόμενα. Sequitur ibidem, interiecta linea dumtaxat una, ὃ μήρμηκες πόρρω τῆς ἀγορᾶς συνεστράφησαν, vbi negatio deest, ὃ πόρρω τῆς ἀγορᾶς,* non procul a foro.

535. p. Quum ait Dio, ὃ τὸν Ῥῆνον διαβάντες, ἀπό τε Γερμανίας ὃ τῆς Γαλατίας ἐλεηλάτησαν, Rheno transmisso ex Germania Galliaque prædas egerant: *male τῶν τε Γερμανίας Xylander insertum putat, & inducendum omnino indicauit ex ea causa, quod trans Rhenum Germania tum nulla fuerit. Habere locum id quidem videtur, si Augusti tempora consideres. At vero dixerit hoc fortassis auctor noster, sui respectu temporis; quo iam se trans Rhenum Germania procul dubio porrigebat, præsertim inferior. Quis Agrippinam coloniam ignorat trans Rhenum semper fuisse sitam, non in ripa citeriore Germanica? De hac tamen audi, quid Paulus iurisconsultus in titulo Pandectarũ de censibus [l. vlt.] memoriæ prodat, plane coætaneus Dionis. Verba sunt eius hæc,* In Germania inferiore Agrippinenses Italici sunt iuris. *Relinquamus igitur hoc loco scripturam, non temere reiiciendam, absque veterum codicum auctoritate. Ibidem f. Male scriptum apud Dionem, παραρρηχθεῖσα αὐτῆς μὴ ποιεῖν, atque omnino reponendum e Xiphilino, παραρρηχθεῖσα τῆς μὴ ποιεῖν. Ibidem τὰ μὲν ἀγανακτοῦσα σφίσι, rectius apud eumdẽ, τὰ μὲν συναχθεσθεῖσα σφίσι,* partim communem cum ipsis indignationem *& cetera.*

536. p. Pro σωφρονεῖν συνεγνωσμένα, scribendum συνεγνωσμένα. Nam prius illud est a νόμου, posterius a νόω, sæpiusque Dio quũ alibi hoc verbo est vsus, tum libro 39. pag. 96. f. vbi quomodo itidem corrupte legatur, & emendandum sit, ostendimus.

541. p. Occurrit heic rursus id vitium, quod paullo ante adtigimus. Quippe non scribendum, ὅτι τὸ ἀρχιέρεων, sed ὅτι τὸ ἀρχιερέα ἐν κοινῷ πάντων οἰκεῖν ἐχρῆν. & pag. hac ipsa inferius pro τῷ ἀρχιέρεω, potius τῷ ἀρχιερεῖ. Sic alibi semper Dio loquitur. Nec dici potest, Atticum esse ἀρχιέρεως, pro ἀρχιερεύς. Non enim ἀρχιέρεως Græcum est, vt quemadmodum Μενέλαος Atticis est Μενέλεως, etiam iisdem ἀρχιέρεως fiat ex ἀρχιέρεος. Sequitur ibidem statim mentio τοῦ βασιλέως τῶν ἱερέων. Sic enim scribitur, & interpres eamdem scripturam sequens, regem sacrificulum *dixit, ceu* regem sacrificulorum. *Atqui scribendum erat, τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν, & pro eo reddendus* rex sacrorum, *notus Romanis,* regem sacrificulum *ignorantibus.*

542. f. De his verbis, δεισιδαιμονῶν τε τοὺς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ ὡς ὅσον ἂν ἰδεῖν αὐτῷ, ὃ τὴν ἀξίαν περὶ ἑαυτοῦ ποιῶν, (adde cetera interiecta) ἐκέλευσεν. Xylander ait, locum mirum in modum & corruptum, & mutilum esse. Prius admitto, posterius nego. Nam si tantum illa restituas, ὅπως ἂν ἴδοι αὐτὸν, proque iis scribas, ὅπως ἂν ἴδοι αὐτῷ; (scilicet τὸ συνεδρεύειν) toto loco plane consultum fuerit: vt hæc coniungantur, ὅπως ἂν ἴδοι αὐτῷ (τὸ συνεδρεύειν) ποιῶν, ὃ τὴν & cetera. Sic autem cum Suetonii verbis hæc consentiunt, vt ex eo descripta videantur. Ait enim, Quo lecti probatique & religiosius, & minore molestia senatorio munere fungerentur; sanxit, vt prius, quam considerent, quisque thure ac mero supplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur.

544. p. Non Χαυκίδα, nec Chaucos; *sed Καυχίδα, &* Cauchos, *adpellandos aio, libri 60 testimonio pag. 685. f. Insequentibus v. hac pag. pro ἐς τὴν Χερσονήσου προσχώρησιν, repono προσχώρησιν: ac ibidem ex Οἰνοπίωνι placet Οἰνοπόργον nomen labis expers facere. Rursus ibidem f. traiecta voces, ὃ τῷ Τιβερίῳ, οὐ περιῄει μόνον παρὰ τοῦ Αὐγούστου ἰδεῖν, sic suo reponenda loco, ὃ τῷ Τιβερίῳ περιῄει, ὃ μὴν ὅτι & cet.*

545. f. Quod heic legitur, Αὔγουστος ἀπογραφάς τε ἐποιήσατο, mutandum in Αὔγουστος ἀπογραφάς τε ἐποιήσατο. Dicit enim Augustum egisse censum, quo suas quoque facultates perinde, ac si priuatus quispiam foret, descripserit. *Vix interpretis* index *locum habere potest, ac si Græcis* index *ἀπογραφὴ dicatur.*

AD LIBRVM LV DIONIS.

549. p. Facile quiuis intelligit, hæc verba, ὃ οὐκ ἦν οἱ ὅσοι μὴ οὐ τε καθήκοντα, & cetera, vitio non carere; propter trium negatiuarum, οὐκ & μὴ & οὐ concursum. Quapropter aio pro μὴ οὐ, scribendum μηδὲ. Ibidem f. interpretatio Xylandri non respondet hisce verbis, τὸ τῶν γεγεννηκότων δικαίωμα χαρίζεται, hoc est, ius eorum, qui liberos procrearunt, largitur. *Nam ipse reddidit,* Ius trium liberorum largitur: *quasi scriptum reperisset, τὸ τῶν τρὶς γεγεννηκότων δικαίωμα χαρίζεσθαι. Ego sequi repertam in textu lectionem malui. Sed quum postea Xiphilinum consulerem, inueni scripturam, quam vere iudico esse Dioniam, videlicet hanc: τὸ τῶν ποσάκις γεγεννηκότων δικαίωμα,* ius toties parentum, *sine qui* liberos toties procrearunt.

550. f. Pro ὃ τὸ τῶν στρατηγῶν, scribe ὃ τὸ περὶ τῶν στρατηγῶν. Ibidem pro ἀνομοδίκτων reponendum ἀνομοθέτων, videlicet Augustus. *Et linea sequente γεγραμμένα προεῖδεν, mutandum in προεῖπεν.*

551. f. Pro illis, ὅτι δὴ οὐκ ἐξὸν ἦν, Xiphilinus scripsit, ὅτι δὴ οὐκ ἐξὸν ἦν. Statim ibidem pro ὅπως ἀπότεκες ὦν, rectius apud Xiphilinum, ὅπως ὡς ἀπότεκες ὦν. Ibidem f. πλὴν τῶν Καντάβρων, omnino vitiosum est. Non enim ad Rhenum, aut in Germania quærendi Cantabri, longissime a Germanis ad Pyrenæos remoti. Vidit hoc Xylander, at mendum haud sustulit: quod heic se dicat & ingenium, & auctoritatem scriptorum, aut certe memoriam destituere. Præstemus igitur hoc nos, quorum natale solum hæc ipsa tangit loca. Dico igitur illud πλὴν τῶν Καντάβρων, mutandum in πλὴν τῶν Καττουαρῶν, & versu secundum hunc tertio, pro οἱ Κάνταβροι, reponendũ οἱ Καττουαροί: (nisi quis Sylburgii manu scriptos, de legationibus, sequi malit; qui posteriore loco Σίγαμβροι, pro Cantabris *habent) idemq; faciundum etiam in versione, vt pro,* exceptis Cãtabris; *scribamus,* exceptis Cattuaris: *iterũq;,* Cãtabri *cum* Cattuaris *cõmutentur. Qui vero fuerint hi* Cattuari, *quæve sedes eorum, e Tacito, & aliis quærẽ-*

funebri de C. Cæsare, lib. 44. pag. 262. p. τὸ αἶσχος τὸ ὕπαιθρον ἰδεῖν ἐδόκει.

197. *m. Putat hac verba*, οὐδὲ στρατηγὸς οὐδέπω ἦν. ἐπειδὴ δὲ Ἀντώνιος οὐδέπω μὲν, ἰσθι πως ἴσχυε, *& cetera, restitui posse Xylander, si posterius* οὐδέπω *restituatur, quasi perperam repetitum id, locum conturbet. Ego vero nō temere quid explodere soleo. & heic videndum arbitror, an non vitiatum sit aliquid. Recte vero. Nam duo hac* οὐδέπω μὲν *corrupta sunt ex tribus*, οὐδὲ ὕπατος ὤν. *Sic enim Dio scripserat*, ἐπειδὴ δὲ Ἀντώνιος οὐδὲ ὕπατος ὤν, ἰσθι πως *& cet. Sensus in margine notatus, apte quadrat.*

202, *m. pro* ἐς ἀσάγχλω ἀσπόνδου πολέμου καταστάσει, *legitur in manuscriptis Sylburgii de legationibus*, ἀσπόνδου πολέμου, *significatu licet eodem.*

203. *f. Hac verba*, ἐς τε τὴν Φάρον ἀπῆρε, *Xylander reddidit*, In Pharum naues suas eiecit. *rectius*, In Pharum exscendit, *videlicet in insulam, ubi* Pharus *siue* Φανάριον, *ut nunc Græci vocant, (quod Italorum* fanaro *dedit originem) erat; non* in vrbem Pharum, *ut Blancus scripsit.*

205, *m.* Χερρόνησον, *ceu proprium nomen, & scripsit, & reddidit interpres, his verbis*; Ad Cherronesum qui locus ad Africam pertinet: *quum Dio de Africæ adherente peninsula loquatur. Simile quiddam et supra quoque contigit, lib. 41. pag. 174. p. ubi* τὴν καταντικρὺ ἤπειρον ἀμελῶς τηρουμένην *scripsit, & interpretatus est vere* ἀμελῶς *parumque accurate,* oppositam continentem; *quum opposita Brundisio* Epirus *illa regio nobilis intelligatur.*

207. *p. pro* ἐπιλαθόντες αὐτοῦ *scribendum* ἀπελθόντος αὐτοῦ. vbi [*Cæsar*] discessisset.

208, *p. pro* πρὸς τὸν δυνάστην τὸν βασιλέων, *scribe* τῶν δυναστῶν τῶν τε βασιλέων. *Quæ paullo post sequitur periodus, ab interprete negligentius traducta, verum ad sensum a nobis est reuocata, verbis margini adscriptis.*

210, *m. Locus hic & vitiatas voces habet, & transpositas, ubi legitur*, καί τι τῶν στρατάρχων ἐποιεῖτο, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμη χαριζόμενοι τῷ Καίσαρι. *Neque tamen ante me quisquam id vidit. Sensus etiam verborum mutilus est, quum nusquam adpareat, cuinam illud* ἢ *respondeat præcedenti. Sed breuibus res indicator. Hoc modo recte habebunt omnia*, καί τι τῶν στρατιωτῶν ἢ πάντων γνώμη, (*Cæsaris milites intelligit tumultuantes*) ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν χαριζόμενοι τῷ Καίσαρι. *Vel etiam ita*, ἢ ὑπὸ πάντων, ἢ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης χαριζόμενος τῷ Καίσαρι. *quod magis probo. Sic & alibi loquitur, lib. 46. pag. 325. p.* ὡς καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης, δεδιέναι συμβουλεύων.

211, *f. Similiter hac quoque non parum corrupta sunt*, καὶ τῆς τε πόλεως ἐλύπησε, καὶ τὰ πλοῖα κατῆγε, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα, τὴν σίδηρον τὸ ἄλλον, οὐδέπω καὶ μόνον ἔχρηζον. *Xylander addi vult in fine verbum* ἔλαβον, *velut omissum a librariis; & vitium in* κατῆγε *nullum adgnoscit. At supra docuimus, ad pag. 131, p. pro* κατῆγε *reponendum* ἀπῆγε, *quod quidem fieri necessario debet. Nunc de verbo, quod abesse putat, videamus an non inter hæc alicubi vitiatum lateat. Nimirum nobis esse suspectum debet quod ad* τὸν σίδηρον, *adiicitur* τὸ ἄλλον. *Id enim nihil significat, adeoque superfluum est. Ergo per incuriam* σίδηρον τὸ ἄλλον *scripsit calligraphus; quum scribere deberet* σίδηρον ἔλαβον. *Sic erit integra loci scriptura huiusmodi*, τῆς τε πόλεως ἐλύπησε, καὶ τὰ πλοῖα ἀπῆγεν, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ ὅπλα (nauium armamenta, *non interpretis* arma *intelliguntur*) τόν τε σίδηρον ἔλαβον, οὐδέπω καὶ μόνον ἔχρηζον.

212, *p. pro* καὶ τὸ ἴσον τῷ νίκῃ ἐπαιρόμενος, *reponendum* ἐπαιρομένου, *sicut etiam sequitur* ἀξιοῦντος, *utrumque ad Iubam referendum, neutrum ad Varum; contra opinionem interpretis, qui prius ad Varum retulit. Inspice, quæ margini adposuimus. Ibidem statim subiicitur*, συμφρονήσαντες γὰρ ὁ, τε Σκιπίων καὶ ὁ Κάτων, *ubi rectius leges*, συμφρονοῦντος γοῦν. *Et hæ particulæ plurimis in locis apud Dionem inter se permutatæ reperiuntur.*

AD LIBRUM XLIII. DIONIS.

214. *f. Transposita sunt istæc non parum hoc loco verba*, περαιωθεὶς ἐς Μαυριτανίαν χεῖρά τε ἤπειρε, καὶ πρὸς τὸν Βόκχον στρατηγήσας, ἐπιχείρησε τῷ Καίσαρι, *& cetera; quæ hoc modo priscum in ordinem redigentur*, περαιωθεὶς ἐς Μαυριτανίαν, καὶ πρὸς τὸν Βόκχον στρατηγήσας, χεῖρά τε ἤπειρε, καὶ ἐπεχείρησε, *cum reliquis.*

215. *p. Inest hisce*, ἔτι γὰρ ὅτι καὶ τῷ Σκιπίωνι αὐτοῦ συνεστράτευσαν, *mendum non negligendum, quod hoc eluimodo poterit*: ἔτι γὰρ ὄντι καὶ τῷ Σκιπίωνι ἀπ' αὐτοῦ (*præcessit* τὸ στρατοῦ) *συνέπεμψαν. Nec interpres mentem Dionis adsecutus, ea scripsit; quæ corrigenda, & omnino ad marginem collocanda duximus.*

217 *p.* τοὺς ἐλέφαντας προσέταξαν, *muto in* προετάξαν: *vt dicatur*, ante loca quæ nondum erant obstructa. cōstitutos fuisse elephantos. *Retineri tamen & alterum potest, alio sensu.*

219. *f. His verbis*, οὕτω γὰρ ἀπαθανάτισε, *non abesse dico de Xylandri opinione vocem τὸ ἀίδιον, quum ex scriptura nihil tale colligatur; sed* ἀπαθανατίσει *diuidendum arbitror in duo, Dionis ut scripturam hanc habeamus*, οὕτω γὰρ αὐτὸ ἐπιθαυμάσει. *Ibidem paullo post, pro* βιβλίον ἢ καὶ ἀνυπέρβατον ἐκάλεσε, *grammaticorum causa scribendum*, ἀνυπέρβατόν τινα ἐκάλεσε.

220, *f. Vbi legitur in excusis*, πολλὰ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ λέγων καὶ ἐργάζεσθαι, *existimauit Stephanus illud* λέγω *mutandum in* ἔλεγον. *Sed ut aliud nihil dicam, saltim illa dissimilitudo temporum in* ἔλεγον *&* ἐργάζεσθαι *nos monet, ita scriptum a Dione vix putandum. Quippe dixisset vel* ἔλεγεν καὶ ἐπεράττε, *vel* λέξαι καὶ ἐργάζεσθαι, *si quidem ita loqui voluisset quod mihi nemo persuaserit. Sane religiosius alioquin in admittendis vocibus, absque amissarum aliquo vestigio, non heic quamdam periisse dubito; vestigiique loco mihi est vocabulum* λέγω, *quod præcedit, vt plane Dionem scripsisse adseram*, ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐργάζεσθαι, *vti frequentissime loqui solet.*

221. *m. pro* ὅτι γὰρ ἄλλως ἢ δίκαιον, *reponendum* οὔτε γὰρ ἄλλως εἶναι δίκαιον.

222. *p. Quæ Xylander admodum vitiosa dicit verba*, τὸ γὰρ μόνον οὐ ῥᾳθυμεῖν καλὸν [τι] νομίζω *saltim vnica vocula restituta corrigi possunt, ita scribendo*, τὸ γὰρ μόνον ἐκθυμεῖσθαι καλὸν [τι] νομίζω. *Ibidem f. pro* φέρω *restitue* φέρων; *vt respondeat proximo sibi*, τὰ κάλλιστα γίγνεσθαι ὑμῖν εὐχόμενος, φέρων δὲ ἀναγκαίως τὰ ἀνθρώπινα. *Quin & integra loci adponenda interpretatio, quo reddendo nonnulla Xylandrum omisisse, nunc demum animaduerti. Sic enim Græca efferri debuerant*: Id quidem in votis habens, vt omnia semper optima vobis eueniant, & necessario casus humanos ferens; itidemque bonos honoribus debitis ornans, & quantum fieri potest, ceteros corrigens. *hæc enim postrema*, καὶ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς ἀγάλλων, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπανορθοῦν καθόσον οἷόν τέ ἐστι, *tam vertenti Xylandro, quam mihi versionem eius relegenti, se non obtulerant: quamquam alibi ab eo prætermissa diligenter suis locis adiecerim.*

223,f. In iis, quæ de Arsinoe, Cæsaris in triumpho producta, traduntur; elegans est amplificatio rei, quæ Romanis inusitata tunc accidit. Sed vno solo vocabulo δημοις vitiato, plurimum Dionis exaggerationi detrahitur. Quid enim rei magnæ, quasi quæ numquam Romæ contigisset, reginam ἐν δήμοις ὀφθῆναι, in hominum turba conspici? Non enim hoc est, in captiuorum turba cerni, quod imprudens Xylander scripsit, sensu loci vrgente, sic vt scriberet, quamuis ita Græce non legeretur. nisi dicere velimus, eum hoc inuenisse priorem apud interpretem, qui vsus codice correctiori fuerit. Ne lectorem diu suspensum teneam, nego scripsisse Dionem, καὶ ἡ Ἀρσινόη γυνή τε οὖσα, καὶ βασιλὶς ποτὲ νομισθεῖσα, ἔν τε δήμοις (ὃ μὴ πώποτε ἔν γε τῇ Ῥώμῃ ἐγεγόνει) ὀφθεῖσα, πάμπολυν οἶκτον ἐποίησε. sed ἐν πεπεδημένοις ὀφθεῖσα, verborum huiusmodi sensu Et Arsinoe, sexus ipsa mulieris, & habita tunc pro regina, & inter vinctos (quod numquam Romæ contigerat) conspecta, plurimum commiserationis iniecit. Nimirum quod antea Dio dixerat, ἐκείνην ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις παρήγαγεν, Cæsar inter captiuos eam produxit; testimonio nobis est, ab eodem postea scriptum fuisse vocabulo priori adfine, ἐν πεπεδημένοις ὀφθεῖσα, inter vinctos conspecta.

224,f. pro ἡμίσεας ὁμοῦ τι αὐτῶν προσαπήλειψε, vel ἡμίσεις ὁμοῦ τι αὐτῶν, vel simplicius ἡμίσεις ὁμοῦ αὐτῶν προσαπήλειψε scribendum, non προσαπήλειψε hoc sensu: Recensionem instituit & præterea dimidiam eorum partē expunxit. Ibidem statim versu tertio sequitur, ἐκ τοῦ δήμου ἐξῄρητο, pro quo vltimo Xiphilinus recte habet ἐξῄρητο. sed vitiose pro τοῦ δήμου legit τοῦ δήμου, sicut & Blancus interpres dixit, Relicta plebe.

225,p. pro πολλούς γε ἐπ' αὐτοῖς καὶ παιδεραστὰς ἀλῶναι ἔφη. Xiphilinus habet ἐπ' αὐτῇ, scilicet τῇ ἀγορᾷ. recte. Ibidem f. pro ὕδωρ τι ἐς αὐτὸ ἐσῆκε, καὶ ναῦς ἐπήγαγεν, Xiphilinus ἐς αὐτὸ εἰσῆκε, (an εἰσῆκε rectius?) καὶ ναῦς ἐσήγαγεν. Ibidem f. apud Dionem ὅτι μὴ τοῦ αὐτοῦ διαφορὰς ἐφόδου ἐγεγόνει, Xiphilino διαφορὰς αἱμάτων.

227,p. ὡς ἐνὸς μόνου ἀπεῖπεν, Xiphilinus ὡς ἀφ' ἑνὸς μηνὸς ἐφῆκεν. Item versu hinc tertio, διὰ τεσσάρων καὶ αὐτῆς ἐτῶν, recte. Xiphilinus autem, διὰ πέντε καὶ αὐτῆς ἐτῶν. male. Quippe temporis intelligitur idem spatium, quod est lustri; cuius τὸ δ' ὑπερ ὑπὲρ quatuor, hora sex, non annis quinque, sed annis quatuor vnum diem absoluunt.

228,f. Quæ leguntur heic verba, καὶ ἐδόκει καὶ ὑπὲρ τὸν πατέρα ἰσχύειν, Xylander sic vertit, ac si locum ita scriptum reperisset, καὶ ἐδόκει καὶ ὑπὲρ τὸν Καίσαρα ἰσχύειν. quum ea efferat, Vt iam plus ipso Cæsare posse videretur. Loquitur Dio de Sexto Pompeio, qui pares Cæsari vires tunc non habebat. Itaque lectionem alteram, hoc sensu, retinere præstat: Vt iam maiores ipso etiam patre [Cn. Pompeio] vires habere videretur. De opido Hispaniæ, cuius infra mentio fit, quodque Οὐλία Græce heic scribitur, Vlla Hirtio, tantum hoc addo; Græce scribendum Οὐλλίαν, Latine vel Vlliam etiam apud Hirtium; vel docendum, id quoque temporis Hispanos itidem, vt nunc, Vllam scripsisse, Vlliam syllabis duabus enuntiasse, more suo; quod Italis & Vglia scriberetur, & eodem cum Hispanis modo pronuntiaretur. Græcis quidem etiam hodiernis molles eiusmodi quarumdam litterarum enuntiationes cum Hispanis & Italis esse communes, in ipsamet deprehendi Græcia.

229,m. Vbi legitur, ἐκεῖνος δὲ ἵνα τε αὐδέσεχ ἑνὸς πολὺ διαφέρειν νομίζων, vitiosus sane sensus est tam in Græcis, quam hisce Xylandri verbis, Pompeius virum viro longe præstantiorem esse existimans, fretusque suis viribus, nihil eius aduentu consternatus fuit. Quippe dici non potest, Sex. Pompeium longe se Cæsare præstantiorem existimasse, quod absque singularis arrogantiæ nota facere non potuisset. Itaque vitium hoc eruendum. Si præcedentia respicias, inuenies periisse negationem. Narrat enim Dio, Cæsarem cum paucis admodum in Hispaniam properasse, seque sperasse necopinata illa celeritate sua, soloque sui vnius aduentu, & præsentia, Pompeio terrorem incussurum, vt vrbis obsidionem relinqueret. At Pompeius vnius hominis aduentum, sine militum copiis, haud magni faciundum existimabat. Hæc vera Dionis est sententia, & per quidem idonea. Quapropter & Græca verba, saltim ad ecta negatione, suæ restituemus integritati, ἐκεῖνος δὲ ἵνα τε ἀνδρὸς ἑνὸς οὐ πολὺ διαφέρειν νομίζων. quorū margini adiecimus interpretationem. Ibidem mox, Xylander pro μέρος τι τοῦ στρατοῦ reposuit μέρος τοῦ στρατ., ego μέρος τι τοῦ στρατοῦ melius puto.

230,p. Pro ἔστι γὰρ ὁ ἐκλωδίκες, rectius ἔστι γοῦν ἐκλωδίκος.

232,p. pro μετά τε τοῦ Λαφρανίου καὶ μετὰ τοῦ Οὐάρρωνος, legendum μετὰ τοῦ Οὐάρου, de quo multa superius. Ibidem m. Non heic συνιέναι ἑαυτὸ scribendum, sed συνιέναι αὐτό.

234,p. ἐγγόνῳ rectius scribetur ἐκγόνῳ, pro nepote. Sæpius hoc semet offert. Ibidem inferius, in illis verbis, τά, τε γὰρ Παρίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτων, quod inest vitium, vtrosque Dionis castigatores, Stephanum & Xylandrum fugit; atque huic etiam causam præbuit lotisequius interpretandi, ac debebat. Sic enim Græca corrigenda sunt, τά, τε γοῦν Παλίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτω (adde intermedia) ἐτιμήθη. Sunt enim a Pale dicta Palilia, cum mediocriter eruditis notum: & Παλίλια ἱπποδρόμια ἀθανάτῳ ἐτιμήθη, quid aliud potius esse videmus; quam, Palilibus institutum, (quo festo die equorum certamen celebrabatur) vt diis immortalibus sacra fierent, quemadmodum interpres loquitur. Verus sensus lectori datus in libri margine. Cæterum ἱπποδρομία ludi Circenses sunt, etiam Eclogæ librorum Basilicorum de iure Romano nostra: ἀθάνατοι ἱπποδρομία, ludi Circenses perennes & immortales, hoc est, perpetuo celebrandi. Sic etiam ἀθάνατος περίοδος Dioni nostro, 52. pag. 483, f. reditus est immortalis, hoc est, perpetuus & perennis. Alibi dixit ἱερομηνίας αἰδίους eodē sensu, quo ἀθανάτους ἱερομηνίας, pro supplicatione perenni, lib. 49, pag. 400 f. quo loco Xylander anniuersariam reddidit. Item βουθυσία αἰδίος lib. 54. pag. 5.0, p. Recentiori denique historico Græco non ineleganti Cedreno, quem ipsum quoque Xylander interpretatus est, quidam Græcorum Imperatorum στρατιῶται sunt ἀθάνατοι, milites immortales; quos ego, quinam essent, quū ex interprete non adgnoscerem, interrogare Constantinopoli Theodosium Zygomalam, Patriarchicū Protonotarium memini, virum inter huius æui Græcos facile doctrina principem: isque mihi sic eos interpretabatur quibus decedentibus alii semper ita sufficerentur, vt numerus idem maneret, atque ipsi eadem ratione viderentur esse immortales; vti fieret in Turcicis legionibus Genitzarorum, qui vere propterea dici possent ἀθάνατοι. Hæc eo commemoranda duxi, quod etiam apud Dionem nostrū, lib. 52. pag. 482, f. in cōsultatione Mæcenatis ad Augustū, & lib. 56. pag. 595, lin. vlt. στρατιῶται ἀθάνατοι reperiatur, prorsus eadem ex causa sic adpellati. Referebat etiā Zygomalas idem, Turcos instituisse στρατιώτας ἀθανάτους, exemplo Macedonis illius Alexandri magni: sed ipse potius eos in hoc Romanos & Græcos imperatores sub Romanorum nomine, velut decessores in eodē imperio suos, cre-

250. p. *In his verbis,* ὡς ἐπιβουλεύσαντές σφισι, *reponenda Dionis vera scriptura* συνεπιβουλεύσαντες, *quod recte cum* σφίσι *coniungitur, & sensu apto; quum alterum illud eidem iunctum plane diuersam sententiam efficiat, & a mente auctoris alienam.*

252. p. *Transpositæ sunt hæ voces,* περὶ οὐδὲν ἔτ' ἂν ὑμᾶς εἰδότας, *& sic reponendæ,* περὶ οὐδὲν ἔτι εἰδότας ὑμᾶς. *Nec temere quidem id puto, quum ostendere possim, alibi sic a Dione collocatas. Verbi gratia, in oratione Ciceronis in Antonium, lib. seq. pag. 283, m.* περὶ οὐδὲν ἔτι εἰδότας ὑμᾶς, *prorsus vt heic. Nam quod pagina præcedenti, 251, p. legitur,* οὐκ ὀλίγος ἐξ οὗ χρόνος, *mutare non debeo, quum sic etiam infra legatur lib. 45. pag. 289, m.* καὶ πολύς ἐξ οὗ χρόνος ἐς τὰς ἐφήβους ἐνεγέγραπτο, *nec aliter alibi locutum Dionem, inueniam.*

253. p. *In his,* διότι καὶ περιοίκει, *reponendum esse* περιοίκει, *suum sensus ipse verborum, margini adiectus, tum ea docent, quæ huius initio libri, ad pag. 240 notauimus.*

254, m. *pro* καί τοι τὸ τούτου δυνατόν ἐστι, *scribe* καίτοι, ὃ τούτου δυνατώτερον ἐστι. *Paullo post linea sequenti, pro* καὶ τὰς αἰτιαθείσας δυνάμεις, *reponendum* καὶ τὰς αἰ ἀριθμηθείσας δυνάμεις.

255, m. *Locus non parum deprauatus est, in his verbis,* καὶ οὔτε πολλοί που συνεστήκασιν, οὔτε κεκινημένοι ὡς τῇ ἐλπίδι τοῦ κρείττονος, ὀργῇ τοῦ καταδεεστέρου, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον σφίσιν ἀπερισκέπτως κινδυνεύσειν προαχθῆναι. *Quorsum enim referemus hoc vltimum* προαχθῆναι*? quum nulli præcedentium respondeat. Ego priora nonnihil corrupta video, præsertim hæc,* οὔτε κεκινημένοι ὡς, *pro quibus scribendum* οὔτε τοὺς κεκινημένους*: in posterioribus deest vnicum verbum, a quo illud* προαχθῆναι *depēdet, idque omissum propterea, quod* σφίσι *proximum, aliquid cum eo similitudinis ex ore dictantis haberet, nimirum* συνέβη*: quo reposito cum antea repurgatis, integer erit sensus hic,* καὶ οὔτε πολλοί τινες συνεστήκασιν, οὔτε τοὺς κεκινημένους τῇ ἐλπίδι τοῦ κρείττονος, ὀργῇ τοῦ καταδεεστέρου, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον σφίσι συνέβη ἀπερισκέπτως κινδυνεύσειν προαχθῆναι. *Sententiam ad marginem expressimus.*

256, m. *pro* βούλεσθε ἐν τι ὑμῶν ἱερὸν, *scribendum* βούλεσθε· ἐν τι ὑμῖν ἱερὸν καὶ γάρ ἐστι. *Et illud* βούλεσθε, *refertur ad præcedentia,* ἐπιτρέψατέ μοι χαρίσασθαί τι βούλεσθε. *& cet.*

260, m. *pro* ὅτι τις αὐτοῦ καιροῦ ῥοπὴ, *reponendum* ὅτι τις αὐτὸν καιροῦ ῥοπὴ *(adde intermedia)* προκαταλάβοι. *Ibid. pro* τί, τι λανθάνειν, εἰδέναι προσποιήσομαι, *rectius* τί, τι λανθάνειν, εἰδέναι προσποιήσομαι.

262, m. *Hic vnus ex iis est locis, quibus non* Κελτικὴν, *sed* Βελγικὴν *scribendum videri, supra notauimus; idemque faciundum pagina hac in fine.*

264. p. *His restituendis,* ταύτας δὴ αὖ καὶ ζώνας εἰλήφει, *admitto quidem illa,* ταύτας δὴ αὖ καὶ ζώνας τὰ Πομπηΐου εἰλήφει, *sed nihil amplius. Quippe non opus his est,* ὥσπερ ἠθέλησε, *quæ Xylander & ipsa putat desiderari.*

265. p. *pro* δοὺς *(adde intermedia)* ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἀλόντων προσποιήσηται, *non recte reponit Xylander,* δοὺς δὲ τοῖς ἑταίροις *(adde cetera)* ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἀλόντων ἵνα προσποιήσηται. *Nam ut de* ἑκάστῳ *taceam, certum est etiam propter illud* δοὺς τοῖς ἑταίροις *sequi debere,* ἵνα τῶν ἀλόντων ἵνα προσποιήσηται, *non* προσποιήσηται. *Veriorem ego, procliuioremque corrigendi rationem sequor; simpliciter,* δοὺς *(cum intermediis)* ἵνα ἑκάστῳ τῶν ἀλόντων προσποιήσασθαι, *scribendum adfirmans. Paullo post,* ἐφιλανθρωπεύσατο τινὰ, *rectius* τινάς. *Ibidem f. Ex his verbis vitiatis,* συχνοὺς οὔτ' εἶδεν οὐδεὶς τοὺς ἐξ αὐτῶν περισωθέντας, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων· *Xylander auctoris sententiam eruturum*

se putauit, si περισωθέντας *prorsus omitteret, eorumque loco reponeret alia, nusquam hæc a Dione scripta. Vertit enim.* Ac nemo cognouit, quidnam iis in litteris contineretur præter hos ipsos, qui scripsissent. *Nusquam in Græcis hæc video,* Quid iis in litteris contineretur: *&,* Qui scripsissent. *Ego retinendum ex parte illud* περισωθέντας *aio, sed emendandum. Scripsit enim Dio.* συχνοὺς οὔτ' εἶδεν οὐδεὶς τοὺς ἐξ αὐτῶν *(τῶν γραμμάτων scilicet κατακαυθέντων)* περισωθέντας, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων. Nemo, *inquit,* nouit eos qui per has [*literas crematas*] incolumes euaserunt, præter illos ipsos incolumitatem adeptos. *Hæc nimirum est Antonii sententia.*

266 p. παρὰ μικρὸν δὴ αὖ πρὸς ἐκεῖνον, *commutandum in* παρὰ μικρὸν δὴ ὑδὸν πρὸς ἐκεῖνα.

267, m. *pro* τὰ γὰρ αὐτοῦ οἱ ἐξελεύθεροι περιαγγέλλοντες, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθεντο, *scribendum haud dubie,* τὰ γὰρ ὀστᾶ αὐτοῦ. *Sic lib. 56. pag. 598, m. de Liuia.* τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο. *Ibid f.* καὶ τοῖς *(adde interiecta)* προσηκόντως διαβαλλόντων· *Xiphilino* καὶ τοῖς προσηκόντως διαβαλλόντων.

AD LIBRVM XLV. DIONIS.

269. f. *In his verbis,* ἐτρέφετο μὲν παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ, *vitiata leguntur illa,* παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς. *Quippe Lucius hic Philippus Octauii iunioris vitricus erat, non* matris eius frater, *hoc est auunculus. Ergo vera Dionis hæc scriptura postliminio quasi reuocanda,* ἐτρέφετο μὲν παρά τε τῇ μητρὶ, καὶ παρὰ τῷ ἀνδρὶ δευτέρῳ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ. Apud matris alterum maritum. *Nec vocabulo* ἀδελφῷ *obscura insunt illius veræ scripturæ,* ἀνδρὶ δευτέρῳ, *vestigia.*

270, m. *Pro* ἀπαιτήσας αὐτοῦ, *reponendum* ἀπαιτήσαντος *(scilicet* Νιγιδίου*)* αὐτοῦ. *Figulus is, qui supra. Sic animaduerti postea, Xiphilinum quoque legisse. Ib. paullo ante, pro* ὥριστο γὰρ καθ' ἑαυτὸν, *rectius apud Xiphilinum,* τῶν καθ' ἑαυτὸν.

271, m. προσηνέμωσε. *rectius Xiphilino* προσηνέμωσε. *Ib.* καὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ διεδέξατο. *Xiphilinus* καὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ διεδ.

274 f. τῶν γὰρ χωρίων αὐτῆς τὰ πλείω, *Xiphilinus* τῶν γὰρ χωρίων αὐτοῦ *(scilicet* τοῦ Πομπηΐου*)* τὰ πλείω. *Et mox,* εὐδοξίας ἀπόδοσιν ἐποιήσατο, *Xiphilinus idem plenius* εὐδημίας αὐτῶν *(scilicet* τῶν χωρίων*)* ἀπόδοσιν ἐποιήσατο.

276 f. *Pro* στρατεύσαι ἄλλοις τι ἱκανὸν ὑπῆρχεν, *scribendum* ἄλλοις τι, καὶ ἱκανὸν ὑπῆρχεν *& cet. Rursus ibidem v. vlt.* ἐς τὴν Γαλατίαν ἐφώρμησεν, *restituendum* ἐφώρμησεν.

277, m. *Non* ἐκεῖνον, *nec* αὖθις, *sed* ἐκείνῳ δὲ *(scilicet* Antonii*)* ἰσχυρὸν εὐθὺς πόλεμον σχεῖν: *vel,* ἐκείνῳ δὲ ἰσχυρῶς εὐθὺς πόλεμον σχεῖν. *quod posterius equidem magis probo. Ibidem m. vbi legitur,* καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστει τὴν χώραν τὴν τοῦ Καίσαρος συνῄροντο· *& Græcis verbis inest menda nobilis, & interpretationi Xylandreæ non vnus error. Nam etiamsi recte legeretur illud,* οἱ ἐν ἄστει, *non* opidanos *dicere debebat, sed* vrbanos: *nec* τὴν χώραν τὴν τοῦ Καίσαρος συνῄροντο, *significat,* eos Cæsaris rebus studuisse. *Tertius accedit error, ex eodem fonte, quod paullo post, vbi dicitur,* decretas in senatu laudes αὐτοῖς ἐκείνοις, illis ipsis; *nō iam amplius* opidanis *id euenisse tradit in genere, sed in specie* Mutinēsibus. *At nusquā in præcedentibus vlla mētio vllius opidi, nedum Mutinæ. Nimirū inde tota istæc alucinatio, q̄ nō expedebat, & quod in hisce verbis vitiū latitaret. Latitat aūt in-*

signe vitium, quum Dio scripserit, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐν τῇ Ἄστῃ τὴν χάριν τὴν τοῦ Καίσαρος συνῄροντο, hoc est, Et propterea etiam ii, qui erant Hastæ, Cæsaris gratia communem causam suscipiebant. Hoc vero longe quid aliud est, quam quod interpres nobis obtruserat, idemque cum illorum temporum historia consentit. Indidem quoque iam intelligere licet, dicere Dionem, Hastensibus laudes a senatu decretas. Ita Dioni sua hoc loco restituta scriptura, nec minus facti sui laus Hastensi apud Insubres municipio, atque etiam Romana quondam coloniæ; cuius absque hac emendatione nomen vel negligentia, vel inscitia calligraphi oblitteratum, ex Dionis historia periisset.

278, p. De τῷ ἀξιώματι προσήκοντας ἰδεῖν, faciundum, προσήκοντας quod antea quoque tactum. Item mox verba ista, ἰσχυρῶς προσεξελάσαντα, ἐγχειρίσαι τι μετὰ τοῦτο ἐν δικαστηρίῳ κειμένων· καὶ εἰπόντας τοῖς δικασταῖς τὰ γιγνόμενα· non parum contaminata sunt, citraque dubitationem hoc modo repurganda: ἰσχυρῶς προσεξελάσαντα, ἐγχειρίσαι τι μετὰ τοῦτο ἐν δικαστηρίῳ κειμένων, καὶ αὐτὸ εἰπεῖν τοῖς δικασταῖς τὰ γιγνόμενα. Ibidem m. pro ταῦτα δὲ εἰς τί πε τοιαῦτά τε δι' αὐτῶν, scribendum τοιαῦτα δι' αὐτά. Propter ipsa, scilicet τέρατα, prodigia. nam ea vox præcessit.

281, p. Pro καὶ τοῦτο θαυμάσειεν ἄν τις, legendum adiecta negatione, καὶ οὐ τοῦτο θαυμάσειεν ἄν τις. Ibidem pro φήσειε τις, repone φήσειεν τις. Rursum καίτοι ταῦτα μὲν, ὅσα γε ἐψηφίσασθε, δοκεῖ τε καὶ βραχέα, καὶ οὐ πάνυ ἔξω τοῦ καθεστηκότος ὄντα εὑρίσκετε, non recte legitur, sed mutatis aliquibus, ita restitue: καίτοι ταῦτα μὲν, ὅσα γε ψηφίσασθαι δοκεῖτε, καὶ βραχέα, καὶ οὐ πάνυ ἔξω τοῦ καθεστηκότος ὄντα εὑρήσετε. Rursus ἃ μήτε ἐψηφίσασθε, μήτε ἐμελλήσατε, ultimo in verbo corrigendum, μήτε ἐμελετήσατε. Dixerat enim Cicero, Nihil a vobis vmquam decretum, nihil cogitatum.

282, m. pro τῶν ἐν τοῖς γράμμασι τοῖς τοῦ Καίσαρος εὑρεθέντων, repone γράμμασι τοῖς τοῦ Καίσαρος. Nam Cicero dixerat, In libellis Cæsaris. At prius illud aliam significationem habet. Ibidem inf. Non πρύτανιν αὐτὸν ἐκ τῆς ὁμονοίας ἀπεδείξατε legendum, sed πρύτανιν αὐτὸν τῆς ὁμονοίας, quem Cicero concordiæ præfectum dixerat.

283, p. ὑμεῖς γὰρ, an ὑμεῖς γοῦν?

284, m. Pro καὶ ποτὲ μεθ' ὑμῶν, rectius καὶ ποτὲ, Ciceroni deinceps, aut aliquando.

285, m. Vidit Xylander in his, καὶ ὅτι ἔπρεπέ σοι, deesse negationem; ideoque scribendum indicauit, καὶ ὅτι μήτε ἔπρεπέ σοι, parum concinne. Nimirum ita Dio scripserat, ἀλλὰ καὶ ὑπατεύων, ὦ χρηστὲ, (cum ceteris intermediis) καὶ οὔτε ἔπρεπέ σοι, οὔτε ἐξῆν πολιτῶν ὄντι, ἐν τῇ ἀγορᾷ, πρὸς τῷ βήματι, & cet. quorum sensus in margine reperitur. ὅτι quidem prorsus excludendum est, non retinendum ex opinione Xylandri, quum corruptum sit ex οὔτε. Paullo post, non σῶμα καὶ εὔσαρκον καὶ βδελυρὸν coniungenda, (nihil enim cognatum inter hæc) sed σῶμα καὶ εὔσαρκον καὶ τρυφερὸν vti Cicero quoque dixerat obesum & delicatum corpus, non βδελυρὸν, quod esset exsecrandum, vel abominabile. Rursus in hisce verbis, τὰ Λουκαῖα καὶ ἄλλας αἳ τῆς προσηκούσης θρησκείας οὐκ ἔτυχε, οὐ ταύτῃ ὁμοῦ τὴν πόλιν κατῄσχυνας· non tantum ante τὸ ταύτῃ deest εἰ μὴ, quod Xylander indicauit: sed etiam vocabulum aliud periit, ad quod illa sequentia respiciunt, ἵνα μηδὲν μηδέπω περὶ τῶν τότε λεχθέντων εἴπω. Nimirum dixerat Cicero, Nisi tu totam vrbem eo gestu, ne quid dicam de oratione, dedecorasses: idque Dionem reddidisse non dubito, τὰ Λουκαῖα καὶ ἄλλας αἳ τῆς προσηκούσης θρησκείας οὐκ ἔτυχον, εἰ μὴ σὺ ταύτῃ ὁμοῦ τὴν πόλιν κατῄσχυνας τῷ σχήματι τούτῳ. Et alibi quoque Dio voce σχήματος hoc sensu est vsus. Quapropter vestigium eius amissæ Cicero nobis exhibet, eaque Dionis ipsius verba, quæ sequuntur. Ne dicam potuisse calligraphum etiam decipi per κατῄσχυνας, vt σχήματι relinqueret obliuiosius inter scribendum, quod cum illo similitudinis aliquid habet. Ibidem linea vltima, corrupte legitur, ἄξιόν γε οὐ γὰρ καὶ τούτου τινὰ εἰκόνα στῆσαι, videturque sic Dio scripsisse, ἀξιῶ γ' οὖν ἄρα καὶ τούτου τινὰ εἰκόνα στῆσαι. Nam Xylandri quidem correctio hæc, οὐ γὰρ ἄξιόν γε minus placet.

286, f. Hæc tota periodus, καὶ ὡς ἀνθρώπων ἄλλῳ τῳ συμπρᾶξαι, τῆς φωνῆς τῆς αὐτοῦ μόνης κυρίων, ἐπιχειρήσει, ταῦτ' οὐκ ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ δυνηθεὶς κατεργάσασθαι; sic emendanda, καὶ πῶς ἀνθρώπων ἂν ἄλλῳ τῳ συμπρᾶξαι, τῆς φωνῆς τῆς αὐτοῦ μόνης κυριεύων, ἐπιχειρήσειε, ταῦτα οὐκ ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ δυνηθεὶς κατεργάσασθαι;

287, p. hæc verba, καὶ γὰρ δή τι καὶ φήσειεν ἄν τις rectius ita scribentur, καὶ γὰρ δή τι καὶ φήσειεν ἄν τις. Ac periodi sensus explicatus ad marginem.

289, m. pro Καίσαρα μὲν, ἄρτι δὲ ἐκ παίδων, reponendum Καίσαρα μὲν ἄρτι τι ἐκ παίδων; quia sequitur, καὶ ὁ παῖς δὲ οὐ χρήσιμος, & cetera.

292, f. In his quoque verbis, καὶ τὰ τῶν συμμαχησάντων ὑμῖν ἀργότερα καὶ ἀθυμότερα γίγνεται, reponendum ῥαθυμότερα videtur; præsertim ob illud ἀργότερα, quod alteri iunctum, significationis adfinis. Sed prius etiam locum habere potest, vti superius ostensum.

293, f. pro ἰσοτελείαν ἀθανασίας ἄγειν, rectius scribetur, ἰσοτέλειαν ἀθανασίας ἄγειν.

294, m. pro ἐκ τῶν γραμμάτων δι' ὧν ἐκείνου ἀναγαγὼν, vel reponendum ἀνάγων cum Xylandro, vel quod malim, ἀναγαγὼν. Ibidem non recte scriptum hoc, ἄλλους δὲ δὴ καὶ πάνυ πολλοὺς, (præcessit ἐκληρονόμησεν) etiam Xylander animaduertit. ideoque putauit abesse verbum ἀπέδειξε. quod si verum esset, dicendum foret, deesse ἀπέδειξε, tempore cum ἐκληρονόμησεν eodem. Sed equidem arbitror scripsisse Dionem, ἄλλων δὲ δὴ καὶ πάνυ πολλῶν, scilicet ἐκληρονόμησεν. Nam quod accusandi casu sequitur, τοὺς δὲ καὶ νῦν ἔτι ζῶντας, ita relictum fuit a Dione propter illud proxime interiectum, τοὺς μὲν μήτ' ἰδὼν μήτ' ἀκούσας πώποτε. Nam absque hoc foret, omnino dicendum erat, τῶν δὲ καὶ νῦν ἔτι ζώντων.

AD LIBRVM XLVI. DIONIS.

299, p. Verba corrupta sunt, τὴν ἐκ τοῦ θρασέως παρρησιάζεσθαι δεινὴν δύναμιν περὶ πλείονος τι τῶν δικαίων εἰπεῖν ποιούμενος, ἔργῳ δὲ & cet. quæ simul ita corrige. τὴν τε θρασέως παρρησιάζεσθαι δεινὴν δύναμιν περὶ πλείονος, ἤ τι τῶν δικαίων εἰπεῖν, ποιούμενος ἔργῳ δέ. Sensus integrior ad marginem quærendus.

300, m. Mutila sunt ista, οὐ μόνον οὐκ ἀγαπᾷς, ὅτι ἰσότητος ὑπ' αὐτοῦ, ... ἀγανακτεῖς, ὅτι μὴ καὶ ἱπποτρόφοις, hoc modo supplenda, ἀλλὰ καὶ ἀγανακτεῖς, & cet.

301, m. pro καὶ παρ' ὃν ἐβούλετο καταπεπαλαίσας, restitue καὶ παρ' ὡς ἐβούλετο. Paullo post, in his verbis, ἐν μόνοις τούτοις οὕτω τὰ ἐναντιώτατα, Xylander pro οὕτω legit οὔτε. Confer ipsius interpretationem cum ea, quæ margini est adscripta.

302, f. pro οὐχ ὅτι τι προσεῖδεν νῦν αὐτοῦ, scribendum αὐτῶν, scilicet μύδρον, quod præcessit. Statim post, in hisce verbis, τοῖς ἔξωθεν ψόφοις συσκιάζειν, Xylander existimauit recte se facturum, si pro ψόφοις reponeret ψόγοις, idque secutus est in versione, quum ait: Vt externarum rerum vituperatione luminibus cõsulatus ipsi⁹ obstrueret.

Ego vero ψόγοις admitto ; nec ψόφοις : quum neque ψόγοις συσκιάσαι, vituperiis obſcurare, *neque ψόφοις συσκιάσαι*, clamoribus & ſtrepitu obſcurare, *tam proprie dicatur, ac ζόφοις συσκιάσαι*, nebulis obſcurare. *Quapropter reſtituenda genuina lectio, τοῖς ζόφοις συσκιάσαι. Senſus autem loci quaeritur in margine.*

303, *vbi legitur illud ex Cicerone deminuta forma Κικερίνος, dixiſſe puto Calenum, ſcripſiſſe Dionem, non Κικερίνος, ſed Κικερῶνος. Nam & Itali hodieque Cicero deminutus non eſſet* Ciceraccius, *ſed* Ciceroccius, *aut ipſorum more*, Ciceroccio.

304, *f. Pro καὶ τάχα αὖ τὸ ἐξάδημα, repone καὶ τάχα αὖ τὸ ἐξάδημα (cum ceteris) βαλών. Rurſus ibidem, pro ἐπειδὴ δ' ἐκεῖνα καὶ ἐκεῖνα, ſcribe δ' ἐκεῖνο. refertur enim ad τὸ ἐξάδημα, quod praeceſſit.*

306, *p. Quae leguntur heic, λέγε πάνυ παιδία γεγράφθαι καὶ παιδία περιῆθον, ceteroqui vitio carent, modo ſcribas ab initio, λέγε τοίνυν ὅτι παιδία γεγράφθαι. Nam Xylandri quidem περιῆθον, loco illius germani περιῆθον, non admitto. Paret ex iis, quae margini ſunt adſcripta, cur locum habere nequeat. Ibidem inf. γυῖνι ſcriptum legitur, pro ζυῖνι: quod exile quiddam quum ſit, & leniculum, non indicaſſem, niſi ſcirem apud Dionem alibi quoque ſic vitiatum, lib. 59. pag. 662. f. Ibidem f. non cum Xylandro μηδ' ἡλικίαν ἄρχειν (cum ceteris) ἔχοντα, corrigendum πρὸς τὸ ἄρχειν, ſed vel εἰς τὸ ἄρχειν, vel τοῦ ἄρχειν; quod probius.*

307, *f. Xylander ad haec verba, ἐπειδὴ γὰρ προσῆπτεν τὰ στρατεύματα, putauit adiiciendum, ἐπειδὴ γὰρ προσῆπτεν ὁ Καῖσαρ τὰ στρατεύματα, nullam ob cauſam neceſſariam. Potius exiſtimandum, προσῆπτεν τὰ στρατεύματα, negligenti a librario corruptum ex προσήπτετο τὰ στρατεύματα: nimirum extrema ſyllaba το, verbi praecedentis, omiſſa propter ſimilitudinem cum ſequenti τὰ. quod ego verum arbitror, quum frequenter lapſos in hoc librarios videamus.*

308, *f. pro τῶν ἐπιτηδευόντων σου neceſſario ſcribendum τῶν ἐπιτηδευόντων σοι, niſi dicere velimus, alicubi Dionem σολοικίζειν, & in leges ſermonis Graeci peccare, quod vix aliquis audebit, opinor, facere. Ceterum hoc ſolo mutato, verbiſque ſequentibus, quae tranſpoſita nonnihil, ſuo loco repoſitis in hunc modum, πράξαι ἐκ τῶν ἐπιτηδευόντων σοι, ὧν μόνων εἰς κύριος, τούτων (τῶν ὅπλων ſcilicet) αἰτιᾶσθαι: locus erit & integer, & perſpicuus, quem interpres ſe non intelligere fatebatur. Inſpice margini adſcripta.*

309, *m. In hiſce verbis, ἀδικεῖ εἰς ὑμᾶς λόγων ἐπῆρξεν, recte monuit interpres, ſcribendum ἀδίκων: ſed in ἐπῆρξεν nullum vitium animaduertit. At vero non dubium eſt, ita ſcripſiſſe Dionem, ἀδίκων εἰς ὑμᾶς λόγων ὑπῆρξεν. Id verbum hoc ſignificato toties apud Dionem & alios reperitur, vt exempla colligi minime ſit opus.*

310, *m. Hoc loco tempora bis mutata ſunt, in exiguo verborum ambitu; quum & τολμήσοντας reponi pro τολμήσαντας, & ἄξιον θανάτου ποιήσαντας, itidem mutari debeat in ποιήσοντας. Ibidem f. pro καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ ἐκείνοις, καὶ τοῖς τοῦ Ἀντωνίου ἐγκαταλιπεῖν, rectius ſcribetur, καὶ τοῖς στρατιώταις ἐκείνου, ſcilicet* Caeſaris, *eo verborum etiam aliorum ſenſu, quem ad marginem indicauimus.*

311, *f. pro τῇ συνωμοσίᾳ αὐτοῦ, legendum συνωμοσίᾳ αὐτῶν, videlicet* Caſſii & Bruti.

314, *p. In his, πρόσχημα τοῦ πολέμου προεβάλετο, poſtremum in προεβάλλετο mutandum, ſenſu ac ratione cuiuis perſpicua. Ibidem f. Nulla de cauſa Xylander hoc loco verbum ἐφοβήθη ſuſpectum habet, quaſi praeſtaret ἐβούλετο legere. Sequitur enim paullo poſt, 315, p. δείσας τὸν ὁ Καῖσαρ, quod quidem δείσας, (veritus) illi prius poſito ἐφοβήθη manifeſte reſpondet. Idem interpres infercsit pleraque verſioni ſuae, non neceſſaria.*

317, *f. Corruptum illud ἀεὶ eſt in his verbis, καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἐκεῖνον ἀεὶ ἐφοβήθη: pro quo recte nos repoſituros αὖθις, intelliges facile, qui praecedentia diligentius inſpiciet.*

318, *f. κατ' ἐπαναβολὰς ἐπιέσαντο, poſſe quidem tolerari fateor, ſed vſitatius Graecis eſt ἐπαναβολαῖς.*

321, *p. vbi legitur, καὶ περὶ τὸ οἴκημα τὸ ἐκείνου χρήματα ἀναφέρον, ſcriptura rectior erit, καὶ περὶ τὸ οἴκημα ἐκείνου* (Romuli *ſcilicet*) *τὸ χρήματα ἀναφέρον. Alio tamen ſenſu prior etiam lectio tolerabilis. Paullo poſt προσδέοντα mutandum in προσδέοιεν quod etiam apud Xiphilinum deinceps inueni. Ibidem f. pro τὴν τε φυλακὴν τὴν πόλεων, ὅτι παιδ' ὅτι βούλοιτο, & cet. ſcribendum καὶ ὅτι παιδ', ὅτι. Quod autem id, quod ſequitur, καὶ ἐκ τῶν νόμων τὸ ἐνέχειν, perperam ſcriptum exiſtimat Xylander, & mutandum ait in ἐκτὸς τῶν νόμων: in eo proculdubio fallitur ipſe, ſicut intelligi de notatis ad marginem poterit.*

324, *p. pro ἰδιωτικὴν αἰσθάνεσθαι, reponendum ἰδιωτεύοντας αἰσθάνεσθαι. Ibidem m. pro ἡμέραις τοῖς συνόδοις αὐτοῦ παρεῖναι, ſcribe poſtremum hoc παρεῖναι, quamquam & alterum ferri poteſt. Simul heic obiter addo lectoris Graecae linguae ſtudioſi cauſa τὴν ἀστικὴν ἐσθῆτα non videri a Xylandro ſatis expreſſam recte, licet pluribus vnam vocem reddas. Nimirum* veſtem, quam laeto rerum ſtatu gerunt, *inquit. Potius enim dicere debuit*, vſitatam, *cuiuſmodi veſtis etiam Dioni deinceps, lib. 48. pag. 359, m. nominatur ἀγοραῖος στολή, eodem ſignificato, ab vſu forenſi & cottidiano. Ibidem f. Pro καὶ ὅλως, Xiphilinus ἐπάλλως, quod verbum vere Dionium eſt.*

AD LIBRVM XLVII. DIONIS.

327, *f. περὶ τὸ πίστευμα, rectius περὶ τὸ πίστευμα ſcribetur, quod & Xiphilinus habet. Idem paullo poſt, συνῳδία τις νυκτὸς ἐξηκούσθη, interiecta voce νυκτὸς, quae a noſtris abeſt recte, vt* concentus noctu exauditus *intelligatur; ipſo noctis ſilentio vim concentus augente.*

328, *m. Pro ὅτι τὸ βῆμα αὐτῶν αἰσθάνεσθαι, penultima vocula mutanda in αὐτοῖς. Ibidem paullo poſt, corrupte legitur, ἐκείνων, hoc verbo praecedentibus haud reſpondente. Non enim ita Graeci loquuntur, ὁ μόνον αἱ πεντήκοντα ἐκείνων, ſed ὁ μὲν αὐτῆς ἐκείνων: atque ita reſtituendum. Hic autem locus, vt Xylander exiſtimat, & perplexus eſt, & obſcurus; & eiuſdem iudicio, vehementer deprauatus. Ego vero ſic eum ad marginem explicaui, nihil vt horum amplius dici de eo ſit neceſſe. Ibid. f. Pro τοῖς τε ἐκ τῶν ὁμοίων, repone τοῖς γε.*

329, *p. τοῖς τε τόλμαις πρόσχημα, ſine dubio mutandum in τῆς τε τόλμης πρόσχημα. Rurſus ibidem m. in his verbis, καὶ δεῖν τότε μὲν μόνοι οἱ τοῦ Σύλλου, τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς, ἐκείνου γε κελεύσαντος, ἐψηφίσθη: facile quis animaduertit orationem hiulcam, minimeque integram, cui licebit vnico dumtaxat adiecto vocabulo mederi, ſi ſcribas, ἢ πρὶν ἀπήλλακτο, δεῖν καὶ τότε μὲν μόνοι οἱ τοῦ Σύλλου ἐχθροί, quibus adde cetera. Senſus ad marginem poſitus.*

332, *f. προείδους τὸ σῖξαιτα, Xiphilino plenius προείδους τὸ διακόσιον τὸ σῖξαιτα.*

333, *f. Haec verba, Μεσσαλᾶς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου θανατωθεὶς αὖ, vitiata ſunt, & hoc emendari modo debent: Μεσσαλᾶς ἐν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου θανατωθεῖσιν ὤν.*

Rursus ibidem non πρὸς αὐτίκα συμφορὰς, *sed* πρὸς τὰς αὐτίκα συμφορὰς *scribendum.*

334, *p. Pro* ἐπειδὴ ὡς καὶ ἐκείνῳ ἐπεκηρύχθη, *reponendum* ὡς καὶ ἐκείνοις ἐπεκηρύχθη.

Ibid. τοῖς τινὰ προσκομίσασι διπλάσια, *cum ceteris, ante vocem vltimam ponenda copula,* καὶ διπλάσια, *sensu eo, qui margini adiectus.*

335, *m. Pro* καὶ εἰπεῖν αὐτοὺς προσαπέδειξαν, *scribendum* αὐτοῖς προσαπέδειξαν. *Ibid. mox* κατεφορεῖν *perperam legi putat Xylander, absque causa. Locus quidem ipse, cum praecedentibus, nō recte traductus ab eo fuit, vti de notis, ad marginem adscriptis, lectores perspiciunt. Ibid. pro* τὰς τε ἀρχὰς, *quum periodi sit initium, integrius scribetur,* τάς δὲ ἀρχάς. *Ib. f. pro* ἐπ' ἄρχοντας παύσοντες, *haud dubie futuro efferendum tempore,* ἐπ' ἄρξοντας παύσοντες.

336, *p. Pro* χρυσοῦν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανεῖσαν, *reponendum* χρυσῆν. *Et mox,* προσοφειλήσοντες *melius* προσοφειλήσαντες, *sensu margini adscripto.*

338, *m. In his,* ἐκεῖνο τὸ χρεῖον ὀνόματι τῆς ἀσυλίας, *ita scribēdum,* ἐκεῖνο τὸ χρεῖον ὄνομά τι τῆς ἀσυλίας, *(adde intermedia)* αὖ ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ, ἔσχεν: *vel* ὄνομά τι τῆς ἀσυλίας, *quod elegantius.*

339, *p. Pro* ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ, *restituendum* ἀλλ' ἐν τῷ τότε καιρῷ.

340, *p. Non caret hic vitio locus,* ἤδη ἡ γερουσία μετέπεμψεν αὐτῆς: *cuius hanc emendationem,* τότε ἄν ἡ γερουσία μετέπεμψεν αὐτὴν, *eruditi probabunt. Ibidem m. Heic etiam tum deest aliquid hisce verbis, tum inest vitii,* καὶ μὴ ὑπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ κόσμου στερηθεὶς. *Vtrique remedium, si legas,* καὶ οὐδ' ὑπὸ τοῦ Βρούτου τοῦ στρατηγικοῦ κόσμου οὐ στερηθεὶς. *Nam* οὐ *negatio fuit omissa, propter eius duplicationem, ex vltima praecedentis* κόσμου *syllaba.*

341, *m. Pro* ἰδὼν δὲ τότε τι καλὸν ἐπαθον, *scribendum* ἰδὼν δὲ καὶ τότε τι καλὸν ἐπαθον.

342, *f.* πρὸς τὰ τοῦ Σέξτου στρατόπεδα προσχωρεῖν, *scribi posse* προσχωρῶν *videtur: sed alterum quoque defendi potest.*

349, *m. Pro* καὶ μὴ χρονισάντων αὐτῶν, *reponendum necessario* καὶ μὴ χρονισάντων. *Ibidem mox, vitiose legitur* ἀπελάμβανον, *cui Xylander vt opem ferret,* ἐπελάμβανον *scribendum opinabatur. Id vero minus est simile verbo* ἀπελάμβανον. *Quapropter* αἰτελάμβανον *rectissime reponetur, & sensu idoneo, quem margini adnotauimus. Ibidem pro* ἐκείνων τι ἰδὼν ἄλλον, *rectius scribes,* τὰ ἐκείνων ἰδὼν ἄλλον *(cum ceteris) διανέμων.*

350, *p. Pro* τῆς ἀρξάσης τῶν μαχεσαμένων διελέγχεως αὐτῶν, *praestat reponere* διελέγχειν. *Refertur enim ad nomen* ἀρχῶν, *quod praecessit.*

351, *p.* παρ' αὐτοῖς αἰσχρὰς, *rectius* παρ' αὐτοῖς τὰς αἰσχράς. *E geminis enim* τὰς *calligraphus alteram omisit, quod frequens manu exaratis. Ibidem mox.* τὰ Λαπάελα *potius scribenda* Λαπάλια. *Simile quiddam accidisse voci* Palilia, *superius ostensum, ad pag. 234, lib. 43. Dionis, vbi scriptum* Παείλια. *Rursus heic mendum quoddam insigne occurrit, & ab aliis intactum, vbi verba leguntur haec,* ἐν μὲν οὖν τῇ Ῥώμῃ ταῦτ' ἐγίγνετο. καὶ τινὰ καὶ λοιπὰ *(cum ceteris sequentibus)* ᾔδετο. *Quippe vitiosum illud* τινὰ καὶ λοιπὰ, *quum Dio scripserit* τινὰ καὶ λόγια *(adde intermedia)* ᾔδετο. *Nimirum dicere voluit,* oracula quoque nonnulla tum ante, tum post haec, ad euersionem popularis imperii & ipsa tendentia, vulgo fuisse decantata. *Loquitur & alibi eodem modo, & verbis iisdem vtitur. Ibid. f. Ait hoc loco Xylander, quo verba reperiuntur huiusmodi,* εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τε εἰς ἐν ἐνὶ μάχῃ κρινοῦσιν, *non videre se, quid ea possint, hoc est significent. Nimirum prius erant emendanda, quam sensus eorum quaereretur. Ita vero scriptum a Dione paret,* ἔδοξεν *(cum ceteris)* εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τε ἐς νίκην τοι ἡ μάχη κρινοῦνται, καὶ ἵνα ἀναλάβῃ *&c. Sic planissima sententia, quam margo nobis exhibet.*

354, *m. Pro* τῷ Βρούτῳ ἐσφάλθαι, *quod Xylander reddidit* Succubuisse; *Xiphilinus habet* ἐσφάχθαι, iugulatum esse. *melius omnino. Ibidem vitiata sunt haec verba,* ὡς οὐδενὸς ἐπείγοντος (ἄτε μηδενὸς δεινοῦ ὄντος) ὄν, ὑπωπτεῦσθαί τι αὐτοῦ. *Non enim admittunt aures eruditae repetitionē vocularum* ὡς *&* ἄτε, *prorsus idem significantium. Itaque Dionis hanc scripturam probabimus,* ὡς οὐδενὸς ἐπείγοντος, ἄτε δὴ μηδενὸς δεινοῦ ὄντος, ὅπως ὑποπτεύσῃ τι αὐτοῖς, *&c.*

355, *f. Pro* ὑπερπτάμενοι *legitur apud Xiphil.* ὑπερπτάμενοι.

AD LIBRVM XLVIII. DIONIS.

357, *p. Quo loco post libri periochen de consulibus eorum annorum agitur,* Λούκιος Ἀντώνιος Μ. υἱὸς Πιέγας *scribitur. Id* Piegas *Xylander omisit in recensione consulum Latina. Dubitat etiam, quid eo de vocabulo statuendum, quum is L. Antonius apud alios cognomen* Paetas *habuisse legatur. Equidem omni remota dubitatione, tum apud Dionem* Πίετας, *tum apud alios* Pietas *scribendum adfirmo, de causa, quam paullo post ex ipso Dione, me commonstrante, lector intelliget. Ibidem f. Haec verba,* Καίσαρα δὲ τότε τι Λέπιδον, αὐτὸν τε προσοικοῦσαι, *(praecessit* ἀπελέξατο,) *non ignoro equidem posse retineri, quum illud* καλεῖν *Dionium esse, de locis aliis pareat. Nihilominus etiam alicui Dio videri possit vsus verbo* κελεύειν, *quod eque idoneam sententiam reddit, & a Xiphilino heic positum est.*

360, *p. Hic ille locus est, de quo citra dubitationem colligitur, L. Antonio, Marci fratri, cognomen fuisse* Pietas; *non* Piegas, *nec* Paetas. *Ait enim expresse Dio,* διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐσέβειαν, καὶ ἐπωνυμίαν ἑαυτῷ Πίετας *(repono* Πίετας) ἐπέθετο. Propter pietatem, *inquit,* erga Marcum fratrem, indiderat sibi cognomen, vt Pietas diceretur. *Itaque causam non habuit interpres, cur ita potius haec efferret:* Pii quoque cognomen sibi propter suam in fratrem pietatem sumserat. *Ibidem paullo post, pro* τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη διέχοντα, *scribendum* διέποντα, prouincias Asianas administrantem: *non* populos Asianos sub se habentem, *vt interpres vertit ex lectione vitiosa. Rursus ibidem, loco illius,* πλὴν εἴ τις τῶν ἐστρατευμένων ἐν δωρεᾶς μέρει λαβὼν, *reponendum initio,* πλὴν εἴ τι τῶν ἐστρατευμένων *(& cetera)* λαβὼν.

362, *p. Pro* καὶ ἄκων ὑποκατέκλινε, *dico scripsisse Dionem* ὑποκατέκλινε, *quod e triplici praepositione compositum est verbum. Et omnino pertinet huc illud* ἄκων, *vt quiuis facile perspicit.*

363, *m. Contra leges sermonis Graeci legitur heic scriptum illud,* πλὴν γνοὺς αἰτίαν τῆς διαφορᾶς οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ἐκείνοις ἔξειν ἐνόμιζε. *Etenim casu dissident inter se* αὐτὸς *&* ἐκείνοις, *quum conuenire deberent. Ergo fortasse reponendum,* αἰτίαν τῆς διαφορᾶς οὐχ αὑτῷ, ἀλλ' ἐκείνοις ἔξειν ἐνόμιζε. *Retineri tamen etiam potest, obtenta velut inuidia quadam,* οὐκ αὐτὸς ἑαυτῷ, ἀλλ' ἐκείνοις ἔξειν ἐνόμιζε. *Ibidem f. sine vllo sensu legimus heic* βουλὴν καλίγας, *aut* καλίγας, *(quod solum Xylander adtigit) itemque* senatum caligam, *etiam apud Xiphilinum, in versione Latina. Quis enim hoc intelligat, nisi coacta quadam interpretatione? Quapropter reuocanda germana Dionis scriptura,* βουλὴν καλίγων *(adde intersecta)* ὑποκαλοῦντες: *vnde sponte sua manat sensus facilis & verus,* milites illos,

illos, quibus arbitrium causæ commiserat Cæsar, appellatos fuisse ab aduersariis, senatum caligatum, ab vsu caligarum vel subligaculorum militarium. Subligacula *namque Dionis sunt* ὑποδήματα, *non calcei, nec militare vestimentum, vti Xylander reddidit. Ibidem legitur*, ὅτι μηδένα ἄλλον (*adde intermedia*) στρατιώτας τρέφειν, *vbi praestat scribi*, ὅτι μηδένα ἄλλον (& *cetera*) στρατιώτας τρέφειν.

364.f. *Pro* τῶν προσεσφιγμένων *reponendum* προσεψηφισμένων, *ex causa per se manifesta.*

367.m. *Minime quidem integra est in hisce verbis oratio*, πόλεις ὑπηγάγετο, καὶ στρατιώτας τε ἀπ' αὐτῶν (*τῆς Σικελίας πόλεις scilicet*) πλείους, καὶ Κόιντος Κορνουφίκιος ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἔπεμψε. *Ne prolixus sim, videtur ita scripsisse Dio:* πόλεις ὑπηγάγετο, (*nimirum Siculas*) καὶ στρατιώτας τε ἀπ' αὐτῶν πλείους ἔλαβε, καὶ ἄλλους Κόιντος Κορνουφίκιος ἐκ τῆς Ἀφρικῆς ἔπεμψε. *Subiungendum obiter, videri* Κόιντος *rectius scribi, quam* Κόιντος: & Cornuficium *potius dicendum, quam* Cornificium, *ex orthographia neglecta quidem a nostris, at a Græcis obseruata; quibus in hoc genere plurima debemus, vt* Ahenobarbos, Fufios, Mæcenates, Fetiales, Munatios, Calpurnios, Sulpicios, Hirtios, Poplicolas, Cornuficios, & *alios; pro quibus vitiose librarii nostri* Ænobarbos, Fusios, Mecœnates, Faciales, Munacios, Calphurnios, Sulpitios, Hircios, Publicolas, Cornificios, *scripsere.*

369.p. *Pro* καὶ πάντα Λέπιδον, *scribendum* κἂν πάντα. *Ibidem m.* τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀμαλδῦναι, *mutandum in* τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀφελέσθαι. *Nam melius hoc, quam Xylandri* ἀπαλεῖσθαι, *quod* effossum *vertit, aliena quadam significatione. Nostrum illud* ἀφελέσθαι, caput ademptū *denotat. Sic inferius, lib.* 49. *pag.* 401. ἱερωσύνην ἀφελέσθαι, *de* sacerdotio ademto *dixit. Linea sequente*, ὡς καὶ ἐκ πάντα πικάσοντι, *retineri quidem id posse videtur, sed concinnius, meo sane indicio, erit* κάμακας, ὡς καὶ ἐκ πάντα πικάσοντα, προσφέρειν.

373.f. *Pro* τῆς πρὸς ἐκείνους βεβαιώσεως, *scribe* τῆς πρὸς ἐκεῖνον, *scilicet* Sextum Pompeium: *rursus ex* οὔτε τῇ Ἰταλίᾳ ἐπ' ἐκείνοις ἐπικουρησεν *faciundum* δι' ἐκείνους, *videlicet* τοὺς Πάρθους.

374.p. ὅτι καὶ αἰπόλους, *Xiphilino* ἄν τε καὶ αἰπόλους, *recte.*

375.p. κοσμήσαντες, ἔς τε τὰς πανηγύρεις, *mutandum in* κοσμήσαντες, πρός τε πανηγύρεις (*cū ceteris intermediis*) διαφόρους ποιήσαντες.

377.p. *Pro* πλὴν πρὸς ὑπ' αὐτῶν προκαταστ. *scribendum* προσκατέστησε. *Nam dicere vult*, præter vectigalia priora, fuisse noua quædam adhuc instituta. *Sequens autem periodus aliter a me reddita, quam ab interprete, qui temere mutandum* παρ' *in* κατὰ τὸ καθεστηκὸς *adfirmat.*

378.p. *Notandum obiter*, πρὸς τὰ τοῦ χρόνου μέρη, *tantumdem Dioni significare, ac si dixisset*, πρὸς τὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ μέρη, *vel* πρὸς τὰ τῆς ὥρας μέρη, *ad partes anni. Quod quidem nominis* χρόνου *significatum, Græcis recentioribus vsitatissimum est.*

379.p. *Non hæc integra est oratio*, ἰδιῶται παρῆσαν ἀθρόοι, (*sic enim mutandum prius illud*, ἀθρόοι) καὶ ἀχθόμενοι . . . . καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες ἰσχυρῶς. *Quiuis sane videt, vocem* εἰρήνης *vestigium quasi quoddam exhibere nobis alterius, quæ periit: vt hæc plena Dionis scriptura sit*, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πολέμῳ, καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες.

380.m. *Pro* οὕτω μὲν οὖν ὁ πόλεμος, *scribendum* οὕτως μὲν αὐτοῖς ὁ πόλεμος ἀπεβλήθη. *Ibidem f. pro* μηδὲ ἐς χεῖρας οἱ ὑπομείναντες τὸ ἴδιον ἐξιέναι, *vel restituendum illius* τοῦδε *loco*, *verbum* ἐλθεῖν: *vel ita scribendum*, ἐς χεῖρας οἱ ὑπομείναντες ἐλθεῖν, τοῦδε ἐξιέναι.

383.m. *Pro* ταῦτά τε εἰπόντων, *scribe* ταῦτά τι εἰπόντων, *vt significes* eadem.

384.p. *quod apud Dionem legitur*, συνοικοῦσα γὰρ ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, *rectius apud Xiphilinum est*, συνοικοῦσα γὰρ ἤδη τῷ Καίσαρι, quum iam Cæsaris vxor esset. *Ibidem f. in his verbis*, τῶν ἀεὶ τὴν Γῆν ἐπικαταστάντων αὐτῷ, *non de Xylandri sententia dumtaxat illud* ἀεὶ τὴν Γῆν *mutandum in* ἀεὶ τὴν Τίγγιν: *sed potius &* ἀεὶ τὴν Τίγγιν *scribendum, & pro sequentibus* ἐπικαταστάντων αὐτῷ, *reponendum* ἐπαναστάντων αὐτῷ, *quemadmodum scripsisse Dionem, liquido paret. Quinetiam interpres ipse sic Dionis verba reddidit imprudens. Nam alioqui dicere debuisset, lectione priori salua*: Interimque consurgentibus in eum Tingitanis.

387.m. χρήματα παρά τε τῶν πολιτικῶν, καὶ παρὰ τῶν συμμάχων, *potius scribendum* παρά τε τῶν πολιτῶν, & *cet. Rursus ibidem f. pro* καὶ ἐκποιῆσαι ἐξαρκέσαι τε τὸ ναυτικόν, *rectius fuerit* ἐκποιῆσαι, *nisi fallor.*

389.p. *Pro* πυρὸς ἐμφερὴς ὤν, *legitur apud Xiphilinum* ἐμφερὴς οἷον ὤν. *Vnde vera lectio colligitur*, ἐμφερὴς οἷον ὤν.

390.p. *Hæc verba*, λόγος γε ἔχει, καὶ τῶν κακούργων τινὰς ἐς αὐτὸ τὸ θέατρον προσωπεῖοις, ὡς καὶ ὑποκειμένους τι, ἐπελθόντας συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα, *sine dubio vitiata sunt in vocabulo* κακούργων, & *in extremo quid amiserunt. Nec enim ita Græci loquuntur*, λόγος ἔχει τινὰς συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα, *sed* τινὰς συγκαταβεβληκέναι τὰ χρήματα. *Et quid eis opus erat, vt in theatro personati pecuniam conferrent? Si nesciri volebant hoc, sane pecuniam conferre clā poterant, extra theatrum, omni absque periculo. Prorsus etiam absurdum, homines flagitiosos tantam virtutis in* Oppio *rationem habuisse, cui flagitiosos videmus infestos esse solere. Quapropter equidem primum puto, pro* κακούργων, *vocabulum* πανούργων, *reponendum: posteriora vero sic emendanda; vt scribamus*, ἐπελθόντας πᾶσαν συγκαταβάλλειν τὰ χρήματα. *Sic integritati sua verba cum sensu restituta videmus, quem tibi margo versionis exhibet. Addo pro voce* πανούργων *heic retinenda, nonnunquā ea significari* γελωτοποιούς, *cuiusmodi erant histriones & illi personati, quorum heic mentio. Eodem & illa Aeschylea videntur adludere:* Ναῦται δὲ σιγῶσι καὶ πανουργία τι. *Noti namque sales & iocularia nautarū. Ibidem linea penultima, pro* ἀπολαῦσαι αὐτῆς, *repone* ἀπολαῦσαι αὐτόν, *scilicet* Antonium, *vt ipsa loci verba manifeste testantur.*

AD LIBRVM XLIX. DIONIS.

393.f. *In hisce verbis*, διὰ τὸ τὸν χρόνον καὶ αἰχμάλωτα ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο, *scio defendi* χρόνον *posse; sed caueri nequit tamen, quin durinscula sit oratio. Præstabit igitur ita scribi*, διὰ τὸ τὸν χρόνον καὶ αἰχμάλωτα ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο, *vel etiam ingrata vocum traiectione mutata*, διὰ τὸ καὶ αἰχμάλωτα χρόνον ἐπὶ πλεῖστον ἠγωνίσαντο, *quod aures delicata libentius admittent.*

394.m. *pro* δυοῖν οὖν παρῆσαν, *rectius apud Xiphilinum legitur*, δύο οὖν παρῆσαν.

395.m. *Membrum hoc*, ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο, *Xylander omnino cum præcedentibus cohærere negat. Id equidem verum esse non infitior, si præcedentia relinquantur inemendata, nimirum hæc*, καὶ αὐτῷ προσβαλόντες καὶ ἐπὶ τοὺς καὶ ψιλοὶ πέμψαντες, (*adde intermedia*) ἄποροι δεινῶς ἐγίγνοντο. *At vero si scriptura vitiosa suam ad integritatem hoc modo reducatur*, καὶ οἱ αὐτῷ προσέβαλον καὶ ἱππεῖς

καὶ ψιλοὶ πόρρωθεν, ἄπορος δεινῶς ἐγένοντο· *nihil amplius auctoris sententiae deest, & significatū proprium vox ἄπορος retinet, ad ipsum Cornuficium, & milites eius simul referenda; non ad hostes, vti putabat Xylander.*

398, m. *Illud* μάτι τοῖς προσχωροῦσί τι, *vitiatum est dubio procul in* προσχωροῦσί τι: *quod equidem fuisse scriptum a Dione puto,* προσχεδοῖ τι, *sensu aperto.*

399, p. *Pro* καὶ προσόντας ἐς αὐτὸν ἐκκαλοῦντα, *rectius scribetur,* προσιόντας ἐς αὐτὸν *& cet.*

400, m. *In hisce verbis,* τὸ σίφωνα τὸ διάφραγμα * ἐκείνοις *&c. quo tollere possis asteriscum, scribe* τὸ σίφωνα τὸ διάφραγμα φέροντα, ὅκ... πάντη τοῦ ναυτικοῦ χρῶσι. *Sic enim locus integer erit. Ibidem f. pro* καὶ τὰ ἐφ' ἵππους ἐπιλάσαι, *reponendum* ἐφ' ἵππου ἐπιλάσαι.

401. m. *Quum Xylander* Σπηλαίῳ *mutandum ait in* Παλατίῳ, *dicit aliquid. Dissimulare tamen non debeo, magis adhuc integram fore lectionem, si* ἐν τῷ Παλατίῳ *scribatur, videlicet* ὄρει, *qua vox subintelligi solet, ac elegantis* ἐλλείψεως *causa non exprimi. Loca Dionis huic similia lector hec habeat. Libro 53 pag. 507.* ἐν τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει. *Non dubito, scripsisse Dionem,* ἐν τῷ Παλατίῳ *(vel* Παλατίνῳ*)* ὁ Καῖσαρ ᾤκει. *Rursus eodem libro, pag. 515. f. quum legitur,* ἡ οἰκία ἡ ἐν τῷ Παλατίῳ ὄρει, *magis euidenter etiam paret,* ἐν τῷ Παλατίῳ ὄρει *scribendum. Quippe nemo* Παλάτιον ὄρος *vmquam dixit. At* Παλατῖνον ὄρος σύμπαν *expresse legitur in Nerone Dionis, lib. 62. pag. 709, m. Alibi etiā* Παλατῖνον *reperitur. Ceterum magis heic corruptus est locus alius, ibidem p. 401, in hisce verbis,* Μεσσάλας τε Οὐαλέριος, ὃς πρότερον ἐν ταῖς προγραφαῖς ἐπὶ θανάτῳ ἦν. *Xylander* πρότερον *mutandum censet in* πρόσθεν, *ego potius in* πρὸ τοῦ. Antonii *vero nomen siue de sententia Xylandri quis addat ex superioribus lib. 47. pag. 333, f. vbi dicitur* ab Antonio Messala morti addictus, *siue non addat, parum refert: quandoquidem proscriptus ab vno de tribus illis viris, etiam a reliquis duobus consensu tacito neci destinatus videbatur.*

402, p. *Pro* διαβαλὼν ἐπὶ Κίρκηνον, *scribendum* διαβαλὼν. *Id enim est* traiicere.

404, p. *Quod inest hisce verbis vitium,* οὔτ' αὖ διάβασιν αὐτοῖς ἐπέθετο, *sic emendandum putat Xylander, vt* κατὰ *praepositionem, & articulum* τὴν *addat,* οὔτ' αὖ κατὰ τὴν διάβασιν. *Mihi simplicior ratio corrigendi videtur, si nihil inferatur, absque causa euidenti. Fiet autem illud hoc modo:* οὔτ' αὖ διαβᾶσιν αὐτοῖς ἐπέθετο. *Quilibet ista recte coniungi videt,* οὔτε διαβαίνουσιν, οὔτε διαβᾶσιν ἐπέθετο, nec traiicientes, nec traiectos inuasit. *At alterū* ταυτολογίαν *quamdam habet,* non prohibere transitu, & in transitu non adoriri.

406, m. *Non recte scripta leguntur ista,* τῶν μὲν ἐπὶ τῷ Λαγείτου καὶ ἐπὶ τῷ Γάλλου ἐπιστατησάντων ἐγένετο. *Triplex autem modus emendandi, vel vt scribatur,* τῶν μὲν τοῦ Λαγείτου καὶ τοῦ Γάλλου ἐπιστατησάντων ἐγένετο: *vel,* τῶν μὲν τοῦ Λαγείτου καὶ τοῦ Γάλλου ἐπιστατησάντων ἐγένετο: *vel denique,* τῶν μὲν ἐπὶ τοῦ Λαγείτου καὶ ἐπὶ τοῦ Γάλλου ἐπιστάτου ἐγένετο: *quod equidem ceteris praefero. Paullo post, pro* ἅμα τε καὶ πρὸς, *reponendum* καὶ ἅμα τε, καὶ πρὸς Ῥωμαίων πόλεις.

408, m. *Pro* τὸ νεωρὸν τοῦ τείχου φάναι, *rectius legitur in manuscriptis Sylburgii, de legationibus,* τὴν νεωρὸν τοῦ τείχου φάναι. *Ibidem f. Haec inclusa parenthesi verba,* καὶ ἐπεὶ μηδὲ ὁδὸν (ἐπὶ γὰρ ἄλλου ὑποχειρίῳ σφίσι πανταχοῦ νομίζοντες) διεχρήσαντο, *nemo non animaduertit a Dione sic non fuisse scripta. Quippe Graeci sermonis proprietas requirebat, vt diceretur,* ἐπὶ γὰρ ἄλλου ὑποχειρίους σφίσι πανταχοῦ νομίζοντες. *Ego vero ne temere quid mutem, sic scripsisse Dionem arbitror:* καὶ ἐπεὶ μηδὲ ὁδὸν, ἐπὶ γὰρ ἄλλου ὑποχειρίους σφίσι πανταχοῦ νομίζοντες, διεχρήσαντο *& cetera.*

412 p. *Pro* τοῖς τῶν ἀφικομένων τι ἐκεῖσε, καὶ μηδὲν λαμβάνων, *rectius scribes,* τοῖς τῶν ἀφικομένων, ὅτι ἐκεῖσε, καὶ μηδὲν *& cetera. Quaquidem exigua mutatione saluū consultum sententiae loci, quam Xylander non est adsecutus, vti colliges ex notatis ad marginem.*

AD LIBRVM L DIONIS.

421, f. *Non sine mutatione scriptura Dionis legi arbitror,* ἐκ μαγγανείας τινὸς γεγονέναι ἔδοξεν, *idque sic restituendum, vt scribas,* ἐκ μαγείας τινὸς γεγονέναι. *Atque hoc a me non abs re dici, vel hinc probo. Paullo post, in oratione Caesaris ad milites suos, pag. 435, p. eiusdem rei mentionem fieri videmus, his verbis:* ὑπ' ἐκείνης τῆς γυναικὸς μεμαγγάνευται, Antonius detestabilis illius mulieris incantamentis est circumuentus. μεμάγευται *dicit, non* μεμαγγάνευται· *quo sane quum Dio non vsus sit,* μαγγανείας *etiam vox admitti pro Dionia vix poterit. Nec id tantum hoc loco irrepsit, sed etiam lib. 60. pag. 661. Scio, quid ex Hesychio, Suida, & aliis, in contrarium adferri possit: sed Dionis ego voces ex ipso Dione adgnosco.*

424, p. *Mouet quidem Xylander,* τὰς ναῦς τὰς προπλωτικὰς *videri potius adpellandas* προπλωτικάς, *sed in ipsa interpretatione sua vocabulum omittit. Ego* προπλωτικάς, naues actuarias *esse, notaui ad marginem. Dicitur enim* πρόπλοος, *&* ἐπακτρίς, eiusmodi nauis; quae simul & remis, & velis vtitur. *Cuiusmodi sunt* actuariae, *quae speculādi & explorandi causa naues alias praecedere solent, vnde dicta* προπλωτικαί.

429, m. *Haec verba nonnihil etiam Xylandri confessione mutila sunt,* ἐξ ὧν τὸ μὲν, τὸ ῥαδίως τὸ μὴ δεδιέναι, τὸ δὲ, τὸ μὴ προχείρως .... ἐθέλομαι. *Putat autem vel ita suppleri posse,* τὸ μὴ προχείρως θαρρεῖν: *quod repetitum statim e praecedentibus, habere locum nequit. Dixerat enim,* ἐφοβήθην, ἐθάρρησα. *Nec Dio scripsisset,* ἐκ τοῦ παρόντος ἐθέλομαι μὴ προχείρως θαρρεῖν. *Vel* διακινδυνεύειν *abesse coniicit, quod itidem neque praecedentibus, neque subiectis respondet, adeoque nihil habet simile cum vllo heic posito verbo. Dum vero proxime sequentia considero,* τὸ πάσχειν, ἐθέλω· *& quae his opponuntur,* μὴ ὑπομένειν, *& μὴ* ἀφρονεῖν: *animaduertere videor in hoc* ἀφρονεῖν *vestigium aliquod amissi superius verbi, quod et significatu sit adfine, sicut* ὑπομένειν *illi prius posito* δεδιέναι *quodam modo respondet. Id vero fuerit reabse, meo quidem iudicio,* ἐπαίρεσθαι: *quod cum* ἀφρονεῖν *propemodum est, & huc quam aptissime videtur quadrare, modo recte singula ponderentur:* ἐξ ὧν τὸ μὲν, τὸ ῥαδίως τὸ μὴ δεδιέναι· τὸ δὲ, τὸ μὴ προχείρως ἐπαίρεσθαι, ἐθέλομαι. *ne dicam, verbis his inesse similitudinis aliquid, quae plane nulla Xylandreis prius indicatū est cum* ἐθέλομαι. *Dixi, quod sentio. scopum adtigerim, nec ne, iudicent acutiores.*

431, m. *Nec interpres, nec Stephanus hunc locum,* φιλανθρωπεύσονται τοῖς νικήσασι, οἱ καὶ πρὶν κεκρατηκότες *integritati suae restituerunt, quam habiturus est, si legatur,* φιλανθρωπεύσονταί τε νικήσαντες, οἱ καὶ πρὶν κεκρατηκότες.

433, p. *Pro his,* πεζήρεις δὲ καὶ διήρεις, *plenius apud Xiphilinum legitur,* τριήρεις δὲ καὶ πεντήρεις, καὶ διήρεις.

438, p. *Quo loco legitur in Graeco* χάλαζαν πολλὴν, *Xylander* multam grandinem *vertit. Hoc si non fecit incogitanter,*

gitanter, aut si veterem secutus est interpretem, utrique Dio scripsisse videtur χάλαζα πυκνή.

419, p. *Pro* καὶ τὰ πλείω τούτων ... *melius legis ex epitome Xiphilini*, καὶ τὰ ... *(adde intermedia)* ἐργασάμενοι, *existimauit interpres. At quis horum sensus obsecro? nequit is certe de verbis interpretis percipi, quæ diuersum aliquid sonant. Ergo sic corrigenda potius hæc*, καὶ τὰ ... τούτων ... *de quibus iam sententia marginis adscripta erat.*

AD LIBRVM LI DIONIS.

444, m. *Nullum vidit Xylander in hisce verbis vitium*, ... ἐν τῷ τεταγμένῳ ... *quoque non ita reddidit, vt sonant. Scribe sal* ... ἐν τῷ τεταγμένῳ ... *ac Dionis sententiam cum scriptura dubio procul adsequeris. Ait enim,* milites etiam illos, quotquot inter gregarios esse adhuc merebant, partim a ducibus inhibitos, potissimum vero spe diuitiarum illectos Ægyptiacarum, a rebus nouis abstinuisse. *Addendum obiter*, ἐν τῷ τεταγμένῳ ... *significare* milites gregarios, *tam heic, quam alibi; quod interpres haud animaduertit. Exempla lector alia hæc habeat. Libro 41, pag. 82, v. vlt.* ... *vbi reddit Xylander*, ex delectu militantes. *At* gregarios *dicere debuit. Item lib. 42, pag. 481, m.* ... ἐν τῷ τεταγμένῳ ... *vbi prorsus illa*, ἐν τῷ τεταγμένῳ, *præterit; tantum* stipendia merentes *exponens; quum dicere debuerit* milites, qui meruerint inter gregarios. *Dicunt etiam* ... *Græci quidam* ... *pro* gregariis, *qui & ... Ibidem inferius proxime* ... *rectius apud Xiphilinum legitur*, ... *scilicet* ... *quod præcessit.*

447, m. *Adpositum vides asteriscum hisce verbis*, ... *Stephanus & Xylander adiecto* ... *locum supplent. Ego simplicius*, ... *(non vt illi* ... *) cum reliquis. Sic asterisco non amplius erit locus.*

456, m. *Existimauit Xylander in his verbis*, ... Κλεοπάτρας ... *scribi rectius* ... *idemque faciundum pag. seq. princ. Vt pro* ... Αἰγυπτίων, *reponatur* ... *Sed ita superius etiam locutum Dionem, haud obseruarat. Vnus nobis locus sufficiat e libro 43. pag. 221, m.* ... Γαλατῶν, καὶ ... Αἰγύπτου ... *(cum ceteris interiectis)* ... *Nullum heic* ... *reperitur ante* ... Γαλατῶν, *vel* ... *quod in* ... *mutari possit.*

459, m. *Pro* ... Κλεοπάτρας καὶ ... Σελήνης, *scribendum necessario* ... Κλεοπάτρας, ... καὶ Σελήνης, *quum diuersus sit horum sensus.*

460, p. *Vltimum in his de Rhinocerote* ... *mutandum in* ... *sensu manifesto.*

461, m. *Vitium non leue relictum heic ab aliis ante nos, in illis;* καὶ περὶ τοῦ Κέδρου τοῦ ... *Scribendum enim* ... *quo fluuius nobilis hodie* ... *dictus in regionibus illis reperitur,* Cedrus *autem nullus. Hoc* ... *ipse regionum earum, adfirmare pro certo possum. Ibidem f. Legitur heic Bastarnarum regis* Deldonis *nomen, corruptum ex* Daddone. *Non enim* Δίλδωνα, *sed* Δάδδωνα *scribendum aio. Præbuit occasionem voci corrumpendæ similitudo litteræ* Λ *cum* Δ, *quæ hac figura pinguntur a Græcis etiam in litteris non capitalibus, vt vocant, sed minutis. Idē factū lib. 56, pag. 580, m. in verbo* ..., *quod illic vitiatum ex* ... *reperitur: & libro 47. pag. 347. legebatur antea* Δ... Σίξαι, *qui verius* ... Σάξαι *adpellandus est. Et his* Bastarnæ *natio quadam erant Germanica: quod nomen ipsum prodit, sicut &* Getæ, *postea* Gothi *nominati.* Deddonis *siue* Dedonis *nomen adgnoscunt Germani, quemadmodum &* ... *quod statim heic sequitur, Cj* ... *regi tributum. Est enim illud* Rolo, *quod Francorum in historiis toties inuenitur, contractum ex* Rodolfo, *Gallis hodieque* Raoul, *Saxonibus* Roleu, *siue* Rolef.

AD LIBRVM LII DIONIS.

468, f. *Pro* τῷ δὲ ... τῆς μοναρχίας ... *legendum vel* ... μοναρχ... *vel* ... μοναρχίας ... *&c.*

469, p. *Xylander & Stephanus in hisce verbis*, ... *retinuerunt illud* ... *cum* ... *se tentarum alio detorsit interpres quæ planissima est atque offert*, ... *idque referas ad* ... *Augustum*, ...

47 , p. *Pro* ... καλὰ καὶ χρήσιμα, *scribendum* ... *(scilicet* ... *ex superioribus)* ... καὶ καλὰ *&c.*

475, p. ... καὶ μεγάλην ... ὄχλον, *mutandum in* ... *Melius hoc, quam si* καὶ *deleatur ante* μεγάλην *& oratio reddatur* ...

478, f. *Pro* καὶ ... *repone* ... δυναστείαν.

479, p. ... *scribendum integrius* ... τὰς πόλεις.

48 , p. *Vbi legitur*, ... *Xylander vocem* ... *aperte mendosam* ... *incertum. Reddidit etiam pro ea* lem, rem bellicam: *nullo iam, meo quidem indicio, ratione. Nam Dio* ... *scripsit, &* castella munita *intelligit, in quibus militum præsidia collocantur: quæ quæ nunc* ... *dicit, paullo ante* χειμάδια *vocauit,* hiberna *scilicet* militum, *quæ munitionibus suis numquam carent.*

487, p. *Illa verba*, ... *sic in medio mutanda sunt, vt scribatur*, ... *Vt* ... *(verba* ... *) præcedit) coniunguntur. Licebit etiam*, ... *scribas eodem sensu.*

49 , p. *Non recte scriptum hoc*, ... *&c mutari debet in* ... *Coniungenda namque*, ...

492, p. *Pro* ... *scribendum in extremo* ... *vt fortuna non generaliter, sed ipsius intelligatur Augusti.*

494, p. *Illa verba*, ... *ita reddidit interpres*, Vicies quidem imperator dictus. *Pror sus hoc extra* ... *Non enim ea mens Dionis, sed ait* Augustum ita nomen imperatoris accepisse, vt etiam ipsius imagines nomen imperatoris præferant. *Nam quod interpres reddit, sic Græce Dio extulisset:* ... *quod tamen ipsum vix equidem verum de Augusto crediderim.*

AD LIBRVM LIII DIONIS.

Quæ legebantur initio libri verba, τότε μὲν ...

τῷ ἔτει, quum libri præcedentis conclusio sint, suo loco restitui. Xylander autem ea prorsus & in fine præcedentis & huius initio reliquit suo quodam modo. Solet enim plurimis in locis ab auctore scripta quædam omittere, quasi superuacanea, & indigna, quæ interpretetur: vti toto lector opere perspiciet eadem a me adiecta, qui vix eiusmodi licentiam probare possum; licet haud ignorem, quibus rationibus nitatur & excusetur.

500, m. Loco illius οὐδ' ἀναγκαζόμενοι προσείμεθα, repone προσίεμεθα. Id enim est, non coactum dimittere: quum alterum illud sit admittere vel adpetere, sensu plane contrario.

506, m Pro ἐς γὰρ τὸ, repone καὶ γὰρ τὸ. sic exigente loci sententia.

507. p. Pro διαιτητείαν διαδοχῆ rectius apud Xiphilinũ διαιτητειδῶν διαδοχῆ. Ibidem pro ἐν τῷ τῷ παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει, rectius scribi ἐν τῷ Παλατίνῳ, vel Παλατίῳ, superius ostensum. Rursus pagina hac inferius, quo loco leguntur hæc ὥσπερ τινα αὐτὸν, καὶ τὸ σκιάζεσθαι, desunt posteriora, καὶ τὸ σκιάζεσθαι, in libro Xiphilini. recte. Nam irrepserunt e glossa cuiusdam. Ibidem aliquot asterisci sunt, qui denotant, aliquid abesse. Priorem locum ita posse suppleri, arbitror equidem: ἐκ δὲ αὐτῶν ἡ ἀκριβὴς μοναρχία τῶν ῥωμαίων ἀρχὴν ἔσχε. μοναρχία γὰρ & cetera. Nec dubito sic a Dione scriptum fuisse. Sequitur, τὸ μὲν γὰρ ὄνομα αὐτὸ, in quo potius τὸ μὲν γοῦν ὄνομα αὐτὸ legemus. Et frequenter illa γὰρ & γοῦν, apud Dionem inter se permutata, sæpius indicatum. Rursus ibidem statim, ἐς αὐτὰς αἰχμαλώτων, existimem rectius scribi, ἐς αὐτὰς νῦν αἰχμαλώτων. Quippe νῦν præteritum videtur, ob similitudinẽ cum syllaba prima in sequenti αἰχμαλώτων. Accedamus ad alterum locum mutilum, sic notatum asterisco, ἐν νῦν * τὰ τῶν τιμητῶν καθίστανται. Quid ab aliis dictum, omitto. Mea quidem opinione sic restitui possit: ἐν νῦν ἔτι, πλὴν τὰ τῶν τιμητῶν, καθίστανται· διάγεται δὲ, cum ceteris. Sunt autem hæ coniecturæ, quæ manuscriptorum auctoritatem desiderant.

509. p. In his verbis, πάσας δὲ τὰς πολιτείας ἰσχὺν μεταβεβλήκασι, apud Xiphilinum pro τὰς πολιτείας reperitur scriptum τῆς βασιλείας ἰσχύν. Sensus autem huiusmodi fuerit. Ad hunc modum ex his reipublicæ popularis nominibus omnem regni potestatem accipiunt: adeoque regibus etiam propria, si quæ sunt, extra ipsius adpellationis inuidiam habent. Ibidem m. pro πολιτεία οὕτω ποτὲ, Xiphilinus recte legit πολιτεία οὔτε ποτέ. Rursus ib. f. pro δι' ἀπορρήτων γίγνεσθαι ἤρξατο, rectius δι' ἀπορρήτου apud eumdem.

510. p. Hæc verba, ἐν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, ἐ δὲ ἔξω τῆς ὑπηκόου αὐτῆς πολλά, plenius scripta reperiuntur apud Xiphilinum; ἔν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, ἐ ἔξω ταύτης πολλὰ τῇ ὑπηκόῳ. hoc est, Etenim permulta cottidie Romæ (vel in vrbe) multa extra Romam, & cet. Ibidem mox, ὡς ἴσον ἐνδέχεται, melius apud eumdem, ἴσον ἐνδέχεται.

510, m. pro illis, ὃ μὴ ἐ ὀκνήσω εὑρίσκει, scripsit Xiphilinus, ὃ μὴ ἐ ὀκνήσω εὑρίσκει. Sæpius quidem ita Dio loquitur.

515 f. Etiam his, τῷ μὲν Μεσσάλᾳ ἀργύριον ἐχαρίσατο, Messalam argento donauit, præferenda videtur Xiphilini lectio, τῷ μὲν Μεσσάλᾳ ἄλλην οἰκίαν ἐχαρίσατο. Messalæ domum aliam dedit. Ibidem statim sequitur, τὸν δὲ Ἀγρίππαν [ὁ Αὔγουστος] συνῴκισεν ἑαυτῷ, quod sic reddidit interpres; Agrippam [Augustus] in suam domum ad se recepit. Non ea mens Dionis erat, sed dicere volebat, Augustum communem Agrippæ cum Messala domum, a Messala redemisse; quo solus eam incolens Agrippa, vicinus Augusti efficeretur, ob ædium coniunctionem. quæ proprie συνοικία est, ceu paret ex sequenti libro, pag. 515, m. vbi verba leguntur istæc. οἱ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάσσοντες, qui noctu vicinas inuicem domos custodiunt. Itaque τὸ Ἀγρίππαν συνοικεῖν ἑαυτῷ, nihil est aliud, quam; Agrippam sibi vicinũ fecit.

516, f. Loco mutilo remedium de manu exdraũ petendum. Quod autem statim sequitur, ἐ ἄλλη τις στρατιὰ καινή, rectius scribetur ἄλλη τις στρατεία καινή. Non enim exercitum nouum, qui στρατιὰ καινή est, sed nouam expeditionem, quæ καινὴ στρατεία est, narrat instituturum Dio. Sæpissime vero voces hæ permutatæ vetustis in libris reperiuntur. Ibidem pro πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ σώματος, legitur apud Xiphilinum, τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος, pẽr omnes alias corporis partes. Incertum, ita ne scriptum inuenerit; an Dionem voluerit explanare.

AD LIBRVM LIV DIONIS.

523, p. Hunc locum fatetur Xylander se non intelligere; ei μὴ ἐ ὅτι δίκη τις ἐ ψηφισθεῖσα ἐδέδοτο ἐ ἐψηφισμένη, & integrum esse negat, vere quidem hoc dicens. Nec reddi poterat, nisi prius emendatum. Sic autem corrigetur, ἄχρι ἐ ὅτι δίκη τινὰ καὶ ψηφισθεῖσαν ἐδέδοτο, ἐ ἐψήφισμα. Sensus autem commodissimus ad libri marginem adiectus.

524 p. pro τὸ βασίλειον ἀπήλαυε, plenius aliquantulum Xiphilinus, τὸ βασίλειον αὐτὸ ἀπήλαυε.

525, m. Hæc Dionis. Λακεδαιμονίους τῇ τε Κυθήροις (malim Κυθήροις) καὶ τῇ συσσιτίᾳ ἐτίμησεν, ita reddidit interpres: Lacedæmonios Cytheris donauit, conuictuque suo honorauit. Pro συσσιτία dixit conuictum suum, hoc est Augusti; quasi Lacedæmonios conuiuiis & mensa sua adhibuerit, dum illic ageret. Exiguum vero beneficium id fuisset, & exigui temporis. Itaque rectius dicemus, Augustum instituisse pro Lacedæmoniis epulas publicas, & ad eas sumtum contulisse; quod vere dignum erat opus Augusti magnificentia. Nimirum hoc reabse συσσιτία vocabatur, vt etiam de Polluce colligitur. Simile quiddam est συσσίτιον, sed potius ea voce Dioni conuiuia denotantur. exempli gratia, statim ab initio libri huius ait, pag. 522. p. τῶν συσσιτίων τὰ μὲν παντελῶς κατέλυσε, τὰ δὲ ἐς τὸ σωφρονέστερον προσήγαγε, Conuiuia quædam protinus sustulit, quædam ad frugalitatẽ contraxit. Vbi tamen si quis accipere conuiuia publica velit, non admodum refragabor. Xylandri quidem interpretatio non admittenda, qui dixit, alia collegia sublata prorsus, alia correcta. Ibidem f. pro his, τὰ τε μνημεῖα αὐτοῦ, scripsit eclogarum auctor, τὰ τε μνημεῖα τοῦ Καίσαρος.

526, m. His verbis, τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ διώκεσθαι, deesse quiddam putat interpres, ad exprimendam integram sententiam; idque dicit esse συγχώρημα, aut aliud tale. Considerandum vero prius erat, an non id verbũ, quod abesse indicabat, inter hæc alicubi vitiatum lateret. Quod si fecisset accurate, reperisset εἴα, quod illi διώκεσθαι transpositis literis inest: vt omnino fuisse scriptum a Dione fateamur, τῷ πατρίῳ σφίσι τρόπῳ εἴα ἄρχεσθαι. Sic illo συγχώρημα non opus esse videmus.

527, m. Corrupte legitur, ὑπάτευε μὲν δὴ ἐν τῷ ἔτει ὁ Γαῖος Σίλανος. Nullus enim in his sensus integer. Itaque si pro ἐν τῷ ἔτει ὁ scribas ἐν τῷ ἔτει ἐχομένῳ, salua erunt omnia. nisi quis ἑπομένῳ malit, quod ego non probo.

528, p. pro τὰ μὲν ἄλλα ὡς ἄν τι καὶ ὡς ἀναγκαῖα ἔδειξαν, quærenda

renda scriptura integrior, quum illud ὡς ἂν tolerari nequeat, ob tautologiam. Erit autem hæc, τὰ μὲν ἄλλα, ὅσοί γε ἀναγκαῖαι ἔδοξαν.

531,m. Illac, ὅτι ἰδία γνώμη ἐκείνη ἐγίγνετο; præstat ita scribi, ὅτι ἰδία γνώμη ἐκείνου ἐγίγνετο, sensu margini adiecto. Ibidem legitur, ἀνδρὶ ὅς ἐν σοὶ ἀρχιερίων ἐν τῷ νῦν ἱερωσύνας ὄντα. non recte quidem. Nam aut, ὅς ἐν τῷ ἀρχιερίων (cum interiectis) ἱερωσύνας ὄντα, reponendum: aut potius, ὅς ἐν ἀρχιερία ἱερωσύνας ὄντα, quod mihi probatur. Quippe Græcis ἱερεῖς vel ἀρχίερεις, pro ἱερεὺς vel ἀρχιερεύς, dici non puto.

534,p. Paret e versione, non legisse Xylandrum, αὖθις ἐπέλεσε, rursus miserat; sed αὐθὶς ἐπέλεσε, quum interpretetur, statim miserat. Itidem paullo post, διὰ τὰ ἄλλα τὰ προγενόμενα, quæ tum præterea accidere, dixit. Atqui προγενόμενα sunt ea, quæ iam ante acciderunt. Itaque vertit, ac si scriptum reperisset προσγενόμενα. Sequitur ibidem, interiecta linea duntaxat vna, ἐν μόρμηκες πέρρω τῆς ἀγορᾶς συνετράφησαν, vbi negatio deest, οὐ πόρρω τῆς ἀγορᾶς, non procul a foro.

535,p. Quum ait Dio, ἐκ τῆς Ῥήνου διαβάντες, τήν τε Γερμανίαν ἐκ τῆς Γαλατίας ἐλεηλάτησαν, Rheno transmisso ex Germania Galliaque prædas egerant: male τήν τε Γερμανίαν Xylander insertum putat, & inducendum omnino indicauit ex ea causa, quod trans Rhenum Germania tum nulla fuerit. Habere locum id quidem videtur, si Augusti tempora consideres. At vero dixerit hoc fortassis auctor noster, sui respectu temporis; quo iam se trans Rhenum Germania procul dubio porrigebat, præsertim inferior. Quis Agrippinam coloniam ignorat trans Rhenum semper fuisse sitam, non in ripa citeriore Germanica? De hac tamen audi, quid Paulus iurisconsultus in titulo Pandectarū de cēsibus [l. vlt.] memoriæ prodat, plane coætaneus Dionis. Verba sunt eius hæc, In Germania inferiore Agrippinenses Italici sunt iuris. Relinquamus igitur hoc loco scripturam, non temere reiiciendam, absque veterum codicum auctoritate. Ibidem f. Male scriptum apud Dionem, παραγενομένη αὐτοῖς ποινῆς, atque omnino reponendum e Xiphilino, παραγαγόντα τοῖς μιλῶσι ποινῆς. Ibidem τὰ μὲν ἀγανακτήσεις, rectius apud eundē, τὰ μὲν συναγανακτήσει, partim communem cum ipsis indignationem & cetera.

536,p. Pro συμνεῖν πεποιημένα, scribendum συμπεπονημένα. Nam prius illud est a νέμω, posterius a νέω, sæpiusque Dio quū alibi hoc verbo est vsus, tum libro 39, pag. 96, f. vbi quomodo itidem corrupte legatur, & emendandum sit, ostendimus.

541,p. Occurrit heic rursus id vitium, quod paullo ante adtigimus. Quippe non scribendum, ὅτι τὴν ἀρχίερεων, sed ὅτι τὴν ἀρχιερία ἐς κοινὸν πάντας οἰκεῖν ἐχρῆν. & pag. hac ipsa inferius pro τῷ ἀρχιερέω, potius τῷ ἀρχιερεῖ. Sic alibi semper Dio loquitur. Nec dici potest, Atticum esse ἀρχίερεως, pro ἀρχιερεύς. Non enim ἀρχίερεως Græcum est, vt quemadmodum Μενέλαος Atticis est Μενέλεως, etiam iisdem ἀρχίερεως fiat ex ἀρχίερεος. Sequitur ibidem statim mentio τοῦ βασιλέως τῶν ἱερέων. Sic enim scribitur, & interpres eamdem scripturam sequens, regem sacrificulum dixit, seu regem sacrificulorum. Atqui scribendum erat, τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν, & pro eo reddendus rex sacrorum, notus Romanis, regem sacrificulum ignorantibus.

774.p. In iis, quæ hoc inseruimus loco ex Dionis Theodosii reliquiis, notandum Zermizegethusæ nomē, quod toties & antiquis in nummis, & aliis monumentis reperitur, sed non integre scriptum, SARMIS, aut rectius paullo SARMIZ. Exempla lubet adscribere. Ruinæ supersunt adhuc apud Dacos opidi veteris, quod Vngari nunc lingua sua Warhel nominant, id est, locum castrorum. Vides heic quoque dici de Traiano, τὸ στρατόπεδον ἐν Ζιρμιζεγεθούσῃ καταλιπών, castris ad Zermizegethusā relictis. Ergo Traiani castra per illud Warhel per illū locum castrorum intelliguntur. Illo loco Traiani castrorum, vel ad Zermizegethusam, monumentum hoc reperitur:

DEO HERCVLI
PRO SALVTE IMP
DIVI TRAIANI
AVGVSTI ET
MARCIANÆ
SORORIS AVG.
COLONIA DAC
SARMIZ.

Item aliud huiusmodi, sed tempore posterius.

DIVO
SEVERO PIO
COLONIA
VLPIA TRA
IANA AVG.
DACICA SAR-
MIZ.

Addamus & alia quædam, indidem petita, nec ingrata lectori futura, præsertim quum Dioni lucem adferāt, & testimonium eius historia perhibeant. Ait enim paullo post Dio, summissos a Decebalo transfugas qui Traianum occiderent. Huc spectat illud ibidem positum monumentum:

FORTVNÆ
AVG.
OMNIPOTENT
VBI ERAS
RHAMNV
SIA
VBI ERAS
QVANTVM ABFVIT
NE ROMA LVGERET
SED VIVIT TRAIANVS
VE TIBI DECEBALE
MILSS LEG. VI. ET XIII. G.
DEVOTIS CAPITIBVS

Additur rudiorum causa, sic legendum: Fortunæ Augustæ omnipotenti. Vbi eras Rhamnusia? vbi eras? Quantum abfuit, ne Roma lugeret. (scilicet occiso a transfugis Traiano.) Sed viuit Traianus. Ve tibi Decebale. Milites legionis sextæ & decimæ tertiæ Geminæ. Sic enim vltimum hoc G. legendum, vel ex hac inscriptione constat, quæ iisdem in locis reperitur & expressum integre legionis nomen continet:

C. IAVOLENVS MODESTVS
LEG. XIII GEMINÆ
MERCVRIO AVG. SACR.
V. S. L. M.

Libentius autem hoc etiam adtuli, quia legionis Geminæ huius in Dacia, Dio quoque mentionem fecit libro 55, δίδυμον vocans, non recte reddente Xylandro & Blanco gemellam, sicut ibidem & Fulminiferam vertit ille Κεραυνοφόρον, quæ Fulminatrix est, vti parebit inferius, in M. Antonini vita. Xiphilinus indicato loco caussam adiicit, cur gemina dicta fuerit. Δίδυμοι ἐπικαλοῦνται, ὅτι ἐκ δύο τῶν στρατοπέδων αὐτῶν μίξαντες ἀλλήλοις ὑπῆρχον, quod ex duabus inter se permistis legionib. cōstaret. Id ipsum tamen e Dione Xiphilinus hausit. Pertinet ad hoc ipsum bellum, & eandem victoriam Traiani Dacicam, & hæc inscriptio:

IOVI STATORI
HERCVLI VICTORI
M. VLP. NERVA TRA
IANVS CAESAR
VICTO DECEBALO
DOMITA DACIA
VOTVM SOLVIT
ADSPICE ROMVLE PATER
GAVDETE QVI
RITES
VESTRA ISTA
EST GLORIA

Item aliud ibidem monumentum, non minus memorandum:

VICTORIÆ AVG.
NONNE DIXIT TIBI
DECEBALE
FVNESTVM EST
HERCVLEM
LACESSERE
NON RECTE FECISTI
TVA IPSE QVOD IACES
MANV
SED TVA VTCVNQVE
CAESAR VICIT
TVLIT
T. SEMPR. AVGVR
AVGVSTALIS.

Non enim multo post narrat Dio, Decebalum, regia regionemque capta, ne ipse quoque caperetur, manus sibi adtulisse: quod scilicet hoc quoque monumentum, ita fuisse factum, innuit.

776.p. Ad descriptionem pontis Traiani supra Danubium in Dacia, cuius pilarum reliquiæ cernūtur hodieque sub aquis, omnino adiiciēda vetus hæc inscriptio. Locus est ad illa Traiani castra, quibus nunc esse nomen Warhel apud Vngaros, iam ante dictum.

PROVIDENTIA
AVG.
VERE PONTIFICIS
VIRTVS ROMANA
QVID NON DOMET
SVB IVGVM ECCE
RAPITVR ET
DANVVIVS

Conueniunt cum hac inscriptione Dionis ipsius hæc verba: κρηπῖδες καθεῖται ἐν αὐτῷ τούτῳ ἄρχειμοι, ὃ δεδήλωκε,

ἐπιδείξωσι, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἰδὲν ὅ, τι οὐ δυναμένην ἐξεργάσασθαι. hoc est pilæ velut in hoc ipsum factæ, vt ostendant, naturam humanam (virtutem Romanam *dixit inscriptio*) nihil non efficere posse. *Non multo deinceps post sequitur apud Dionem, thesauros quoq; Decebali, defossos sub amnem Sargetiam, a Traiano fuisse inuentos. Et rei monumentum hoc positum.*

IOVI INVENTORI
DITI PATRI
TERRAE MATRI
DETECTIS DAC
THESAVRIS
CAESAR NER
VA TRAIANVS
AVG.
SAC. F.

777, *m. Pro* πάνυ ἀναιροῦσι, *Theodosius aliquanto elegantius habet*, πάνυ σαφῶς ἀναιροῦσι.

785 *f. Corrupta dubio procul hac*, ἀδικίαν τὴν ... *sic emendabis*, ἀδικίαν τὴν ... *quorum sensus ad marginem expressus.*

AD LIBRVM LXIX DIONIS.

791, *m. Inest vitium his*, οἱ περὶ τὰς αὐτοκράτορας ἐχόντες. *Loquitur enim de* Cæsareis, & aliis, qui adsunt imperatoribus. *Ergo sic repurgator*: οἱ περὶ τὰς αὐτοκράτορας ἀεὶ ὄντες. qui circa principes semper sunt. *Versu ab hoc tertio*, *pro* ... *malim* ... *Item pag. eadem*, ὁ Εὐφράτης ὁ φιλόσοφος, *mihi quidem esto potius* Εὐφράδης, *ab* orationis elegantia *formato nomine*; *quod deinceps etiam Themistio prefecto vrbis Romæ nouæ, tributum*; *ad quem Nazianzeni epistola quadam exstans*, & *reliquæ sunt aliquot orationes, in quarum titulo cognomentes datur* Εὐφράδης, *idem cum hoc* Εὐφράδης. *Dabit has breui latinas* Georgius Remus *patricius Augustanus*, & *I. C. tus* Marquardus Freher, *Palatino septemuiro principi a consiliis, nouum illud in disciplina iuris ciuilis accessum a sole Cuiaciano fidus, auctor fuit*; *vt intactum ab aliis opus ipse sollerter expediens, dignam eruditæ diligentiæ laureā promereretur. Rursus ibidem f. non recte scripta sunt illa*, καὶ κατασκευασμένα καὶ ... *quibus vltimum hoc* & *alii mutant in* ... *in priori non præstant opera pretium. Scribendū enim* καὶ καλῶς ... *Quorsum namque illud H. Stephani*, καὶ ...?

792 *m. Quod legitur ex Dione*, ... *Blancus hoc modo reddiderat*; Quum ita milites exercuisset, equitatus, qui Batauus nominatus est, Danubium transiit armatus: *in ceteris non optime id quidem (nam dicere debuit*, Tā egregie miles eius exercitus erat, vt etiam equitatus ille, quem Batauorum adpellant, armatus Istrum natatu transmiserit) *at in nominis* Βατάων *correctione, satis bene profecto, quum sine dubio de Batauorum equitatu hac Dio scripserit. At H. Stephanus*, Pro Βατάων, *inquit*, scribo Βαστερνῶν, & interpretem valde aberrasse dico. *Nihil tamen adducit in medium, quo fidem iudicio suo de Blanci errore illo insigni faciat. Ego vero criticum hunc errare, non Blancum aio. Nam quod Bastarnas attinet, meminisse debuit, hos Probo imperatori se subiecisse*, CLX *post Hadrianum, de cuius imperio nunc agitur, plus minus annis*; & *eosdem ab illo primum tempore, donatos agris a Probo in Thracia, secundum leges* & *instituta populi Romani vixisse. Hoc scire potuit ex Zosimo meo, cuius libros duos priores, a me sibi cū quatuor reliquis missos, vt nomine meo ederet, Herodiano adiunxit*, & *pro suo Philippo Sidnæo dedicauit, nulla mei nominis mentione facta, non Græcum exemplar, non ipsam quod interpretationem attineret, ac ne quidem in hunc diem remissis post erroribus quatuor, toties a me repetitis. vt de Xenophonte meo, iam decem* & *sex annis detento, nihil querar. Fraus quidem in vsurpatis duobus illis Zosimeis adeo quum alius, tum optimo viro, Friderico Sylburgio, imposuit, vt eos alicubi Stephano in solidum acceptos retulerit. Hinc igitur scire potuit, Bastarnas id temporis needum Romanis militasse; multoque minus cogitare debuit, hos contra Dacos Danubium tranasse armatos, quum eis Dacos adgressuris, nequaquam opus esset, vt Danubium transmitterent, cuius eamdem cum Dacis ripam tunc tenebāt. At Batauis iam toto amplius sæculo moribus Romanis viuebant*, & *in castris Romanis non infimo loco militabant, etiam fratres* & *amici populi Romani nominati, quod ex hac inscriptione paret; inter schedas Ludouici Viuis reperta.*

FORTVNÆ. AVG. SAC.
PRO. SALVTE. ITV. AC
REDITV. DD. NN
M. AVR. ANTONINI. PII
AVG. ET. P. SEPTIMII
GETÆ. NOBILISS. CAES.
CIV. BATAVI
FRATRES. ET. AMICI P. R.
V. S. L. M.

Eosdem Batauos, qui hodieque Betauienses *adpellantur ab insula* Betauia, *priscis* Batauia, ... *quam di*uisus Rhenus insulam efficit, quauis insula fluminea maiorem, *vt libro tertio Zosimus idem noster loquitur*; *Batauos igitur, sæculo quoque nostro laudem equestris rei feliciter adhuc tuentes, non tantum Hadriani Augusti, sed superioribus etiam temporibus inter equites selectos a Romanis fuisse habitos; vel ex ipso Dione nostro constat, qui libro 55 legiones Romanas, omnemque militiam ordine recensens, de Batauis inquit expresse*: ξένοι ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βατάων, ἀπὸ τῆς Βαταυίας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου, ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσί, κεῖται. Sunt, *ait*, inter alios & selecti equites peregrini, quibus inditum Batauorum nomen ab insula, quæ in Rheno est, Batauia; quod isthic equitandi arte præstantissimi sint. *Eodem pertinet, quod imperatores Romani quosdam equites singulares e Batauis hisce legere solebant, vti colligitur ex inscriptione gemina vnius* & *eiusdem marmoris Romani, quod in Exquilino ad Eusebii visitur.*

CANDIDINIVS SPECTATVS
EQ. SING. IMP. N. NAT
BADAVS. VIXIT. ANNIS. XXX
STIP. XI. TVR. PROCLINI
CVR. GENIALI . . . . .
VINDICE . . . . .

CANDIDINIVS. VERAX
EQ. SING. IMP. N
N. BADAVS. VIXIT. ANN
XX. STIP. IV. T. PROCLINI
CVR. CANDIDINIO. SPEC
TATO. FRATRE. IPSIVS

Quod denique huc in primis spectat, etiam in Pannoniis, ad amnem Danubium, quem armati tranasse narrātur a Dione, Batauos equites militasse, satis erit vel vnico marmoris antiqui docuisse testimonio;

quod in Pannonia superiori repertum, sæpius adspicere licuit inter alia non pauca, vetusti sane operis, in arce nobilis & magnifici domini HIERONYMI BECKA LEOPOLSTORF, *Cæs. Ma. a consiliis, amici bene meriti, & perpetua obseruantia colendi, quæ ad quartum a Vienna lapidem distat. Eo marmore verba leguntur hæc.*

ALBANVS. BALVI F.
DEC. ALA. AVGVSTA. ITVRAEO
RVM. DOMO BETAVOS. AN
NOR. XLII. STIPENDIORVM
XX. HIC SITVS EST. TITVLVM
MEMORIAE POSVERVNT
TIB. IVLIVS REITVGENVS ET
LVCANVS DEC. ALAE AVG.
ITVRAEORVM.

Nec est, quod quemquam moueat, heic dici, Albanum hunc Betauum inter equites alæ augustæ Ituræorum meruisse. *Nam frequens hoc illis temporibus erat, factumque ab eo putandum propterea, quod etiam* Ituræi *parem pene cum Batauis equestris rei laudem obtinerent. Et adiectum non sine caussa* DOMO BETAVOS, *quũ extet ibidem lapis alius de* Barchate Recebali filio, *eiusdem Ituræorum alæ milite, qui* DOMO ITVRAEVS *fuisse indicatur. Hoc etiam memorabile, quod in illa corruptione nominum propriorum, exteris vsitata, qua factum, vt Romanum marmor* Badaos *pro* Batauis *vocet, heic purum putum gentis nomen* BETAVI, *quod hodieque vulgo in vsu est, reperiatur. Verum satis, opinor, multis argumentis ostensum, non* Bastarnas *pro* Bastais *heic substituendos; sed nobiles illos equitandi arte Batauos. Itaque finem faciam, vbi lectores ad epitaphium* Sorani Batavi, *qui tunc hos ipsos inter Batauos Hadriano militasse, fluminque Danubium cum aliis popularibus suis armatus tranasse perhibetur, remisero. Licet autem id integrum legant in historia Batauica Gerardi Noviomagi. Nam heic quidem sufficit, initium dumtaxat, recitasse, quod huiusmodi est.*

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris,
Inter mille viros primus fortisque Batauos,
Hadriano potui qui iudice vasta profundi
Æquora Danubii cũctis tranare sub armis *&c.*

Hinc enim iam liquet, non Bastarnis, *sed* Batauis *nobile facinus hoc transmissi natatu in armis Danubii vindicandum: ad quod obstupefacti barbari, non tantum pacem cum Hadriano fecerunt, verumetiam hostem ipsum suis in controuersiis arbitrum legerunt. Et carmen hoc omnem contradicendi materiem tollit, quũ pro* Batauis *in fine* Bastarnas *non admittat.*

796, *m. Quod legitur heic in epitaphio Similis*, βιὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά, *traductum his a Blanco verbis*; Cuius ætas multorum annorum fuit, ipse septem dumtaxat annos vixit: *omnino vitium scriptura quoddam habet, quod in voce* ΤΌΣΑ *latitat. Memini de hoc monitum aliquando me Constantinopoli, quum forte Cedrinum in manibus haberemus, a* Theodosio Zygomala, *doctissimo Græcorum omniũ, quos equidẽ cognoui, & optimo viro, notario Patriarchico. Nam repertsse cõfirmabat antiquis in libris eius, quem dixi, Cedrini verum hanc scripturam:* Σίμιλις ἐνταῦθα κεῖται, βιοὺς μὲν ἔτη ο΄ς΄, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. *hoc est.* Hic iacet Similis, cuius ætas 76 annorum fuit, ipse septem dumtaxat annos vixit. *Recitat autem hæc ipsa Dionis verba Cedrinus, quæ post Cedrinum Zonaras quoque sua in historia repetiuit. Et hoc modo licet hoc vitium tribus simul ex historicis tollas.*

AD LIBRVM LXX DIONIS.

800. *Hoc Antonini Pii Aug. encomium verbis his apud Suidam Græcis legitur.* Ἀντωνῖνος ὁ βασιλεὺς *&c. quæ edidimus. Liceat autem nobis hæc habere pro Dioniis, quum alioquin Dioniam principis huius historiam desideremus; tametsi non ignorem, quid contra me possit in medium adferri. Cur vero Suidam dicamus iam præcedentium, quam sequentium Augustorum elogia, Dionis e libris, vt ipsa res ostendit, hoc tantum excepto, descripsisse? In Marco quidem laudando, qui proximus hunc sequitur, Dionis ipse mentionem expressam facit. Nam Eutropium quidem quod adtinet, etiam illum pleraque transcribendo mutatum e Dione, tum in aliis imperatoribus constat, tum in hoc vero consentaneum est. Correcta vero non pauca sunt a nobis, in tam paucis verbis. Nam ista,* τὰς δὲ ἀρχὰς ἀνδρεῖ *ex Eutropii sententia, qui* prouincias imperii *dixit, in* τὰς δὲ ἀρχὰς ἱερῶς, *non abs re mutaui. Similiter & illa vitiosa.* ὡς ἐπὶ μάλιστα παῖς ἦν τοῦ δικαίου ποιούμενος ἐπιμέλειαν· ταῖς τῶν δημοσίων ἱεραῖς διοικήσεσι, *sic emendanda non dubito:* ὡς ἐπὶ μάλιστα πάσῃ τὴν τοῦ δικαίου ποιουμένους ἐπιμέλειαν. ταῖς τῶν δημοσίων ἱερῶς διωκήσαι. *Vel Eutropius ita scribendum ostendit. Ex eodem manifestum, pro illis.* ὡς τῶν περιοίκων τινὰς βαρβάρων, τὰ ὅπλα καταθεμένους ἐπιτρέποντας τῷ βασιλεῖ τὰς δίκας, *omnino reponendum,* ὥστε τῶν περιοίκων τινὰς βαρβάρων, τὰ ὅπλα καταθεμένους, ἐπιτρέπειν τῷ βασιλεῖ, *&c. Ex eodem denique, pro* τῶν δὲ δημοσίων θησαυρῶν, *legendum colligitur,* τῷ δὲ δημοσίῳ θησαυρῷ, *quod Sylburgius quoque notarat; & in iis, quæ statim sequuntur,* πλῆθος παραδοῦναι ἀπείρων χρημάτων, *plenius scribetur,* πλῆθος ἄλλο παραδοῦναι ἀπείρων χρημάτων, *vt hæc opposita scilicet sint illis præcedentibus,* πολύ τι πλῆθος χρημάτων κατειλημμένος, *quibus respondeat* πλῆθος ἄλλο.

AD LIBRVM LXXI DIONIS.

805. *p. Mendum insigne relictum ab aliis, qui Dionem Xiphilinianum ante me castigarunt, in hisce verbis:* ἔπειτα ἐκ προτάξεως τοὺς καλουμένους Κουάδους. ἐ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, ἐ νίκη παράδοξος εὐτυχήθη. *Referunt enim illa priora* ἔπειτα ἐκ προτάξεως τοὺς καλουμένους Κουάδους, *ad verbum* ὑποτάξαι, *quod præcessit. Ego vero sic scribendum & distinguendum aio,* ἔπειτα ἐκ προτάξεως τοῖς καλουμένοις Κουάδοις καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, καὶ νίκη παράδοξος εὐτυχήθη. *Qua quidem exigua mutatione, sua Dioni scriptura, cum sensu facili, restituitur. Nam prius illud non etiam propterea locum habere potest, quod M. Antoninus dici nequit reabse Quados* subegisse, *quod Græcis est* ὑποτάξαι.

806 *f. Quo loco Dionis hæc leguntur verba,* ὡς μὴ ὑγραίνοντι τι καὶ ἔπιον, *Blancus interpres hanc sententiam reddidit:* Atq; ob eam caussam valere alios, & bibere. *Non igitur* ὑγραίνοντι *suis in libris reperit, quod haud dubie significationẽ* humectãdi *habet; sed* ὑγιαίνοντι, *quod videtur esse illud* valere, *quo ipse verbo est vsus. Verum nequit admitti, quum* ὑγραίνειν *Græci dumtaxat adgnoscant.*

815. *Quæ textui a me inserta verba sunt, notis tamen his* [ ] *inclusa*; Quum nec sponte nec imprudens delinquerem, *a Xiphilino licet omissa, vere tamen sunt Dionia, sicut e Suida manifesto paret. Græce vero sic sonãt.* καὶ ὅτι ἑκὼν οὔτε ἄκων ἐπλημμέλησε. *Rursus ib. post versus paucos & alia cũ iisdẽ* [ ] *notis inserta, eodẽ ex Suida, Dionis hæc recitante verba:* λέγων, ὅτι πάντα μὲν ἦν αὐτῷ ἀνθρώπινα,

ἐπι-

ὅπως βούλεται ἔχειν, ἀδύνατόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ οὖσι προσήκει, ἐς ὅ, τι ἄν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, χρῆσθαι. Paulo post, vbi legitur, τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ, *reponendum equidem haud dubito,* τῷ τε πατρὶ Ἀντωνίνῳ, *& intelligendus pater adoptiuus. Orta scripturæ mutatio ex abbreuiatura Græcorum, qui πατρὶ contrahere hoc modo πρὶ solent, ex quo non recte factum πρὶν. A me stat in hoc & Blancus interpres. Rursus ibidem, vbi scriptum,* ἔν τε τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγοις ἀσκηθείς, *reponendum e Suida,* καὶ ἐν τοῖς φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς.

AD LIBRVM LXXII DIONIS.

817, p. *Initio libri de Commodo hæc verba,* πανοῦργος μὲν οὐκ ἔφυ, ἀλλ᾽ ἄλλως καί τις ἀνθρώπων ἄκακος, *sic aio scribenda,* ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἀνθρώπων, ἄκακος. *Nihil aliorum correctiones moror. hæc simplicissima est.*

818, f. *Non possunt hæc,* ἀνέπεισε τὸν εἰρημένον ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ, *hæc inquam,* τὸν εἰρημένον, *referri non possunt ad Pompeianum, quod nomen statim præcessit. Animaduertit hoc quilibet, cui non dicam erudita, sed mediocriter delicatæ sunt aures. Itaque deesse aliquid iudico, idque fuerit, mea sententia tale quiddam; vt integre Dio scripsisse putetur,* ἀνέπεισε τὸν εἰρημένον τρόπον ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ, persuasit vt Cõmodo insidias indicato modo faceret. *Ac reuera modus antea legitur expositus.*

819, p. *restat paullo post difficilis locus, & a nemine hactenus vel erutus, vel emendatus, vti debebat, vbi legimus hæc:* καὶ τῆς Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνή· καὶ ἔπειτα δὲ καὶ ἐκεῖνος βιαίως ἀποθανόντος. *Carent enim hæc posteriora sensu idoneo. Dico paucis, hoc modo scribendum:* καὶ τῆς Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνή, ἐκείνου βιαίως ἀποθανόντος: *hoc est,* Et Electi postea coniux, illo (*scilicet* Commodo) violenta morte sublato. *Nihil his iam clarius, ideoq; sic a Dione scripta fuisse, non est cur dubitem. Ex illis antẽ duobus,* μετὰ ταῦτα, *&* ἔπειτα, *alterutrum otiosum est, & tamquam irrepticium expungi debet.*

820, f. *Pro* γραμμάτια, *scribendum e Suida, qui locũ citat,* γραμματεῖα. *Deinde versu sequente, plenius idem,* καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν (ὡς εἰπεῖν) συνέγραφε.

821. *Notis his* [ ] *inclusa Suidas nobis e Dione dat. primum hæc.* τότε γὰρ ἄλλα ἥκιστα ἄδηλον ἐποίησε, *& cum ceteris, exstantibus heic in editis. Deinde linea secundum hanc tertia, rursus hæc.* οὐχ ὡς ὁ δυνάμενος τῶν ἐπιχωρίων ἰδίων, ἀλλ᾽ *& cetera in editis. Iterum linea post hanc tertia.* τὸ γὰρ οὖλα αὐτῆς, καλῶς ἔχοντα, ῥᾳδίως ὑπὸ τοῦ ἄρτου ξηρότητος ἱμάσσει. ἐπιτήδειον δὲ οὐδὲν ἐπὶ μείζον αὐτὸ πλάσασθαι, ἵν᾽ ὡς μάλιστα διαχωρεῖν δοκῇ. *Quibus in verbis repurgatum illud* ἱμάσσει, *quod in editis passim vitiose legitur* ἱμάσσειν. *Nam aliud est* αἱμάσσειν, cruentare; *aliud* μάσσειν, purgare, *vel* καθαρίζειν, *vt Græci exponunt. Licet autem Xiphilinus hæc omiserit, nobis tamen postliminio quasi reuocare licet, quum Dionia sint. Addendũ denique, non multo post, pro* ὅπότε ὁ σφίσι μὴ καταθύμιον ἀπαντήσαι, *scribendum videri* ἀπαντήσαι.

823, m. *Pro* ἀστεῖον *reponendum necessario putem* προαστείου, *quandoquidem in suburbio Commodus erat, vnde rediens in vrbem,* μετὰ μεσημβρίαν ἐκ τοῦ προαστείου σπουδῇ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλάσαι *dicitur, pag.* 825. p. v. 1.

827, p. *Hæc verba,* καὶ πρῶτον τῶν τύχῃ ἐνίκησεν, νίκαις νικήσαντα ἀπ᾽ αἰῶνος, ἀμαζόνιε νικᾷς. *hæc igitur in hunc modum potius & scribenda sunt, & interpungenda:* καὶ πρῶτον εὐτυχέστατος νικᾷς, νικήσεις ἀπ᾽ αἰῶνος, Ἀμαζόνιε νικᾷς. *quorum sententia margini adiecta.*

828, p. *Nomina consulum vitiata sunt,* Εὐρυκλέους τε Κλάρου καὶ Σόσσιον Φλάκον. *Recte enim priorem scribemus* Ἐρούκιον, Erucium non Erycium, *quod sæpius apud Blancum occurrit: posteriorem* Σόσσιον. Sossium, nõ Sylsium; *itemque non* Φλάκον, *sed* Φάλκωνα, *quod infra legitur, pag.* 833. *f.*

AD LIBRVM LXXIII DIONIS.

830, m. *In his verbis,* ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα αὖθις σὺν ἡμῖν ἐπανορθώσεται, *secundo loco repetitum illud* ἄλλα, *licet alio significato, quam prius, per oscitantiam calligraphi temere irrepsisse, ac abundare, mihi persuadeo. Satis enim hæc,* ἀλλὰ τὰ μὲν αὖθις σὺν ἡμῖν ἐπανορθώσεται, *ad integram Pertinacis exprimendam sententiam.*

833, f. *Si quis adtentius hæc consideret,* πολλῶν τοῖς στρατιώταις δίνεμα, ὅτι Μάρκος τε καὶ Λούκιος, *facile animaduertit, posterius hoc* ὅτι, *non respondere præcedenti* πολλῶν. *Ergo sic restituenda Dionis lectio,* πολλῶν τοῖς στρατιώταις δίνεμα, ὅσον Μάρκος τε καὶ Λούκιος.

835, f. *Corruptum hoc,* περί τε δόρυ περιέπτησεν, *sic corrige,* περὶ τὸ δόρυ περιέπτησεν.

836, m. *Irrepsit & in hæc,* ἐκ τῶν τῆς βουλῆς πραγμάτων βεβαιωσάμενος, *vitiosum vocabulum illud* πραγμάτων, *ex negligentia librarii: pro quo confidenter aio reponendum* δογμάτων. *Nam τὰ τῆς βουλῆς δόγματα, sunt* senatusconsulta: *quibus imperia principibus designatis sanciri & confirmari solebant.*

AD LIBRVM LXXIV DIONIS.

840, p. *Vbi de solitis senatui ab imperatore nouo cõfirmari primo in vrbis ingressu dicitur,* ἀνανιώσατο μὲν οἷα καὶ οἱ πάλαι ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς, *mire insolens verbum illud* ἀνανιώσατο, *non obseruatum, vel notatum potius ab aliis ante nos, miror. Non enim ita scripsit Dio, quemadmodum existimare licet ex verbi νανιοῦσθαι vero notoque significato. Quapropter germane Dionium in eius locum reponi debet,* ἀνενεώσατο μὲν οἷα καὶ οἱ πάλαι ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς, *hoc est,* nobis nostra renouauit, quæ & superiores boni principes. *Sic & alibi loquitur Dio, videlicet lib.* 37. *non procul ab initio, pag.* 31. ἀνανεώσασθαι τὰς συνθήκας ἐθέλων. *& in excerptis Theodosianis, ad M. Antonini vitam pertinentibus,* οὔτε τὰς σπονδὰς (*cum ceteris interiectis*) ἀνενεώσατο, neque fœdera cum eis renouauit.

841, f. *Nec scribendum heic* πυρὰ πυργοειδὴς τρίβωλος, *nec* πυρὰ τρίγωνος, *quod aliis placet, sed* τετράγωνος, *vt est apud Herodianum. Nam alioqui nec currus huic* rogo triãgulari, *nec* κλίνη *siue lectus imponi potuisset. Ibidem post aliquammultos versus, verbis in hisce,* πολεμικάς τε ἅμα καὶ πυρρικὰς διεξόδους διελίττοντες διεξῆλθον, *vitiosum est illud* πυρρικὰς διεξόδους, *ideoque Blancus pæne ridicule reddidit,* cursus vrbanos & confictos. *Quinam sunt enim dicendi* cursus illi confictι? *Sylburgius noster pro* πυρρικὰς *substituit* πολεμικὰς, cursus bellicos. *verum ne id quidem admitti potest. Ego scribendum non dubito,* πολιτικάς τε ἅμα καὶ πυρριχίους διεξόδους· *vt intelligantur* vrbanæ pyrrichiæque dećursationes, *quas in funeribus vsitatas fuisse, vel ex ipso Dione probari potest.*

842, f. *In his,* μετὰ δὲ αὐτοῦ τοῦ Νίγρου ἐπαναστάντος, *haud abs re suspectum est illud* μετὰ, *quod solum ita collocari nequit, vt tempus posterius significet. Quamobrẽ scribẽ-*

dum, μετὰ δὲ ταῦτα αὐτὸ τὸ Νίγρου ἐπιφανέντος. Periit enim illud ταῦτα propter similitudinem cum αὐτὸ sequente. Simile quiddam reperitur libro 39 Dionis, pag. 108. vbi legitur, μετὰ δὲ δὴ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἕνεκα αὖθις ὀκνήθησαν. vbi μετὰ δὲ δὴ, vel tantumdem est, ac μετὰ δὲ ταῦτα, vel ita scribendum. Paullo post autem 843, p. quo loco leguntur hæc verba, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Ἰσσῷ, πρὸς ταῖς καλουμέναις πύλαις μεγίστη γίνεται μάχη· scripturam secutus est aliam Blancus, nimirum hanc, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ἴσῳ. Vertit enim, Æqualis acrisque pugna commissa est. *Sed altera lectio verior est, qua traditur;* ad Issum, iuxta portas (*quas vocant*) Ciliciæ, maximam pugnam commissam.

844, m. *Pro καταληφθεὶς, scribendum esse καταληφθεὶς, ex interpretatione margini adiecta intelligitur.*

845, m. *Nemo non perspicit, in his aliquid deesse: τὸ τειχίον τὸ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ, μέγα ὕψος . . . . . τὸ δὲ πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ἧττον. Nam verbum aliquod aut post ὕψος, aut post ἧττον collocandum, desideratur. Id equidem abitror esse, εἶχεν: vt scripsisse Dionem dicamus, μέγα ὕψος εἶχεν, aut ἧττον εἶχεν.*

846, p. *Locus hic, intactus ab aliis, insigniter corruptus est, & ἤλοις ἐς τοὺς ἄρρους ἐφέλκοντες καλωδίοις ἐκ τῆς φιλίας ἐκδεδεμένοις ἐμπεπηγμένοις, ἐπανεῖσαν. ὥς αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν & cetera. Nam pro ἤλοις ἐμπεπηγμένοις, non dubito scribendum, ἤλοις ἐμπεπηγμένους. & pro ἐφ' ἑαυτῶν, potius reponendum ἀφ' ἑαυτῶν ἀφεστηκότας. At quod in medio vitium latet, in his verbis, καλωδίοις ἐκ τῆς φιλίας, animaduersu cor rectuque difficilius est. Quid enim sunt* funiculi ex amicitia, qui clauis alligari possint? *Vidit hoc Blãcus interpres, & in reddendo, illud ἐκ τῆς φιλίας, prorsus omisit. Ego paucis, quod emendando loco remedium inueni, ostendam. Dico scripsisse Dionem, vel καλωδίοις ἐκ τῆς φλοιᾶς, vel καλωδίοις ἐκ τοῦ φλοιοῦ· vt intelligantur funes e corticibus arborum facti, quos Byzantii nectebãt ex ea materie, propter inopiam rerum aliarum, magis idonearũ; vti paullo post refertur, e mulierum quoque capillis factos ab eis fuisse funes. Quod φλοιᾶς adtinet, femineo genere, fortassis ita factum a Dione videri possit, vti non multo post, pag. 847, f. vbi describitur echo turrium Byzantinarum, ἠχὼ dixit, pro ἦχον, permutato genere: licet illic etiam τὴν ἰχὼ & τὴν φωνὴν corrupte scriptum ab imperitis, qui putarent ἠχὼ non recte dici: quum tamen & alibi Dio, videlicet libro 36, pag. 24, p. eadem voce sit vsus in descriptione prelii nocturni Pompeiani aduersus Mithradatem. τῆς ἠχῶ, inquit, τὰ ὄρη ἀντεδέξατο. Rursus heic eadem pagina, post quinque vel sex versus, ἐς οὐ σιν' ἐκομίσθη, non recte inserta negatione, legitur: quum potius arbitrer, ἐς τὸ σιν' ἐκομίσθη τῶν πραγμάτων (cum interiectis) ἐληλύθεσαν. Denique post decem versus, necessario pro εἴη & ταῦτα καταπαλαίσθη, scribendum εἴη ἐπεὶ & ταῦτα καταπαλαίσθη, manifestum e sequentibus.*

AD LIBRVM LXXV DIONIS.

849, p. *Pro corruptis hisce, ἐξ ἴσου δὲ τῇ μὴ εὑρίσκειν ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀτοπίας ἦν, reponendam indico scripturam veriorem, ἐξ ἴσου δὴ τῷ μὴ εὑρόντι ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀπορίας ἦν. in quibus ἀπορίας vox Palatino codici debetur. Sensum margo libri exhibet. Ibidem f. propter vocem ἀρχὴν deprauatam in his verbis, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐξέπεμψε, notatum in omnibus editis, vitiosum in Græco locum esse, Blancumque propterea non potuisse rectam elicere sententiam, ne quidem in sequentibus, constat. Nam cum prioribus illa, & οἱ μὲν ταύτην, τείχη ἰσβαλόντες, οὐκ ἀμυντὶ εἶχον τοῦτο, non respondent his Latinis;* Eos in diuersas partes imperii dimisit, quod illi quamuis tripartito sint adgressi, tamen ægre tuebantur. *Sylburgius noster ἄρχην reponit pro ἀρχὴν, quod oppidum vires eas non habebat, vt exercitu triplici ad eius expugnationem opus esset. Deinde quivis perspicit, ἐς τὴν Ἄρχην τείχη ἐσβαλόντες, non recte dici: planeque potius illud ἐσβαλόντες ad regionem, quam ad aliquod oppidum pertinere. Quapropter aio, pro illis ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, scripsisse Dionem, ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἐξέπεμψε,* misit eos in oriẽtem. *Nam hoc & historia Dionis, & Herodiani de rebus iisdem per orientem gestis expositioni conuenit.*

851, m. *Qui putant in his verbis, ἐς φάλαγγα αὐτοὺς βαθεῖαν συνέλασαι, propterea vocis φάλαγγα loco reponendam φάραγγα, quia versu quinto φάραγξ vocabulum reperiatur; non satis acute verba Dionis considerant. Nam recte dicitur, ἐς φάλαγγα βαθεῖαν συνέλασαι,* confertã in phalangẽ compellere: *potiusque vox φάραγγος, quæ sequitur, in hanc ipsam φάλαγγος mutanda. Non enim profunda conualles sunt, aut profunda barathra locis iis, quæ commissuri pugnas exercitus occupant: sed planicies potius, aptissima præliis. At phalanx instrui solet, paulloque longius ab hoste collocari, quum id agitur, quo per aliquam militum partem ad pugnam is eliciatur: vt eo se recipiant, qui velitatum prodeunt, aut alioquin hostis irritandi causa excurrunt. Dio quidem ipse paullo post ait pugnatum ἐν πεδίῳ* in cãpo vel planicie. *τὸ πεδίον, inquit, πᾶν μεστὸν ἀνδρῶν & ἵππων ἑωρᾶτο,* campus omnis refertus viris & equis conspiciebatur.

854, p. *Calligraphorum negligentia totus hic locus, ab his verbis incipiens, πλοῖα κατασκευάσας ὁ Σεβῆρος, mirifice corruptus est; non vocibus tantum, sed integris etiam commatis traiectis, & confuse transpositis. Ego vitiata non repetens, germanum verborum Dionis ordinem heic collocabo. πλοῖα κατασκευάσας ὁ Σεβῆρος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, τῇ παρὰ τὸν Εὐφράτην, & τῆς ἐκεῖ χωρίων ὕλης, ἀφθονον διδούσης αὐτῷ τὴν τῶν ξύλων χορηγίαν, καὶ πλεῖν τι καὶ βαδίζειν παρ' αὐτὸν, διὰ τὸ τῇ νίας ὀξύτατα, καὶ ταχινὰ, καὶ εὐσταλμένα τὰ κατασκευασθέντα, ταχέως τήν τε Σελεύκειαν, καὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἐκλειφθείσας εἷλε. Nec minus confusa loci Latina versio, commutata cum integriori, & margini adscripta.*

857, p. *Pro δι' ὀλίγου τὴν τι ἄλλην θεραπείαν εἶχε, necessario scribendum, τήν τ' ὀλίγου τὴν τ' ἄλλην θεραπείαν εἶχε. & versu ab hoc tertio, pro καὶ πατέρας ἄρχοντας, potius πατέρας τε καὶ ἄρχοντας, vti Dio tam in antecedentibus hæc, quam sequentibus, loquitur.*

858, f. *Non equidem dubito locum hunc, alioqui non integrum, si legatur vt hactenus, αὐτὴ ἐπεχομένοις καὶ οὐ χάριν τούτου ἐμνήσθην, ita debere restitui: αὐτὸ ἐπεχομένοις ἄλλως, οὐ χάριν τούτου ἐμνήσθην: vel illud ἄλλως, prorsus omittendum. Ita sensus erit perspicuus is, quem habes in margine.*

AD LIBRVM LXXVI DIONIS.

863, p. *Filius Plautiani rectius Πλαύτιος quam Πλαύτης scribetur, e libro sequenti. Verba vero ibidem m. Σεβῆρος ἐπὶ πολλοῖς ἐπιφανῶς φόνους, Blancus ita reddens,* Seuer' aperte multas cędes fecit; *legit ἐπιφανῶς, & vitiose quidem; non tamen in hoc tantum alucinans, vt ex adiectis ad marginem videre licet.*

865, p. *Ex Βύλας τις Ἰταλὸς, mihi quidem Βύλλας faciundus videtur, & Italico nomine* Bulla, *non* Bulas: *itidemque nomen alterum huius φῆλιξ, quod sequitur, non fuisse* Philix *putabitur; sed φῆλιξ a fortuna, quam sui in latrociniis felicem expertus esset. Ibidem m.*

λογγώδη τοῦτο existimat H. Stephanus non recte dictum, qui potius sit λοχμώδης. Ego nihil mutandum aio, praeter unicam litteram, ut λογχώδη scribamus. Nec priscis tantum λόγχαι & λογχώδης erant in usu, quod ex historia Prætoris Græciæ *mea docere possem, si mecum eam haberem in hac peregrinatione, sed etiam hodieque Graecis utrumque frequens, nisi quod λάγκαι fere pronuntiant, & λαγκώδη.*

869, p. *In his verbis,* παιδείας μὲν γὰρ ἐπεθύμει μᾶλλον, ἢ διὰ τοῦτο πολύγνωμος μᾶλλον ἢ πολύλογος ἦν, *si demas alterum illud* μᾶλλον, *quod irrepsit e linea praecedenti; sustuleris omnem de integritate loci suspicionem, cuius sensum margini adnotavimus.*

AD LIBRVM LXXVII DIONIS.

874, p. πολλὰ καὶ δεινὰ δεδρακότα, *transposita dumtaxat copula, rectius erit,* καὶ πολλὰ δεινὰ δεδρακότα. *Maioris autem momenti, quod statim sequitur, haud dubie vitiatum,* καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ ἐξ ἐγκλήτου δίκης κρινόμενον. *Scribendum enim,* καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτῷ ἐξ ἐκκλήτου δίκης κρινόμενον, *ut vera verborum Dionis sententia sit,* Et propterea coram ipso (*vel* apud ipsum) reus agebatur in appellationis iudicio. *Vidit interpres, aliquod inesse loco vitium: ideoque maluit illa,* ἐξ ἐγκλήτου δίκης, *omittere.*

877, f. *Quod heic legitur,* καὶ τοῖς σκιαίταις τοῖς τὸ ἐνδον αὐτοῦ φρουρὰν ἔχουσι, *corruptam vocem* σκιαίταις *habet; pro qua reponi debet* στρατιώταις, *uti suis in libris interpres scriptum reperit.*

880, m. *Repetitio verbi* διατειχισθῆναι, *in his,* τὴν Ἀλεξάνδρειαν διατειχισθῆναί τε, καὶ φρουρίοις διατειχισθῆναι ἐκέλευσεν, *haud dubie vitiosa censeri debet, ac posteriore loco reponi simplex verbum, hoc modo;* καὶ φρουρίοις τειχισθῆναι ἐκέλευσεν. *Non ignoro, quid alii de hoc. sed nequit illud simplex poni priore loco,* τὴν Ἀλεξάνδρειαν τειχισθῆναι (*cum interiectis*) ἐκέλευσεν, *quum muros haud dubie prius habuerit Alexandria, sed castellis munita non fuerit.*

AD LIBRVM LXXVIII DIONIS.

882, *non ita procul a principio pro* φθῆναι γνωσθέντα αὐτῷ *scribendum arbitror equidem,* φθῆναι ἀναγνωσθέντα αὐτῷ *sic tamen, ut contendendum non putem, si quis aliter censeat. Ibidem f. Haec verba,* γυμνωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, (*scilicet* τοῦ ξίφους, *quod praecessit*) ὑπό τινος τῶν Σκυθῶν (*cum interiectis*) κατεκόπη, *sic corrigi debent, ut pro* ὑπ' αὐτοῦ *reponatur* ἀπ' αὐτοῦ, *sicut in fragmento Fulvii Ursini V.C. legitur; & pro* ὑπό τινος τῶν Σκυθῶν, *rectius existimetur* ὑπό τινος τῶν Κελτῶν, *idque posterius propterea, quod* Γερμανοὺς *dixerit Herodianus.*

883, p. *Plenius hoc,* ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐλυμήνατο, *in fragmentis Ursini,* ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐπιφανὲς τι ἐλυμήνατο: *sicut & quod linea statim ab hac tertia legitur,* ἱπποδρομίας ἀγομένης, *auctius in iisdem,* ἱπποδρομίας τοῦ Σεβήρου ἀρχῆς ἕνεκα ἀγομένης: *quod expositum ad marginem. Paullo post quod scriptum,* οἱ πράσινοι στρατιῶται; *permutatio vocum est, illi contraria, quam paullo ante de libro 77 indicavimus. Nam ut illic diximus pro* τοῖς σκιαίταις *reponendum adsentiente Blanco,* τοῖς στρατιώταις: *ita non dubitamus heic a Dione scriptum fuisse,* οἱ πράσινοι σκιαῖται, *licet* milites Prasinos *habeat idem Blancus, qui potius reddendi* Prasinæ factionis aurigæ. *Versus autem Euripidei, qui sub finem huius paginae leguntur, in extremo non recte scripti sunt. Nam illa quoque,* τοιόνδ' ἀπέβη τὸ πρᾶγμα, *non minus Euripidea sunt, quam priora: sed ista tamen emendanda,* τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα, *versus ut integer sit. Adiecimus autem margini commodiorem horum interpretationem oratione prorsa, quam sit Blanciana. Si quis autem pro ea versus desiderat, per me quidem hos quales quales, si volet, accipiat.*

> Formæ consilii sunt variæ dei.
> Præter spem peragunt plurima cælites.
> Nec sunt facta ea, quæ confore spes erat.
>   At quæ non aliquis putet
> Euentura, Deus repperit his viam.
> Talem istæc etiam res tulit exitum.

884, m. *Sunt haec quoque,* ἐκ μονομάχου προσηγορίας, *meliora in Ursini fragmentis,* ἐκ προσηγορίας μονομάχου τινός. *Item illa non multo post,* καὶ τὸ Σεβήρου ἐπὶ βῆμα, *ibidem non paullo pleniora, hoc modo.* καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ Σεβήρου ἐπὶ τε ζηλόφου, καὶ ἐπὶ βήματος. *Denique post illa, f.* καὶ βίος καὶ ὄλεθρος ἐγένετο, hæc Tarantis vita, & hic interitus fuit; *adiecta quae sunt, & hisce notis [ ] inclusa, Dionia sunt, ex eiusdem Ursini fragmentis, & hoc modo Graece sonant.* καὶ αὐτῷ ἐπαπώλετο μὲν καὶ οἱ κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς μετασχόντες, οἱ μὲν εὐθύς, οἱ δ' ὕστερον. προσεδιεφθάρησαν δὲ καὶ οἱ πάνυ ἑταῖροι αὐτοῦ, καὶ οἱ Καισαρεῖς. οὕτω που φονικῷ δαίμονι καὶ ἐς τοὺς ἐχθρούς, καὶ ἐς τοὺς φίλους συνεκληρώθη. *Ibidem pro* ἀπὸ Σικελίας Καισαρείας, *scribendum* ἀπὸ Σιτιφείας Καισαρείας e Cæsarea Sitifensi *Non enim otiosum putari debet omnino illud* Σικελίας, *licet in Fulvii fragmentis non inveniatur. Rursum post quatuor versus,* κατὰ τὸ τῶν Μαύρων ἐπιχώριον, *habent indicata fragmenta plenius quiddam,* κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς τῶν Μαύρων.

885, p. *rectius* ἀπαλλάξειν ἐπελπίσας, *quam* ἀπαλλάξειν ἐλπίδας.

889, p. *Quae notis [ ] inclusa leguntur, e Fulvii petita sunt fragmentis, & Graece sic sonant:* πρὸς τὸν Ἀρτάβανον [τὸν τῶν Πάρθων βασιλέα διά τε τοῦ Ἐπαγάθου, καὶ δι' ἄλλων πολλῶν] ἔπεμψεν. *Paullo post pro* κατὰ τὰς ἀλυργεῖς *rectius ibidem* κατὰ τὸ ἁλουργές. *Item inferius pro* κατελείφθη *legit interpres* κατελείφθη, *quod rectius. Ait enim, Chalcedone Macrinum remansisse, quod quidem ei fuit exitio.*

AD LIBRVM LXXIX DIONIS.

910. *paullo longius a f. Pro* ἐξαιθμίσεται *vel scribendum* ἀριθμήσεται, *vel ex auctoritate fragmenti Fulviani,* ἐξαριθμήσεται. *Mox pro* εἰκόνας εἶναι ἐπιχρύσους *integrius in Ursini fragmentis,* εἰκόνας τινὰς αὐτοῦ ἐπιχρύσους. *Nam maiestatis crimine se Paetus obligasse videbatur eo ipso, quod imperatorum more suas imagines tum sibi, tum concubinis finxisset. Alioqui posset illa de imperatoris imaginibus aliquis accipere.*

911, m *plenius haec,* κηλῖδα τινὰ περὶ τὸ σῶμα ἔχουσαν ἀποτίμψας, *suis in libris scripta reperit interpres Blancus, hoc quodam modo:* κηλῖδα τινὰ περὶ τὸ σῶμα ἔχουσαν, ὡς ἔλεγεν, ἀποτίμψας. *Hoc enim colligi facile potest ex his eius verbis:* Quod maculam haberet in corpore, sicuti dicebat.

912 p. *non recte scriptum,* κἀν τοῖς Καπιτωλίοις, *neque mutandum auctore in* Καπιτωλίοις, *ut antea quoque monui. Denique transposita sunt illa:* ᾖδε, τῇ μαντείᾳ ἅμα, καὶ τῷ πάθει, *quae sic in ordinem priscum redigo,* ᾖδεν ἅμα τῇ μαντείᾳ. *Ibidem m. pro* κομίσασθαι *praestabit scribere* κομίσασθαι, *alio quidem, & magis idoneo tempore.*

915, p. *Pro* ὅτι ἄρα ὡς Ἀλέξανδρος ἐξ Ἐμέσης ἐλθών, *non tam* ὅτι ἄρα τις Ἀλέξανδρος *scribendum puto,*

quam ἱερὰ ὁ Ἀλέξανδρος. *Ibidem m. non* ἱερά τινα *legit Blancus, sed* ἱερεία τινὰ *. Vertit enim,* Creato quodam sacerdote. *Sed vero est similius, cum sacra quædam peregisse, quod altera lectione significatur.*

916, m. *Partim corrupta, partim transposita sunt hæc verba,* ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ τῶν κωμῳδῶν ὑποκείσεως εἰσφέρειν, καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος τῇ τῶν πολιάρχων ... ἐν αὐτῇ κενῇ χώρᾳ ... *Ego, ne diutius lectores detineam, sic aio locum restituendum,* ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ τῶν κωμῳδῶν ὑποκείσεως εἰσφέρεται, ὥστε καὶ ἐκεῖνος ἐν αὐτῇ τῶν πολιαρχησάντων κενῇ χώρᾳ ... *Sententia quoque vera verborum, quam interpres non adsecutus est, ad marginem posita.*

AD LIBRVM LXXX ET VLTIMVM Dionis.

917, f. *Sæpius animaduertere licet, interpretem Blancum suis in libris quædam integriora reperisse, quā ea sint, quæ in nostris leguntur. Id adeo nobis hoc ipso visu venit loco. Nam illa verba,* στάσις μεγάλη πρὸς τοὺς δορυφόρους *(cum ceteris interiectis)* ἐγένετο, *quum sic ab eo reddita sint;* Tanta contentio *(rectius dixisset, seditio)* ex parua causa populo cum prætorianis fuit: *satis perspicitur, eius exemplaria lectionem habuisse pleniorem huiusmodi,* στάσις μεγάλη τῷ δήμῳ πρὸς τοὺς δορυφόρους ἐγένετο. *quam equidem vocis* τῷ δήμῳ *accessionem, necessario recipiendam aio.*

918, m. *Vbi legitur,* οὕτω τὰ στρατιωτικὰ ἡμῶν ἀγάγηται, *reponenda Dionis vera scriptura,* ὅτι τὰ στρατιωτικὰ ἡμῶν δίκην ... *Similiter haud multo post hoc quoque,* ἀνεπιπληξίᾳ τε χρῶνται, *sic emendandum,* ἀνεπιπληξίᾳ τ' ἐχρῶντο: *licet* χρῶνται *Blancus etiam legerit, quum reddat,* Quorum tanta est mollicies, licentia, impunitas. *Rectius enim dixisset,* Quorum tantus erat luxus, licentia, reprehensionum contemtus.

AD INSERTA VITELLIO.

738. p. *Pro* τῷ Πελάμῳ, *quod erat in Vrsini libro, reperitur in aliis* τῷ Πείμῳ. *sed rectius in tertiis,* τῷ Πείσκῳ. Antonius *enim* Priscus *adpellabatur.*

739, p. *Vrsini liber habet,* καὶ ἐκ λόγου ἀλλήλοις ἰόντες, *Sylburgii* ἐκ λόγου. *Propius hoc vera scriptura,* ἐς λόγον ἀλλήλοις ἰόντες. *Inferius, pro* τοῦ δὲ τοῦ Τιβέρεως γεφύρας ῥᾳδίως διελθόντες, *scripsi,* τὰ δὲ τοῦ Τιβέριδος γεφύρας φυλακὴν ῥᾳδίως λύσαντες.

AD INSERTA VESPASIANO.

746, f. *Pro* ἀπεκτόνησαν *repositum* ἀπεκτόνησαν. *Ibidem mox sequebatur locus hic mutilus,* ὑπὸ τὸ τεῖχος ὑφῆλον τοὺς δὲ ἁρπαγαῖς ἀνίασαν. *Is hoc modo redintegratus,* ὑπὸ τὸ τεῖχος ὑφῆλον, καὶ τοὺς κελεῖς τοὺς μὲν βρόχοις ἀνῆλκον, τοὺς δὲ ἁρπάγαις *&c.*

747 *in medio, vbi legebatur,* ἐκ βραχυτέρας τῆς τοῦ κόσμου περιβολῆς, *restitui,* τῆς τοῦ κύκλου περιβολῆς. *Non multo post,* ὡς ἐπίδειξιν τοῦ καὶ αὐτῇ, *mutatū in* ἐς ἐπίδειξιν τοῦ καὶ αὐτὺς ἀσπασμένας ἔχειν. *quamquam* αὐτοὶ *retineri posse certo respectu, non inficiar.*

AD INSERTA DOMITIANO.

761, p. *Fragmento quarto legit Vrsinus,* καὶ Γάννα παρθένος ἦν μετὰ τὴν Βελλήδα ἐν Κελτικῇ θειάζουσα. *Ego scribendum aio:* καὶ Γαῖνα παρθένος, (ἦν δὲ μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν τῇ Κελτικῇ θειάζουσα) ἦλθεν *&c. sensu iam facili. De Velleda nota pleraque.*

AD INSERTA TRAIANO.

773, m. *Fragmento primo vides apud Vrsinum adpictum haud procul ab initio verbis his asteriscum,* ἐπεμψε δὲ καὶ πότε * ὁ δὲ Τραϊανὸς *&c. Sed induximus asteriscum, vera scriptura restituta,* ἔπεμψε δὲ τότε πρὸς ὁ δὲ Τραϊανός. *Non multo post, pro* τῶν προσταχθέντων, *reperitur etiam* τῶν προσταχθέντων.

779 f. *Ibidem in fragmento, cuius initium,* ὁ Γαλ... Σαρμάτας βιαίως τε *& cet. pro* μάχας ... *scripsi correctius,* μάχας Σαρματῶν ... *Nec multo post,* ... *feci* ... *licet in Sylburgii m. f.* ... *reperirem, loco illius vitiosi* ...

780. f. *Post illud sequenti fragmento pro* ὁ ἄπω: Νάνος, *reposui necessario* ὁ ἄπειρος ὅτε ὁ Μάνος. *cuius integritas ex subiectis perspicitur.*

781, p. *In duobus proxime sequentibus habent m. f. nō* Βηβαρσάτην, *sed* μηβαρσάτην, *quod expressi. Nota similitudo litteræ* Β *cum* μ, *vel potius* μ *cum* μ. *si more Græcorum instar* μ *Latinæ pingatur, quod alibi quoque monstrauimus in Dionis.*

AD INSERTA M. ANTONINO.

8. 7, m. *Fragmento primo medio Fuluii liber habebat,* οὐ μέντοι καὶ ἐν τῇ ἐπιμιξίας καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐνεχω, *Sylburgicus* καὶ τῆς ἐπιμιξίας. *Ex his duabus veram eruī scripturam,* οὐ μέντοι καὶ τῆς ἐπιμιξίας καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐνεχεν.

808 m. *In fragmento, cuius initium,* ἐπρεσβεύσαντο οἱ Ἰάζυγες εἰρήνην *&c. pro* καταφεύγοντας εἰς τὴν ... *restitui de m. f.* ... *quod rectius.*

808. f. *In fragmento, quod incipit,* οἱ Ἰάζυγες κακωθέντες, *nomen illud corruptum,* τὸν Βαναδάσπον, *de m. f. emendatum,* τὸν Βανάδασπον, τὸν δεύτερον σφῶν βασιλέα. *Rursus ibidem* 809 p. *Pro* τῶν αἰχμαλώτων μυριάδας ἀπέδοσαν, *rectius & plenius a me repositū e m. f.* ὅτι τῶν αἰχμαλώτων μυριάδας δέκα ἀπέδοσαν. *Item mox illa,* πολλοὺς δὲ τελευτήσαντας, πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ πλάς εὐθύς, *sic ex iisdem redintegrata,* πολλοὺς δὲ τελευτήσαντας, πολλοὺς δὲ καὶ φυγόντας εἶχον. καὶ ἱππέας εὐθὺς *&c. Statim post* πεντακισχιλίους *in m. f. aditur* καὶ πεντακοσίους.

809, m. *In fragmēto, cuius initium,* Οἱ Ἰάζυγες ἐπρεσβεύσαντο, καὶ ἤτησαν *&c. sub finem illa,* ... σφίσι πολεμίους ὑπολείποιτο, *vitiosa quum sint, e m. f. ita correxi,* ... σφίσι πολέμιος ὑπολείπηται.

810, p. *Ibidem in fragmento, cuius initium,* τοῖς Κουάδοις καὶ τοῖς Μαρκομάνοις *&c. pro* δύο μυριάδες ἑκατέρων στρατιωτῶν, *verior scriptura reposita,* ὅτι δύο μυριάδες στρατιωτῶν. *Paullo post,* μετὰ ἀδείας ποιεῖν, *auctum hoc modo,* μετ' ἀδείας ποιεῖσθαι. *Rursum non multo post, Vrsino sunt* Ναρισταί, *qui m. f. aliis* Σεμνόνες: *incertum, vtro nomine veriore.*

AD INSERTA SEVERO.

851, m. *In fragmento, cuius initium,* διὰ τὸ τοὺς Καληδονίους, *statim sequitur ex Vrsini libro,* μὴ ἐμμεῖναι ταῖς ὑποσχέσεσι, καὶ τοῖς Μαιάταις *&c. quod ita scribere malui,* μὴ ἐμμεῖναι ταῖς ὑποσχέσεσι, τοῖς Μαιάταις *&c.*

AD FRAGMENTA EX VRSINI MEMbranis descripta, de Caracallo, Macrino, & Auito.

890, p. *Vbi legebatur,* καὶ τὴν τῶν ἄλλων δόξαν, *equidem audacter reposui,* ἵνα καὶ τὴν τῶν ὅπλων δόξαν, *& quod statim sequitur*

sequitur, βαρὺς αὐτ῀, *mutaui in* βαρεῖς αὐτῶν, *vt respondeat illi voci* ἔχοντες *precedenti.*

Non multo post, vitiosum hoc sequitur, * ἠγανάκτησαν, καὶ συῤῥάξαντες μαθόντες ὅτι, *pro quo restitui* κατανεῖσθαι, *non ex testimonio Xiphilini dumtaxat, verumetiã Dionis ipsius auctoritate, qui libro 49 verbis similibus vtitur*, κατατιμῶντες συῤῥάξαντες. *Nam quod heic* καταχέσθαι, *illic est* κατατιμᾶν.

Rursus ibidem statim sequitur in Fuluii libro. καὶ ἐκείνω τε πολλοὺς μὲν ἀπολέσαντες ἦσαν, ἐκ δὲ δή, *quod ex his aio corruptum*, καὶ ἐκείνους ἀπολλυμένους ἀκούσαντες ἦσαν, ἐκ τε δή, *cum ceteris sequentibus.*

891. p. *Non multo post, in descriptione necis Caracalli, quum* ὑπό τινος τῶν Σκυθῶν *legeretur, reposui* Κελτῶν, *ex auctoritate coætanei scriptoris Dioni nostro Herodiani, qui* Γερμανὸν *expressius scripsit. Notum vero, Dioni quoque* Κελτοὺς *&* Γερμανοὺς *eosdem esse. Rursus ibidem male scriptum erat,* Κελτοὺς *(cum interiectis)* καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀφελόμενος. *Nam quo modo potuit abstrahere Caracallus viros a viris & feminis? Ergo reposita scriptura verior,* καὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἀφελόμενος: *vt intelligantur viri a liberis & vxoribus abstracti.*

894. p. *In fragmento, quod Agrippæ & Triccíani mentionem facit, vitiose legebatur,* ὑπὸ τοῦ Τακίτου σὺν τοῖς ἄλλοις καταλεχθέντα, *pro quo confidenter scripsi* καταχθέντα, *quum intelligatur ab exsilio reductio.*

897. m. *In fragmento, cuius initium,* Ῥωμαίων αὐτοῦ, *pro* ἄλλους καὶ τεθνηκότας, *reposui* ἀπιόντας καὶ τεθνηκότας. *Non multo post, ex* τῆς βάσσης τοῦ Πομπωνίου παιδὸς, *feci* τοῦ Βάσσου, *quod verum erat Pomponiorum cognomen, vti vel e fastis consularibus paret.*

898 f. *Rursus vbi Festo traditur Asia data prouincia, non recte scriptum hoc,* ἐπειδὴ μακρὸς ὁ χρόνος, *recte mutatum in* βραχὺς ὁ χρόνος, *quod ipse verborum sensus probat.*

899. f. *Rursus in fragmento de prodigiis, quod incipit ab his verbis,* Ἔμελλε δὲ οὐδ᾽ ὁ Μακρῖνος, *scriptum perperam legebatur:* καὶ μέλισσαι κηρία ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Βιθυνίᾳ ἐνέπλασαν. *pro quo reposui vel ipso auctore Dione,* ἢ μέλισσαι κηρία *(cum ceteris interiectis)* ἐνέπλασαν. *Sic enim & 56 libro loquutus est,* μέλισσαι περὶ τοὺς βωμοὺς κηρία ἀνέπλασαν, *quæ verba suo loco ex his emendauimus, vt hæc nunc ex illorum aliqua parte.*

902. f. *In fragmento, cuius initium,* Καὶ ὁ Μακρῖνος ἐς τὴν Ἀπάμειαν, *mentio fit* Albaniorum militum *quos equidem* Albinios *vbique scripsi, ex m.s. librorum auctoritate. Nam Albino quondam militantium hæ reliquiæ scilicet erant. Ibidem statim a principio legebatur,* καὶ τὴν αὐτοκράτορα *(cum interiectis)* ἀπόδειξιν, *quod ipse plenius,* καὶ τὴν ὡς αὐτοκράτορα ἀπόδειξιν, *reddidi.*

903. p. *Non multo post vitium his inerat,* ἢ αὐτοῦ τοῦ προσόντος στρατιώτης, *quod expurgatum scribendo* ὅτι προσόντος. *Quod postea sequitur nomen* Basiliani, *præfecti Augustalis Ægypti, Fuluius absq; causa suspectũ habere videtur, ex historia Zonaræ, quasi* Basilianũ *hunc dixerit is* Eutychianum. *Ego nihil inesse vitii arbitror, & aliũ putandum* Basilianum, *alium* Eutychianum.

905. p. *In fragmento quo Gannys aciem struxisse legitur, hæc verba,* ὥστε καὶ ἐπιτιμίας τοῖς προδοῦσιν αὐτὸν χαρίζεσθαι, *vel ita scribenda,* ὥστε καὶ ἐπιτιμίας τοῖς ἀγροῦσιν αὐτοὺς χαρίζεσθαι, *vel saltim hoc modo,* ὥστε ἢ ἐπιτιμίαν τοῖς ἀγροῦσιν αὐτὸν χαρίζεσθαι.

Ib. m. In fragmento penultimo de Macrino, sub finẽ, pro ἀντεπίλαβον σκοπούντων ἐποίει, *recte collocatum a nobis,* ἀντεπίλαβον σκοπούντων ἐτίθει, *quiuis perspicit.*

In vltimi fragmenti principio ibidem, *viti*um *non contemnẽdum hisce verbis inerat* καὶ εἰ μὲν ἐπεμείνατο ὑφ᾽ πάντας ἀνθρώπους, *quod hac scriptura sublatum*, καὶ ὅμως ἐπειδὴ ἂν ὑφ᾽ πάντας ἀνθρώπους. *Iisdem paullo post; ante* καὶ διέβαλλε, *non abs re posui*, νῦν δὲ καὶ διέβαλλε, *vti Dio scripserat. Et quod statim sequitur*, ἀξιωτάτου αὐτοῦ φρόνημα, *necessario mutandum vel in* ἀξιωτάτους αὐτ῀, *vel in* πάθημα ἀξιωτάτῳ αὐτοῦ, *quod magis probo.*

909 p. *In fragmentis de Auito quo loco Seueri mẽtio fit, inuasoris imperii, pro* τοῦ πατρὸς τοῦ Σκυθικοῦ τείχους, *indubitanter reponendum existimaui,* τοῦ Σκυθικοῦ τέλους. *Intelligitur enim* legio, *quæ Dioni etiam aliis in locis* τέλος *dicitur. Locus memoriæ occurrit vnus, libro 55. Dionis, vbi Rom. legiones recensentur.*

Ibid. f. Non multo post, πάλιν παρ᾽ ὅσον περὶ τὸ καθιστικός, *rectius a me scriptum,* πάλιν καθ᾽ ὅσον περί τι &c.

910. p. *Post paucos versus legebatur,* αὐτ῀ ἀντιγράψαι, *pro quo rectius* αὐτ῀ ἀντιγράψαι, καὶ ὅτι τὸ καταρχὰς &c.

Locus ille mutilus, qui statim sequitur, ἐν τῇ τῶν εὐχῶν ἡμέρᾳ.. * ..*sic visus est mihi supplendus,* ἐν τῇ τῶν εὐχῶν ἡμέρᾳ ἐχρήσατο *nec facile quis contradicet.*

Sub finẽ [pag. 902] deniq; legebatur, δῶρον σφίσι, *pro quo reposui* δῶρον σφίσι *(cum interiectis)* πρόσθεν. *Ipse verborum Dionis sensus exigit, vt ita scribatur.*

AD FRAGMENTA DIONIS.

[Pag. 919]

AD frag. 1. *de legationibus. Vbi legitur ex Fuluii Vrsini V. C. libro,* αἰτούμενοι πρὸς σφᾶς ἔπεμψαν, *reposui ex manuscripto Sylburgii,* αἰτούμενοι σφᾶς, *hæc enim coniungi debent, non* σφᾶς ἔπεμψαν.

Ad 2. Pro ἐγχέοντες *male Fuluius* ἐγχέοντων.

Ad 3. Non Ἀγύλλαι, *quod Vrsinus & m.s. Sylburgii habent, sed* Ἀγυλλαῖοι *scribendi, qui & Cærites. Quod de Ptolemæo Philadelpho sequitur hoc ipso fragmento, non pertinet huc sed in m.s. post septimum collocatur.*

Ad 4. Manca sunt hæc e Fuluii libris & emendatione, ἐπειδὴ φθάσας ἑαυτ῀ διεχειρίσατο, ἔτυχον τῆς εἰρήνης. *Redintegrari vero debent e m.s. hoc modo:* ἐπειδὴ φθάσας ἑαυτ῀ προκατεχρήσατο, διῤῥίψαν· οὐ μέντοι καὶ ἔτυχον τῆς εἰρήνης.

Ad 5. Asteriscum ad illa, στειλάντων * ἐκεῖνόν τε συνέλαβον, *posuit Vrsinus. At si scribas,* πρεσβευτὴν *(cum interiectis)* ἔστειλαν. οἱ δὲ ἐκεῖνόν τε συνέλαβον &c. *licet asteriscum tollas.*

Ad 6. Pro τὸ δείλης, *non abs re substitui,* ἀπὸ δείλης. *Ibidem* ὥσπερ τι θαυμαστὸν εἰργασμένοι, ἐς δὲ δὴ τοὺς Ῥωμαίους, *quæ Vrsini lectio est, ita scribi præstat:* ὥσπερ τι θαυμαστὸν εἰργασμένοι, τῶν δὲ δὴ ἐς τοὺς &c.

Ad 10. Quod in fine verbũ legitur, τήν τε πρόσοδον *(cũ interiectis)* ἐποιήσατο, *ab Vrsino positum fuit, pro* ᾐτήσατο; *quod erat in libro m.s. Sed alii m.s. rectius* τήν τε πρόσοδον ᾐτήσατο.

Ad 11. Vitiose liber Vrsini, πρεσβεία αἱ τῶν ἐλθοῦσα. *rectius m.s.* πρεσβεῖαι αἱ τῶν ἐλθοῦσαι.

Ad 12. Hæc verba libri Fuluiani, τοὺς Ῥωμαίους *(cum interiectis)* αὐθυπουργεῖν τι εὐθὺ. τούτοις προθύμως, τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς σπουδάζουσι, *sic emendanda censeo,* τοῖς Ῥωμαίοις *(adde intermedia)* αὐθυπουργεῖν τι εὐθὺς προθύμους, ὡς τοῖς πρὸς ἑαυτοὺς σπουδάζουσι βοηθεῖν δοκεῖν. *Quæ scriptura non admittit, vt ex opinione Fuluii* δοκεῖν *excludatur. Ibidem positus asteriscus ab Vrsino, tolli potest, verbis hoc modo collocatis:* μαντεῖα δὲ τοῦ Πίσσου ὄντα, ὁρῶντες τῶν Σαρδιανῶν, *(rectius* Σαρδώων*)* καὶ οὐδὲν μέτριον ὑπὸ θεραπόντων αὐτοῖς ἀπεκείσατο. *Paullo post ibidem,* δυνάμεως ἧς ἦρχε, *mutaui ex m.s. in* ἧς εἶχε.

πόλεως ὄντι, *quo significetur*, Baulos e regione Neapolitanæ vrbis esse sitos, & distare ab ea 26 stadiis. *Id verum esse, norant omnes, quotquot illac adierunt loca, Baiarum vicina thermis.*

655.*p.* *pro* ὡς ἐς τὴν ῥώμην αὐτοῦ μᾶλλον, ὅτι τὸν Καίσαρα φοβούμενος, *scribe* τὴν ῥώμην αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ τὸν Καίσαρα. *Ibidem m. pro* ἱπποδρομίας ἐν αὐτοῖς ποιούντων, *fac* ἱπποδρομίας ἐν αὐτοῖς ποιούντων, *scilicet* τοῖς ἐφήβοις, *quod repetendum e superioribus. Rursus ibidem,* ἐς προσηκει γε, *mutandum in* προσῆκε γε.

656.*f.* *pro* ἄλλοις νεωτερίζοντας, *repone* ἄλλοις ὡς νεωτερίζοντας *quia sequitur,* ἄλλους ὡς ἐπιβουλεύοντας. *Iterum ibidem,* ἐναγκάζοντο παντοίως τι (*cum interiectis*) αἰτιᾶσθαι. *locus paullo ante tactus, vbi malim pro* παντοίως τι *legere* πάντως τι αἰτιᾶσθαι.

658.*p.* *Locus hic,* ὡς ἐς τὸ τὸν σφᾶς τι δυναμένοις, &c. *corruptus est, & sic restituendus,* ὡς ἐς τὸ τὸν σφᾶς τι δυνάμενον, &c. *Referendum autē hoc* δυνάμενον *ad ipsum Caium. Deinde linea vltima,* ἐς πολλὰ τὰ ἐψηφίζετο, *corrigendum* ἐς πολλὰ πολλὰ ἐψηφίζετο.

661.*p.* ἐς αὐτῶν ἐς ἱκετείαν (*cum interiectis*) προσήγαγεν, *mutandum in* ἐς αὐτῶν ἱκετείαν προσήγαγεν.

663.*p* *pro* ἐς αἰκαλῆσαι, *legisse Xylandrum* ἀναβληθῆναι, *ex ipsius hac interpretatione colligitur;* Dilatusque, vt de quo paullo post supplicium esset sumendum. *Sed causa non erat, cur vsitata lectio mutaretur, cuius sententia margini adscripta.*

AD LIBRVM LX DIONIS.

667.*m.* *pro* τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐς ἀσφάλειαν προορώμενος, *apud Xiphilinum est,* τὸ καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλὲς προορώμενος. *elegantius haud dubie. Rursus ibidem versu post hunc tertio, pro* ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσαντα, *reperitur apud Xiphilinum* ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύοντας τούτου λαβὼν, *vbi si* ἐπιβουλεύοντας *mutes in* ἐπιβουλεύσοντας, *hic erit sensus:* Veluti nanctus hos homines, qui sibi quoque insidias structuri essent. *Atque ita ita ponendum in margine. Intelliguntur autem tum ipse Charea, tum cadis socii. Xylander quidem heic Thraseam infercit, cuius nomen in Græco non inuenitur. Ibidem f. Adgnoscit interpres hunc locum mendosum, in his verbis;* ἐκδηλότατα γὰρ ἐς ἐν τοῖς πάντων . . . πάντη . . . . . οὐ τῷ λόγῳ μόνον τὴν ἄδειαν σφίσι (*cum interiectis*) ἐπιτάξας. *Sed opem nullam adhibuit. Ego sic Dionem scripsisse iudico,* ἐκδηλότατα γὰρ ἐς ὧν ἐδεδίεσαν πάντων τῶν πάντη συμβεβηκότων οὐ τῷ λόγῳ μόνον τὴν ἄδειαν σφίσι (*cum ceteris*) ἐπιτάξας. *Sic & sublata menda, & reposita, quæ deerant. Ac verum vt fatear, occasionem supplendi, quæ deerant, ex hisce Dionis ipsius verbis cepi quæ supra, lib. 44. pagina 252.m. pagina de Atheniensium hac ipsa leguntur* ἀμνηστία, *in oratione Ciceronis ad senatum:* τῶν τι συμβεβηκότων σφισι, πολλῶν ἐς δεινῶν ὄντων, ἐπιλήσασθαι.

669.*f.* *Vbi legitur,* εἰς μὲν οὖν τι ἐς ἐποιοῦν περὶ τὰς πανηγύρεις ἔξω τῆς νενομισμένου παραχθὲν, αὖθις αὐτὰς, καθάπερ ἤρηταί μοι, γίγνεσθαι· ἐς πολλάκις τοῦτο, *cum ceteris, adnotat interpres non dubitare se quin sensum retulerit; verba tamen mendosissima emendare non potuisse. Præstemus igitur hoc nos, in hunc modum Dionis scripturam restituentes:* Εἰ μὲν οὖν τι ἐς ὁποιοῦν περὶ τὰς πανηγύρεις ἔξω τῆς νενομισμένου παραχθείη, αὖθις αὐτὰς, καθάπερ ἤρηταί μοι, γίγνεσθαι· ἐς πολλάκις τοῦτο (*cum interiectis*) συμβαίνοντος, *& cet.*

670.*f.* *pro* Μαυρουσίους νικήσας, *restituendum* Καύχους νικήσας, *non* Μάρσους *quod Xylandro nomen heic reponere placuit. Intelligit autem Dio* Cauchos minores, *ad ostium Visurgis nostri, cis amnem illum. Nam qui ad ripam vlteriorem, Saxoniam versus habitabant,* Cauchi maiores *adpellabantur, Romanis indomiti. Consecutus est autem P. Gabinius, Cauchis hisce deuictis, vt concessu Claudii Augusti* Cauchius *cognominaretur, quemadmodum Suetonius refert.* Marsi *vero, Batauorum (qui & hodie* Betauienses *vocantur) vicini, non tunc primum fuere sub iugum missi, sed citius imperium Romanorum adgnouere, quam hi populi Visurgici.*

674.*m.* *Mutila sunt illa hæc,* ἐν τῷ εἶναι ἐς τὸ ὑπὸ προσούσης διηγήσασθαι, *sic e Xiphilino supplenda:* ἐν τῷ εἶναι ἐς τὸ ἐνὶ ἐπ' ἐνίοις ὑπὸ προσήσαντος διηγήσασθαι. *Fuit autem omissum* ἐνίων, *ob similitudinem cum præcedenti* ἐπὶ, *calligrapho negligentius voces has inspiciente.*

676.*p.* *pro* ἐν τῷ δημαρχοῦντα ἐς ταλαιπωρίαν, *reponendum* ἐν τῷ δημ. ταλαιπωρίαν. *Rursus ibidem m. pro* αἰδῶ *haud dubie* αἰδῶ. *& f. non* πάνυ αὐτοὶ (*cum interiectis*) *probandum legendum sed* πολλοὶ αὐτῶν (*nimirum* τῶν πολιτῶν, *ex præcedentibus*) ἐβοῶντο.

677.*m.* βουλευτὰς λογισμώτατος, *si Dionis loquendi morem sequi volemus, in* βουλευτὰς ἐλλογιμωτάτους *commutabimus.*

678.*p.* *pro* ἀπ' ἄλλοις βασιλεῦσι προσεπεπομφότων, *reponendum* ἀπ' ἄλλοις ἄλλοι βασιλεῦσι προσεπεμψαν. *Ibidem m. traiecta sunt hæ voces,* τὸ ἐς τὸ μὲν ταῦτα αὐθέκαστον αἰχμαλωτίσας, *sic suo reponenda loco,* τὸ ἐς μὲν ταῦτα τὸν αὐθέκαστον *& cet.*

680.*f.* *pro* ἐς ζημίαις οἱ πάς (*cum intermediis*) ἐπέτρεψε, *scribendum* ζημίαις αὐτὸν (*scilicet* τὸν Δίωνα, *quod præcessit*) ἐπέτρεψε.

682.*p.* *pro* ἐπὶ ἀρχῇ προφάσεως ὡς αὐτῶν (*cum intermediis*) αἰχμαλωσίας, *legi præstat,* ἵνα ἀπὸ προφάσεως ὡς αὐτῷ (*scilicet* τὸ ἀρχῆς, *quod præcessit*) αἰχμαλωσίαν. *Rursus ibid. statim sequitur,* τὰς ἐκδημίας ὡς τι ἐπιτρέπεσθαι, *quod mutandum in* τὰς ἐκδημίας τι ἐπιτρέπεσθαι.

684.*p.* *pro* μηδὲ τοῖς ὅτι τῶν τῆς διατριβῆς αὐτῶν βουλῆς, *scribe* μηδὲ ποιοῦντι (*cum interiectis*) βουλῇ.

686.*m* *pro* δεινότατα τινα τοῦ πράγματος χρήσεως, *Xiphilinus* πράγματι *rectius.*

687.*m.* *pro* ἐπὶ Δίωνι ἐπιδημεῖν, *planius apud Xiphilinum,* ὅτι Δίωνι ἐν ἐπιδημεῖ.

AD LIBRVM LXI DIONIS.

690.*m.* *Vbi legitur* πρὸ τῆς γήρως, *scribendum* πρὸς τὴν γέροντος, ab aliquo sene. *Ibidem sequitur statim,* διὰ ταῦτα οἱ ἐσεῖ, *quod rectius erit* διὰ ταῖς σαῖς *& cetera: vt referatur ad vocem* λιβέρεις, *quæ præcessit. Sensum margo exhibet, diuersum ab eo, quem Stephanus expressit, sed omnino veriorem. Ibidem f. secutus sum in margine lectionem Theodosii, cuius hæc e Dione verba sunt:* ἐς τὸ μὲν πρῶτον ἡ Ἀγριππῖνα πάντα αὐτῷ διῴκει, ἐς πρὸς ἐς τὸ ἐπιχεῖν, τοῦ ταῦτα αὐτῷ *& cet.*

691 *p. sic apud Theodosium legitur,* (ὁ μὲν γὰρ ἀνὴρ τῆς δορυφορικῆς ἦν, ὁ δὲ διδάσκαλος αὐτοῦ) ἐς ἐπαινῶν *& cet. commodius aliquanto, quam in editis Xiphilini.*

692.*p.* *In his verbis,* τῶν δὲ δῆλον ἐς ἐκ τῆς πίστεως τῶν δαπανωμένων, χρὴ μὲν τις *& cetera, primum admitto* δῆλος *pro* δῆλον, *cum H. Stephano; postea scribendo* τῶν δὲ δαπανωμένων αὐτῷ, χρὴ μὲν τις *& cetera. Sic integer locus est, & asteriscus tolli potest.*

693.*f.* *H. Stephanus in his,* ὡς γὰρ ἐκείνης Νέρων, *illud* ὡς *mutilatum putat ex* ὡσπερ; *ego ex vltima syllaba præcedentis* ἀλγούμενος *irrepsisse iudico, & expungendum, vt hoc modo legatur:* ὡς τὴν ἡμέραν αἰτιώμενος. ἐκείνης γὰρ ὁ Νέρων *& cet. quæ iam sane perspicua sunt.*

697,m. pro ἀσίας ὑμνᾶναι, rectius arbitror, ἀσίας ἐκφαυλῶσαι, saluis aliorum iudiciis.

AD LIBRVM LXII DIONIS.

701,f. pro φερόμενοι, melius φέρομαι collocabitur.

705,f. Non dubito equidem in his verbis, τοὺς τῶν ἀντικαθεστῶτας, ὑπῆκουσαν κεχειρώμεθα, vitiosum illud ὑπήκουσαν ita mutare, ut ὑπηκόοντας κεχειρώμεθα legendum adfirmem. Non enim ὑπῆκον potest idem esse, quod νικᾶν, quũ contrarium eius significatum sit.

707,f. Pro ἀξιονικότατα πολλὰ dico legendum περιεσπασμένα πολλά, quod etiam aures ipsæ lubentius admittunt, & ita scriptum a Dione indicant.

714,m. Stephanus hæc verba, ἢ τί ἄν τις θαυμάσῃ εἰ παιδία αὐτῷ ἐπέχθη, sic emendanda putat, ἢ τί ἄν τις θαυμάσειε, εἰ παιδία εἰς αὐτὸ ἐπῆλθεν. Ego minori mutatione, propiusque priorem ad scripturam accedente corrigo, ἢ τί ἄν τις θαυμάσειε εἰ παιδία αὐτῷ ἐπήχθη, quorum sensus ad marginem reperitur. Quod verbum ἐπήχθη adtinet, legitur hoc eodem significato praced. pagina, 713,m. πρὸς τὸ ἔλεγχον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπεχθεὶς. vnde paret, hoc aliud a Dione non fuisse positum.

AD LIBRVM LXIII DIONIS.

716, princ. libri. Quomodo mederi huic loco voluerint alii, non dicam. Sylburgius noster voces non paucas desiderat. Ego pro ἡ νικητήρια αὐτῷ μὲ ὀκτώ μιν, τῶ τ & cetera, simpliciter repono veram Dionis scripturam, ἡ νικητήρια αὐτῷ μὲ χρόνου, & cet. vt coniungantur hæc, νικητήρια αὐτῷ μὲ χρόνον ποιῆσαι, quæ sensum aptissimum efficiunt, in margine redditum.

719,p. pro illis ὅτι ἐλθὼν πρὸς τὸν Νέρωνα & cet. rectius legitur apud Theodosium, οὕτε ἐλθὼν πρὸς τὸν Νέρωνα, καὶ δι πολλάκις μεθ' τιμηθεὶς ἠθέλησε, ὁ πλοῦς & cet. Plenius etiam illa, τί τε συνθησόμεθα συμβαλεῖν ἀλλήλοις, apud eumdem his verbis scribuntur, τί τε συμβησόμεθα, τοῦ δυνησόμεθα συμβαλεῖν ἀλλήλοις. παιδία τὸ τελευταῖον ὁ Πάρθος ἔγραψε. Νέρων δὲ & cet. quorum sententia marginis adscripta. Sylburgius illud ὅτι putabat expungendum, aut in ὅλως mutandum.

722,f. In his, τὰς φλέβας αὐτῶν χάσαντες, relinqui posse fateor illud χάσαντες. sed ita, vt aptius arbitrer σχίσαντες, quemadmodum libro præcedente de Paullina Seneca coniuge legitur, ἔχει ἡ τὰς ἑαυτῆς φλέβας. Plus est enim omnino σχίζειν, quam χάζειν.

723,f. pro ἡ τῶν πυλῶν περιρρήγη, legendum aio, τ πυλῶν τι περιρρήγη.

726,p. pro οἱ ἄλλοι πάντες ἐκεχείλον, ἡ αὐτὸς δεόμενος, rectius putem οἱ ἄλλοι παῖδα ἐκεχείλον, αὐτὸς δεόμενος. Mecum Blancus interpres facit.

727,m. Corruptum illud ἄφθονον haud dubie, Sylburgius mutandum existimat in ἄφριδον, vt decoctæ Suetonii respondeat. Sed ἄφριδον non placet, parum (ni fallor) Græcum. Potius ὅταν τὸ ποτὲ τὸ ἑψὸν τὸ ἑφθὸν dicemus scripsisse Dionem, qui & in Vespasiano, pag. 749, f. hoc vocabulo vsus est. Ibidem vltimum huius libri verbum ἰσόμαι haud dubie vitiatum, & in ἰσόμεναι mutandum, vt præcedentibus αἱ δάφναι, & proximo περιδέρραια respondeat. Nam ad τὸ ἦρος torqueri nequit.

AD LIBRVM LXIV DIONIS.

730,p. Vbi legitur vitiose, δυομένου ἡ αὐτῷ, dico syllabas a librariis esse transpositas, omissis etiam literis quibusdam, & hoc modo locum restituendum, δυνη μόνου αὐτῷ μόνος τῶν βουλευτῶν & cet. Sic omnis de vsu illius δυομένου sublata disputatio. Rursus ibidem paullo post, versu tertio post hunc, verbum συντυγχάνειν non abs re suspectum, adeoque corruptum, & pro eo scribendum arbitror, τὰς ἀρχὰς ἐντυγχάνειν. in quo metum facit & interpres.

731,f. Pro πανταία ἀνεδίδου, scribendum meo iudicio πανταίαν ἐδίδου. Sic enim & alibi Dio noster locutus est, vt libro 60, p. 676, m. Geminata nimirum syllaba fuit, e fine vocis præcedentis.

AD LIBRVM LXV DIONIS.

737,p. Pro ἀπ' Ἀντωνίου Πείσωνα repono Ἀντώνιον Πείσωνα, & recte quidem, vt ex sequentibus adparebit loco suo.

738,m. Pro ἐν τῇ ἡμέρᾳ μόνῃ, scribo vocem vltimam μόνον ex Theodosio: cuius & illa paullo post, Xiphilinianis his, οὐ τὰ λείψανα τῶν νεκρῶν, longe pleniora; nimirum οὐ τὰ λείψανα τῶν σωτήρων νεκρῶν, οὐχ ἡ μνήμη τῶν πάθους, οὐ τὸ πλῆθος τῶν μάτην ἀπολομένων ἐσχάτων. quæ sic a Dione fuisse scripta, nemo dubitet. Reddita sunt autem in margine.

739,m. Illa verba, (νίφη γὰρ αὐτοῦ ἐδεῖ ὅτε συνίκρυπτεν) perfectius apud Theodosium leguntur, hoc modo: (νίφη γὰρ αὐτῶν πολλὰ ἡ παλίνα ἐβρόντα, συνεχὲς συνίκρυπτεν) & sic potius ipse Dio scripsit. Ibidem rursus illa paullo post, ἄν τε οἱ ἀποκτείνῃς ἐμέ, ἄν τε ἢ ἐγὼ σε, sic apud Theodosium reperio, αἴ τε ἀποκτείνῃς με, αἴ τε ἢ ἀποθάνῃς. Rursus in his paullo post, τὰ ἀναγίσματα (cum interiectis) ἐξημάχοντο, necessario verbum hoc postremum ex Theodosio mutandum in διδόσεν. Hoc scriptura vitium impulit interpretem, vt auctoris sensum mirifice torqueret.

742,p. Pro ἐν φρυκτωρείαις ὁρώμενοι scribendum plane cum Theodosio, ἐκ φρυκτωρείας αἰρόμενοι.

AD LIBRVM LXVI DIONIS.

749,f. Locus hic vitiosus est, ἐντελίσαντο ἐξ ῖπτο, ἡ οὐδ' ἦξω & cet. Vt autem corrigatur, ita scribendum existimo: ἐντελίσαντο πάντα δίκης, ἡ οὐδὲν & cet. Vox πάντα, dimidia ex parte hæret in extrema illius ἐντελίσαντο præcedentis syllaba: ἐξ ῖπτο partim ex δίκης corruptũ, partim ex ἐξ ῖπτο lineæ sequentis irrepsit.

751,p. Illa verba, τὰς πάντας ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, εἰπὼν ὀργῇ μᾶλλον (cum interiectis) κατ' αὐτῶν. sic scribenda: εἰπόντος ὀργῇ μᾶλλον (cum interiectis) κατ' αὐτῷ. Sensus autem is, quem margini adiecimus.

757,p. Ex illis corruptis, αἰσχοί τοι ἡ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων παῖδα, facienda hæc integra: αἰσχιον δ' οἶκοθεν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων παῖδα. Nimirum ex οἴκοθεν, profluxit illud τοι ἡ. Ibidem f. Pro ἐπί τε τ Φλαβίου, scribo ἐπί τε τ Πλαυτίου, quod verum huic consuli nomen fuit: itemque pro ἤμπιουν γὰρ δι αὐτ, rectius ἡμπιουν γὰρ ἔτι.

758,p. pro ἀκριβῶς ἀνίγεν, simplicius ἦγεν.

AD LIBRVM LXVII DIONIS.

763,p. Pro ἡ νάνους (quod vocabulum interpres quoque retinuit inexplicatum) ἡ γυναῖκας συνέβαλε, repono νάνους ἡ γυναῖκας: vt intelligantur commissi nani cum mulieribus.

AD LIBRVM LXVIII DIONIS.

769,m. Pro ὑπερφάνειαι, probe Blanci συγγει-

ἐπιδείξωσι, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἰδεῖν ὅ,τι οὐ δυναμένην ἐξεργάσασθαι. *hoc est* pilæ velut in hoc ipsum factæ, vt ostendant, naturam humanam (virtutem Romanam *dixit inscriptio*) nihil non efficere posse. *Non multo denique post sequitur apud Dionem, thesauros quoq; Decebali, defossos sub amnem Sargetiam, a Traiano fuisse inuentos. Ei rei monumentum hoc positum.*

IOVI INVENTORI
DITI PATRI
TERRAE MATRI
DETECTIS DAC
THESAVRIS
CAESAR NER
VA TRAIANVS
AVG.
SAC. F.

777, *m. Pro* πλείους πρεσβείας, *Theodosius aliquanto elegantius habet,* πλεῖσται αἱ πρεσβεῖαι.

785, *f. Corrupta dubio procul hæc,* ὁ δυνάστης τῆς πρεσβείας πάντων πεισώντων, *sic emendabis,* ὁ δυνάστης τὴν πρεσβείαν πάντων πειθόντων: *quorum sensus ad marginem expressus.*

AD LIBRVM LXIX DIONIS.

791, *m. Inest vitium his,* οἱ περὶ τὸς αὐτοκράτορας ἔχοντες. *Loquitur enim de* Cæsareis, & aliis, qui adsunt imperatoribus. *Ergo sic repurgator:* οἱ περὶ τὸς αὐτοκράτορας ἀεὶ ὄντες. qui circa principes semper sunt. *Versu ab hoc tertio pro* λίγω *malim* λέξω. *Item pag. eadem,* ὁ Εὐφράτης ὁ φιλόσοφος, *mihi quidem est potius* Εὐφράδης, *ab* orationis elegantia *formato nomine; quod deinceps etiam Themistio præfecto vrbis Romæ nouæ, tributum; ad quem Nazianzeni epistolæ quædam exstant, & reliqua sunt aliquot orationes, in quarum titulo cognomentum datur* Εὐφράδης, *idem cum hoc* Εὐφράδης. *Dabit has breui latinas* Georgius Remus *patricius Augustanus, & I.C. cui* Marquardus Freherus, *Palatino septemuiro principi a consiliis, nouum illud in disciplina iuris ciuilis accensum a sole Cuiaciano sidus, auctor fuit; vt intactum ab aliis opus ipse sollerter expediens, dignam erudita diligentia lauream promereretur. Rursus ibidem f. non recte scripta sunt illa,* καὶ κατεσκευασμένα καὶ μετεῤῥυθμισμένα καὶ μετεσκευασμένα: *in quibus vltimum hoc & alii mutant in* μετεσκευασμένα, *in priori non præstant operæ pretium. Scribendũ enim* καὶ καλῶς ἐσκευασμένα. *Quorsum namque illud H. Stephani,* καὶ καταλελυμένα?

792 *m. Quod legitur ex Dione,* οὕτω καλῶς ἤσκητο τὸ στρατιωτικὸν αὐτῷ, ὥστε καὶ τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βασιῶν τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο, *Blancus hoc modo reddiderat;* Quum ita milites exercuisset, equitatus, qui Batauus nominatus est, Danubium transiit armatus: *in ceteris non optime id quidem (nam dicere debuit,* Tã egregie miles eius exercitus erat, vt etiam equitatus ille, quem Batauorum adpellant, armatus Istrum natatu transmiserit)*at in nominis* Βασιῶν *correctione, satis bene profecto, quum sine dubio de Batauorum equitatu hæc Dio scripserit. At H. Stephanus,* Pro Βασιῶν, *inquit,* scribo Βασταρνῶν, & interpretem valde aberrasse dico. *Nihil tamen adducit in medium, quo fidem iudicio suo de Blanci errore illo insigni faciat. Ego vero criticum hunc errare, non Blancum aio. Nam quod Bastarnas attinet, meminisse debuit, hos Probo imperatori sese subiecisse, CLX post Hadrianum, de cuius imperio nunc agitur, plus minus annis; & eosdem ab illo primum tempore, donatos agris a Probo in Thracia, secundum leges & instituta populi Rom. vixisse. Hoc scire potuit ex Zosimo meo, cuius libros duos priores, a me sibi cũ quatuor reliquis missos, vt nomine meo ederet, Herodiano adiunxit, & pro suis Philippo Sidnæo dedicauit, nulla mei nominis mentione facta, non Græcum exemplar, non ipsam quod interpretationem adtineret: ac ne quidem in hunc diem remissis posterioribus quatuor, toties a me repetitis. vt de Xenophonte meo, iam decem & sex annis detento, nihil querar. Fraus quidem in vsurpatis duobus illis Zosimeis adeo quum aliis, tum optimo viro, Friderico Sylburgio, imposuit, vt eos alicubi Stephano in solidum acceptos retulerit. Hinc igitur scire potuit, Bastarnas id temporis necdum Romanis militasse; multoque minus cogitare debuit, hos contra Dacos Danubium tranasse armatos, quum eis Dacos adgressurus, nequaquam opus esset, vt Danubium transmitterent, cuius eamdem cum Dacis ripam tunc tenebãt. At Batavi iam toto amplius sæculo moribus Romanis viuebant, & in castris Romanis non infimo loco militabant, etiam fratres & amici populi Romani nominati, quod ex hac inscriptione paret; inter schedas Ludouici Viuis reperta.*

FORTVNÆ. AVG. SAC.
PRO. SALVTE. ITV. AC
REDITV. DD. NN
M. AVR. ANTONINI. PII
AVG. ET. P. SEPTIMII
GETÆ. NOBILISS. CAES.
CIV. BATAVI
FRATRES. ET. AMICI P. R.
V. S. L. M.

Eosdem Batauos, qui hodieque Betauienses *adpellantur ab insula* Betauia, *priscis* Batauia, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, quam diuisus Rhenus insulam efficit, quauis insula fluminea maiorem, *vt libro tertio Zosimus idem noster loquitur; Batauos igitur, sæculo quoque nostro laudem equestris rei feliciter adhuc tuentes, non tantum Hadriani Augusti, sed superioribus etiam temporibus inter equites selectos a Romanis fuisse habitos, vel ex ipso Dione nostro constat, qui libro 55 legiones Romanas, omnemque militiam ordine recensens, de Batauis inquit expresse:* ξένοι ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βατάβων, ἀπὸ τῆς Βαταβίας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου, ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσί, κεῖται. Sunt, *ait,* inter alios & selecti equites peregrini, quibus inditum Batauorum nomen ab insula, quæ in Rheno est, Batauia; quod isthic equitandi arte præstantissimi sint. *Eodem pertinet, quod imperatores Romani quosdam equites singulares e Batauis hisce legere solebant, vti colligitur ex inscriptione gemina vnius & eiusdem marmoris Romani, quod in Exquilino ad Eusebii visitur.*

CANDIDINIVS SPECTATVS
EQ. SING. IMP. N. NAT
BADAVS. VIXIT. ANNIS. XXX
STIP. XI. TVR. PROCLINI
CVR. GENIALI .....
VINDICE ....

CANDIDINIVS. VERAX
EQ. SING. IMP. N
N. BADAVS. VIXIT. ANN
XX. STIP. IV. T. PROCLINI
CVR. CANDIDINIO. SPEC
TATO. FRATRE. IPSIVS

Quod denique huc in primis spectat, etiam in Pannoniis, ad amnem Danubium, quem armati tranasse narrãtur a Dione, Batauos equites militasse, satis erit vel vnico marmoris antiqui docuisse testimonio;

quod in Pannonia superiori repertum, sæpius adspicere licuit inter alia non pauca, vetusti sane operis, in arce nobilis & magnifici domini HIERONYMI BECKA LEOPOLSTORF, Cæs. Ma. a consiliis, amici bene meriti, & perpetua obseruantia colendi, quæ ad quartum a Vienna lapidem distat. Eo marmore verba leguntur hæc.

ALBANVS. BALVI F.
DEC. ALA. AVGVSTA. ITVRAEO
RVM. DOMO BETAVOS. AN
NOR. XLII. STIPENDIORVM
XX. HIC SITVS EST. TITVLVM
MEMORIAE POSVERVNT
TIB. IVLIVS REITVGENVS ET
LVCANVS DEC. ALAE AVG.
ITVRAEORVM.

Nec est, quod quemquam moueat, heic dici, Albanum hunc Betauum inter equites alæ augustæ Ituræorum meruisse. Nam frequens hoc illis temporibus erat, factumque ab eo putandum propterea, quod etiam Ituræi parem pene cum Batauis equestris rei laudem obtinerent. Et adiectum non sine causa DOMO BETAVOS, quum exstet ibidem lapis alius de Barchate Recebali filio, eiusdem Ituræorum alæ milite, qui DOMO ITVRAEVS fuisse indicatur. Hoc etiam memorabile, quod in illa corruptione nominum propriorum, exteris vsitata, qua factum, vt Romanum marmor Badaos pro Batauis vocet, heic purum putum gentis nomen BETAVI, quod hodieque vulgo in vsu est, reperiatur. Verum satis, opinor, multis argumentis ostensum, non Bastarnas pro Bastais heic substituendos; sed nobiles illos equitandi arte Batauos. Itaque finem faciam, vbi lectores ad epitaphium Sorani Bataui, qui tunc hos ipsos inter Batauos Hadriano militasse, flumenque Danubium cum aliis popularibus suis armatus tranasse perhibetur, remisero. Licet autem id integrum legant in historia Batauica Gerardi Nouiomagi. Nam heic quidem sufficit, initium dumtaxat, recitasse, quod huiusmodi est.

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris,
Inter mille viros primus fortisque Batauos,
Hadriano potui qui iudice vasta profundi
Æquora Danubii cūctis tranare sub armis &c.

Hinc enim iam liquet, non Bastarnis, sed Batauis nobile facinus hoc transmissi natatu in armis Danubii vindicandum: ad quod obstupefacti barbari, non tantum pacem cum Hadriano fecerunt, verumetiam hostem ipsum suis in controuersiis arbitrum legerunt. Et carmen hoc omnem contradicendi materiem tollit, quum pro Batauis in fine Bastarnas non admittat.

796, m. Quod legitur heic in epitaphio Similis, βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά, traductum his a Blanco verbis; Cuius ætas multorum annorum fuit, ipse septem duntaxat annos vixit: omnino vitium scripturæ quoddam habet, quod in voce ΤΟ'ΣΑ latitat. Memini de hoc monitum aliquando me Constantinopoli, quum forte Cedrinum in manibus haberemus, a Theodosio Zygomala, doctissimo Græcorum omniū, quos equidē cognoui, & optimo viro, notario Patriarchico. Nam repertisse cōfirmabat antiquis in libris eius, quem dixi, Cedrini verum hanc scripturam: Σίμιλις ἐνταῦθα κεῖται, βιοὺς μὲν ἔτη ος', ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. hoc est. Hic iacet Similis, cuius ætas 76 annorum fuit, ipse septem dumtaxat annos vixit. Recitat autem hæc ipsa Dionis verba Cedrinus, quæ post Cedrinum Zonaras quoque sua in historia repetiuit. Et hoc modo licet hoc vitium tribus simul ex historicis tollas.

AD LIBRVM LXX DIONIS.

800. Hoc Antonini Pii Aug. encomium verbis his apud Suidam Græcis legitur. Ἀντωνῖνος ὁ βασιλεὺς &c. quæ edidimus. Liceat autem nobis hæc habere pro Dionis, quum alioqui Dioneam principis huius historiam desideremus; tametsi non ignorem, quid contra me possit in medium adferri. Cur vero Suidam dicamus tam præcedentium, quam sequentium Augustorum elogia, Dionis e libris, vt ipsa res ostendit, hoc tantum excepto, descripsisse? In Marco quidem laudando, qui proximus hunc sequitur, Dionis ipse mentionem expressam facit. Nam Eutropium quidem quod adtinet, etiam illum pleraque transcribendo mutatum e Dione, tum in aliis imperatoribus constat, tum in hoc vero consentaneum est. Correcta vero non pauca sunt a nobis, in tam paucis verbis. Nam ista, τοὺς τῆς ἀρχῆς διῳκει ex Eutropii sententia, qui prouincias imperii dixit, in τοὺς τῆς ἀρχῆς ὅρους, non abs re mutans. Similiter & illa vitiosa, ὡς ἐν μάλιστα πάντων τοῦ δικαίου πειρώμενος ἐπιμέλεσθαι· τοὺς τῶν δημοσίων ἐργῶν διοικοῦσι, sic emendanda non dubito: ὡς ἐν μάλιστα πάντων τοῦ δικαίου πειρώμενος ἐπιμέλεσθαι. τοῖς τῶν δημοσίων ἔργων διοικηταῖς. Vel Eutropius ita scribendum ostendit. Ex eodem manifestum, pro illis, ὡς τῶν προσοίκων τινὰς βαρβάρων, τὰ ὅπλα καταπεθημένους ἐπιτρέποντας τῷ βασιλεῖ τὰς δίκας, omnino reponendum, ὥστε τῶν προσοίκων τινὰς βαρβάρων, τὰ ὅπλα καταθεμένους, ἐπιτρέπειν τῷ βασιλεῖ, &c. Ex eodem denique, pro τῶν δὲ δημοσίων θησαυρῶν, legendum colligitur, τῷ δὲ δημοσίῳ θησαυρῷ. quod Sylburgius quoque notarat; & in iis, quæ statim sequuntur, πλῆθος παμπόλλων ἀπέλιπε χρημάτων, plenius scribetur, πλῆθος ἄπειρον παμπόλλων ἀπέλιπε χρημάτων, vt hæc opposita scilicet sint illis præcedentibus, πολύ τι πλῆθος χρημάτων κατειλημμένος, quibus respondeat πλῆθος ἄπειρον.

AD LIBRVM LXXI DIONIS.

805 p. Mendum insigne relictum ab aliis, qui Dionem Xiphilinianum ante me castigarunt, in hisce verbis: ἔπειτα ἐκ προσταγμάτων τοὺς καλουμένους Κουάδους· ὁ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, ὁ νίκη παράδοξος εὐτυχήθη. Referunt enim illa priora ἔπειτα ἐκ προσταγμάτων, τοὺς καλουμένους Κουάδους, ad verbum ὑπέταξεν, quod præcessit. Ego vero sic scribendum & distinguendum aio, ἔπειτα ἐκ προστάξεως τοῖς καλουμένοις Κουάδοις καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, καὶ νίκη παράδοξος εὐτυχήθη. Qua quidem exigua mutatione, sua Dioni scriptura, cum sensu facili, restituitur. Nam prius illud non etiam propterea locum habere potest, quod M. Antoninus dici nequit reabse Quados subegisse, quod Græcis est ὑποτάξαι.

806 f. Quo loco Dionis hæc leguntur verba, καὶ οἱ μὲν ὑγραίνοντό τε καὶ ἔπινον, Blancus interpres hanc sententiam reddidit: Atq; ob eam causam valere alios, & bibere. Non igitur ὑγραίνοντο suis in libris reperit, quod haud dubie significationē humectādi habet; sed ὑγιαίνοντο, quod videtur esse illud valere, quo ipse verbo est vsus. Verum nequit admitti, quum ὑγιαίνειν Græci dumtaxat adgnoscant.

815. Quæ textui a me inserta verba sunt, notis tamen his [ ] inclusa, Quum nec sponte nec imprudens delinqueret; a Xiphilino licet omissa, vere tamen sunt Dionea, sicut e Suida manifesto paret. Græce vero sic sonat. καὶ ὅτι ἑκὼν ὅτι ἄκων ἐπλημμέλησε. Rursus ib. post versus paucos & alia cū iisdē [ ] notis inserta, eodē ex Suida, Dionis hæc recitante verba: λέγει, ὅτι πολλοὶ μὲν καὶ ἄνθρωποι, ἐπι-

ἰδίοις βούλεται ἔχειν, ἀδιάφορόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ οὕτως προσοίκει, ἐς ὅ, τι ἄν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, χρῆσθαι. *Paulo post, vbi legitur*, τῷ τε πρὸ Ἀντωνίνῳ, *reponendum equidem haud dubito*, τῷ τε πατρὶ Ἀντωνίνῳ, *& intelligendus pater adoptiuus. Orta scriptura mutatio ex abbreuiatura Græcorum, qui* πατρὶ *contrahere hoc modo* π̄ρὶ *solent, ex quo non recte factum* πρὸ. *A me stat in hoc & Blancus interpres. Rursus ibidem, vbi scriptum*, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς, *reponendum e Suida*, καὶ ἐν τοῖς φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς.

AD LIBRVM LXXII DIONIS.

817,p. *Initio libri de Commodo hæc verba*, πανοῦργος μὲν οὐκ ἔφυ, ἀλλὰ καὶ τις ἀνθρώπων ἄκακος, *sic aio scribenda*, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἀνθρώπων, ἄκακος. *Nihil aliorum correctiones moror. hæc simplicissima est.*

818,f. *Non possunt hæc*, ἀνέπεισε τῶν εἰρημένων ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ, *hæc inquam*, τῶν εἰρημένων, *referri non possunt ad Pompeianum, quod nomen statim præcessit. Animaduertit hoc quilibet, cui non dicam erudita, sed mediocriter delicatæ sunt aures. Itaque deesse aliquid iudico, idque fuerit, mea sententia tale quiddam; vt integre Dio scripsisse putetur*, ἀνέπεισε τῷ εἰρημένῳ τρόπῳ ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ, persuasit vt Cōmodo insidias indicato modo faceret. *Ac reuera modus antea legitur expositus.*

819,p. *restat paullo post difficilis locus, & a nemine hactenus vel erutus, vel emendatus, vti debebat, vbi legimus hæc*: καὶ τοῦ Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνή· καὶ ἔπειτα δὲ καὶ ἐκεῖνος βιαίως ἀποθανόντος. *Carent enim hæc posteriora sensu idoneo. Dico paucis, hoc modo scribendum*: καὶ τοῦ Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνή, ἐκείνου βιαίως ἀποθανόντος. *hoc est*, Et Electi postea coniux, illo (*scilicet* Commodo) violenta morte sublato. *Nihil his tam clarum, ideoq; sic a Dione scripta fuisse, non est cur dubitem. Ex illis autē duobus*, μετὰ ταῦτα, *&* ἔπειτα, *alterutrum otiosum est, & tamquam irrepticium expungi debet.*

820,f. *Pro* γραμμάτια, *scribendum e Suida, qui locū citat*, γραμματεῖα. *Deinde versu sequente, plenius idem*, καθ' ἑκάστην ἡμέραν (ὡς εἶπον) συνέγραφε.

821. *Notis his* [ ] *inclusa Suidas nobis e Dione dat. primum hæc*. τότε γὰρ ἄλλα ἤκιστα ἄλλην ἐποίησε, καὶ *cum ceteris, exstantibus heic in editis. Deinde linea secundum hanc tertia, rursus hæc*. οὐχ ὡς οὐ δυνάμενος τῶν ἐπιχωρίων ἰδεῖν, ἀλλ' *& cetera in editis. Iterum linea post hanc tertia*. τὰ γὰρ ξύλα αὐτοῦ, κακῶς ἔχοντα, ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς τοῦ ἄρτου ξηρότητος ἱμάσσετο. ἐπιπόθουν δ' οὖν ἐπὶ μεῖζον αὐτὸ πλατύνεσθαι, ἵν' ὡς μάλιστα διακεχυμένον δοκῇ. *Quibus in verbis repurgatum illud* ἱμάσσετο, *quod in editis passim vitiose legitur* ἡμάσσετο. *Nam aliud est* αἱμάσσειν, cruentare; *aliud* μάσσειν, purgare, *vel* καθαρίζειν, *vt Græci exponunt. Licet autem Xiphilinus hæc omiserit, nobis tamen postliminio quasi reuocare licet, quum Dionia sint. Addendū denique, non multo post, pro* ὅπως τε σφίσι μὴ καταθύμιον ἀπαντήσῃ, *scribendum videri* ἀπαντήσαιμι.

823,m. *Pro* ἀστείῳ *reponendum necessario putem* προαστείῳ, *quandoquidem in suburbio Commodus erat, vnde rediens in vrbem*, μετὰ μονομαχίας ἐκ τοῦ προαστείου σπουδῇ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλάσαι *dicitur, pag.* 825.*p.v.*1.

827,p. *Hæc verba*, καὶ πάντων εὐτυχέστατος, νίκας νικήσεις ἀπ' αἰῶνος, Ἀμαζόνιε νικᾷς. *hæc igitur in hunc modum potius & scribenda sunt, & interpungenda*: καὶ πάντων εὐτυχέστατος νικᾷς, νικήσεις ἀπ' αἰῶνος, Ἀμαζόνιε νικᾷς. *quorum sententia margini adiecta.*

828,p. *Nomina consulum vitiata sunt*, Ἐρύκιόν τε Κλάρον καὶ Σύσσιον Φλάκον. *Rectius enim priorem scribemus* Ἐρούκιον, Erucium *non* Eycium, *quod sæpius apud Blancum occurrit: posteriorem* Σόσσιον, Sossium, *nō* Syssium; *itemque non* Φλάκον, *sed* Φάλκωνα, *quod infra legitur, pag.* 833.*f.*

AD LIBRVM LXXIII DIONIS.

830,m. *In his verbis*, ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα αὖθις σὺν ἡμῖν ἐπανορθώσεται, *secundo loco repetitum illud* ἄλλα, *licet alio significato, quam prius, per oscitantiam calligraphi temere irrepsisse, ac abundare, mihi persuadeo. Satis enim hæc*, ἀλλὰ τὰ μὲν αὖθις σὺν ἡμῖν ἐπανορθώσεται, *ad integram Pertinacis exprimendam sententiam.*

833,f. *Si quis adtentius hæc consideret*, ποσάκις τοῖς στρατιώταις δέδωκα, ὅσα Μάρκος τε καὶ Λούκιος, *facile animaduertit, posterius hoc* ὅσα, *non respondere præcedenti* ποσάκις. *Ergo sic restituenda Dionis lectio*, ποσάκις τοῖς στρατιώταις δέδωκα, ὅσον Μάρκος τε καὶ Λούκιος.

835,f. *Corruptum hoc*, περί τε δόρυ περιεῖπεν, *sic corrige*, περὶ τὸ δόρυ περιεῖπεν.

836,m. *Irrepsit & in hæc*, ἐκ τῶν τῆς βουλῆς πραγμάτων βεβαιωσάμενος, *vitiosum vocabulum illud* πραγμάτων, *ex negligentia librarii: pro quo confidenter aio reponendum* δογμάτων. *Nam* τὰ τῆς βουλῆς δόγματα, *sunt* senatusconsulta: *quibus imperia principibus designatis sanciri & confirmari solebant.*

AD LIBRVM LXXIV DIONIS.

840,p. *Vbi de solitis senatui ab imperatore nouo cōfirmari primo in vrbis ingressu dicitur*, ἀνανεώσατο μὲν οἷα καὶ οἱ πρόσθεν ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς, *mire insolens verbum illud* ἀνανεώσατο, *non obseruatum, vel notatum potius ab aliis ante nos, miror. Non enim ita scripsit Dio, quemadmodum existimare licet ex verbi* ἀνανεοῦσθαι *vero notoque significato. Quapropter germane Dionium in eius locum reponi debet*, ἀνενεώσατο μὲν οἷα καὶ οἱ πρόσθεν ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς, *hoc est*, nobis nostra renouauit, quæ & superiores boni principes. *Sic & alibi loquitur Dio, videlicet lib.* 37. *non procul ab initio, pag.* 31. ἀνανεώσασθαι τὰς συνθήκας ἐθέλειν. *& in excerptis Theodosianis, ad M. Antonini vitam pertinentibus*, οὔτε τὰς σπονδὰς (*cum ceteris interiectis*) ἀνενεώσατο, neque fœdera cum eis renouauit.

841,f. *Nec scribendum heic* πυρὰ πυργοειδὴς τρίβολος, *nec* πυρὰ τρίγωνος, *quod aliis placet, sed* τετράγωνος, *vt est apud Herodianum. Nam alioqui nec currus huic* rogo triāgulari, *nec* κλίνη *siue lectus imponi potuisset. Ibidem post aliquammultos versus, verbis in hisce*, πολιτικάς τε ἅμα καὶ πολιτικὰς διεξόδους διελίττοντες διεξῆλθον, *vitiosum est illud* πολιτικὰς διεξόδους, *ideoque Blancus pene ridicule reddidit*, cursus vrbanos & confictos. *Quinam sunt enim dicendi* cursus *illi* conficti? *Sylburgius noster pro* πολιτικὰς *substituit* πολεμικάς, cursus bellicos. *verum ne id quidem admitti potest. Ego scribendum non dubito*, πολιτικάς τε ἅμα καὶ πυρριχίας διεξόδους· *vt intelligantur* vrbanæ pyrrichiæque decursationes, *quas in funeribus vsitatas fuisse, vel ex ipso Dione probari potest.*

842,f. *In his*, μετὰ δὲ αὐτὸ τὸ Νίγρου ἐπιφανέντες, *haud abs re suspectum est illud* μετὰ, *quod solum ita collocari nequit, vt tempus posterius significet. Quamobrē scribē*

dum, μετὰ δὲ ταῦτα αὐτοῦ τοῦ Νίγρου ἐπιφανέντος. Periit enim illud ταῦτα propter similitudinem cum αὐτοῦ sequente. Simile quiddam reperitur libro 39 Dionis, pag. 108. vbi legitur. μετὰ δὲ δὴ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἕνεκα αὖθις ἐκινήθησαν. vbi μετὰ δὲ δὴ, vel tantumdem est, ac μετὰ δὲ ταῦτα, vel ita scribendum. Paullo post autem 843, p. quo loco leguntur hæc verba, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Ἰσσῷ, πρὸς ταῖς καλουμέναις πύλαις μεγίστη γίνεται μάχη· scripturam secutus est aliam Blancus, nimirum hanc, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ἴσῳ. Vertit enim, Æqualis acrisque pugna commissa est. Sed altera lectio verior est, qua traditur; ad Issum, iuxta portas (quas vocant) Ciliciæ, maximam pugnam commissam.

844, m. Pro καταληφθεὶς, scribendum esse καταληφθεὶς, ex interpretatione margini adiecta intelligitur.

845, m. Nemo non perspicit, in his aliquid deesse: τὸ περίβολον τὸ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ, μέγα ὕψος ..... τὸ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ, ἧττον. Nam verbum aliquod aut post ὕψος, aut post ἧττον collocandum, desideratur. Id equidem abitror esse, εἶχον: vt scripsisse Dionem dicamus, μέγα ὕψος εἶχον, aut ἧττον εἶχον.

846, p. Locus hic, intactus ab aliis, insigniter corruptus est, καὶ ἥλοις ἐς τοὺς ταρσοὺς σφῶν καλωδίοις ἐκ τῆς φιλίας ἐνδεδεμένοις ἐμπεπηγμώτες, ἐπεσπῶντο. ὥστ' αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν & cetera. Nam pro ἥλοις ἐμπεπηγμώτες, non dubito scribendum, ἥλους ἐμπεπηγμώτες. & pro ἐφ' ἑαυτῶν, potius reponendum ἀφ' ἑαυτῶν παραπλεούσας. At quod in medio vitium latet, in his verbis, καλωδίοις ἐκ τῆς φιλίας, animaduersu correctuque difficilius est. Quid enim sunt funiculi ex amicitia, qui clauis alligari possint? Vidit hoc Blācus interpres, & in reddendo, illud ἐκ τῆς φιλίας, prorsus omisit. Ego paucis. quod emendando loco remedium inueni, ostendam. Dico scripsisse Dionem, vel καλωδίοις ἐκ τῆς φλοιᾶς, vel καλωδίοις ἐκ τοῦ φλοιοῦ· vt intelligantur funes e corticibus arborum facti, quos Byzantii nectebāt ex ea materie, propter inopiam rerum aliarum, magis idonearū; vti paullo post refertur, e mulierum quoque capillis factos ab eis fuisse funes. Quod φλοιᾶς adtinet, femineo genere, fortassis ita factum a Dione videri possit, vti non multo post, pag. 847, f. vbi describitur echo turrium Byzantinarum, ἠχὼ dixit, pro ἦχον permutato genere: licet illic etiam τὴν ἰχὼ καὶ τὴν φωνὴν corrupte scriptum ab imperitis, qui putarent ἠχὼ non recte dici: quum tamen & alibi Dio, videlicet libro 36 pag. 24, p. eadem voce sit vsus in descriptione prælii nocturni Pompeiani aduersus Mithradatem. τὴν ἠχὼ, inquit, τὰ ὄρη ὑπεδέξατο. Rursus heic eadem pagina, post quinque vel sex versus, ἐς οὐ σύν τε κομιδῇ, non recte inserta negatione, legitur: quum potius arbitrer, ἐς τὸ σύν τε κομιδῇ τῶν πραγμάτων (cum interiectis) ἐληλύθεσαν. Denique post decem versus, necessario pro εἶτα καὶ ταῦτα κατεσκελάσθη, scribendum εἶτα ἐπεὶ καὶ ταῦτα κατεσκελάσθη, manifestum e sequentibus.

tes imperii dimisit, quod illi quamuis tripartito sint adgressi, tamen ægre tuebantur. Sylburgius noster ἄγραν reponit pro ἀρχὴν. quod opidum vires eas non habebat, vt exercitu triplici ad eius expugnationem opus esset. Deinde quiuis perspicit, ἐς τὴν ἄγραν τεῖχος ἐσβαλόντες, non recte dici: planeque potius illud ἐσβαλόντες ad regionem, quam ad aliquod opidum pertinere. Quapropter aio, pro illis ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, scripsisse Dionem, ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἐξέπεμψε, misit eos in oriētem. Nam hoc & historia Dionis, & Herodiani de rebus iisdem per orientem gestis expositioni conuenit.

852, m. Qui putant in his verbis, ἐς φάλαγγα αὐτοὺς βαθεῖαν συνώσαι, propterea vocis φάλαγγα loco reponendam φάραγγα, quia versu quinto φάραγγος vocabulum reperiatur; non satis acute verba Dionis considerant. Nam recte dicitur, ἐς φάλαγγα βαθεῖαν συνώσαι, confertā in phalangē compellere: potiusque vox φάραγγος, quæ sequitur, in hanc ipsam φάλαγγος mutanda. Non enim profunda conualles sunt, aut profunda barathra locis iis, quæ commissuri pugnas exercitus occupant: sed planicies potius, aptissima præliis. At phalanx instrui solet, paulloque longius ab hoste collocari, quum id agitur, quo per aliquam militum partem ad pugnam is eliciatur: vt eo se recipiant, qui velitatum prodeunt, aut alioquin hostis iritandi caussa excurrunt. Dio quidem ipse paullo post ait pugnatum ἐν πεδίῳ in cāpo vel planicie. τὸ πεδίον, inquit, πᾶν μεστὸν ἀνδρῶν καὶ ἵππων ἑωρᾶτο, campus omnis refertus viris & equis conspiciebatur.

854, p. Calligraphorum negligentia totus hic locus, ab his verbis incipiens, πλοῖα κατασκευάσας ὁ Σεβῆρος, mirifice corruptus est; non vocibus tantum, sed integris etiam commatis traiectis, & confuse transpositis. Ego viciata non repetens, germanum verborum Dionis ordinem heic collocabo. πλοῖα κατασκευάσας ὁ Σεβῆρος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, τὰ παρὰ τὸν Εὐφράτην, καὶ τῆς ἐκεῖ ἐπιχωρίου ὕλης, ἄφθονον διδούσης αὐτῷ τὴν τῶν ξύλων χορηγίαν, καὶ πλέων τε καὶ βαδίζων παρ' αὐτὸν, διὰ τὸ ταῦτα ναῦς ὀξύτατα, καὶ ταχινὰ, καὶ εὖ ἐσταλμένα τὰ κατασκευασθέντα, ταχέως τήν τε Σελεύκειαν, καὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἐκλειφθείσας εἷλε. Nec minus confusa loci Latina versio, commutata cum integriori, & marginis adscripta.

857, p. Pro δι' εὐνόχων τὴν τε ἄλλην θεραπείαν ἔχειν, necessario scribendum, τήν τ' εὐνόχων τήν τ' ἄλλην θεραπείαν ἔχειν. & versu ab hoc tertio, pro καὶ πατέρας ἀόρχεις, potius πατέρας τε καὶ ἀόρχεις, vti Dio tam in antecedentibus hac, quam sequentibus, loquitur.

858, f. Non equidem dubito locum hunc, alioqui non integrum, si legatur vt hactenus, αὐτὸρ ἐκτομίζοντες ἀλλ' οὐ χάριν τούτων ἐμνήσθην, ita debere restitui: αὐτὸρ ἐκτομίζοντες ἄλλους, οὐ χάριν τούτων ἐμνήσθην: vel illud ἀλλὰ, prorsus omittendum. Ita sensus erit perspicuus is, quem habes in margine.

AD LIBRVM LXXV DIONIS.

849, p. Pro corruptis hisce, ἐξ ἴσου δὲ τῷ μὴ εὑρεθέντα ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀτοπίας ἦν, reponendam iudico scripturam veriorem, ἐξ ἴσου δὴ τῷ μὴ εὑρόντι ἀρχὴν, ὑπὸ τῆς ἀπορίας ἦν. in quibus ἀπορίας vox Palatino codici debetur. Sensum margo libri exhibet. Ibidem f. propter vocem ἀρχὴν deprauatam in his verbis, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐξέπεμψε, notatum in omnibus editis, vitiosum in Græco locum esse, Blancumque propterea non potuisse rectam elicere sententiam, ne quidem in sequentibus, constat. Nam cum prioribus illa, καὶ οἱ μὲν ταύτην, τριχῇ ἐσβαλόντες, οὐκ ἀμογητὶ ἐχειροῦντο, non respondent his Latinis; Eos in diuersas par-

AD LIBRVM LXXVI DIONIS.

863, p. Filius Plautiani rectius Πλαυτίλλης quam Πλαυτίας scribetur, e libro sequenti. Verba vero ibidem m. Σεβῆρος ἐπὶ πολλοῖς ἐπιφανῶς φόνοις, Blancus ita reddens, Seuer⁹ aperte multas cędes fecit; legit ἐπιφανῶς, & vitiose quidem; non tamen in hoc tantum alucinans, vt ex adiectis ad marginem videre licet.

865, p. Ex Βύλλας τις Ἰταλὸς, mihi quidem Βύλλας faciundus videtur, & Italico nomine Bulla, non Bulas: itidemque nomen alterum huius Φῆλιξ, quod sequitur, non fuisse Philix putabitur; sed Φῆλιξ a fortuna, quam sibi in latrociniis felicem expertus esset. Ibidem m.

λῃστεύων

λογγάδι τινες existimat H. Stephanus non recte dictum, qui potius sit λογχιάδες. Ego nihil mutandum aio, praeter vnicam litteram, vt λογγάδι scribamus. Nec priscis tantum λόγγαι & λογγάδες erant in vsu, quod ex historia Praetoris Graeciae mea docere possem, si mecum eam haberem in hac peregrinatione, sed etiam hodieque Graecis vtrumque frequens, nisi quod λάγγαι fere pronuntiant, & λαγκάδες.

